# IACOBI MENOCHII
## IVRISCONSVLTI
### ERVDITISSIMI,
IVRISQVE CAESAREI INTERPRETIS
IN FLORENTISSIMO GYMNASIO
PATAVINO,

## DE ARBITRARIIS IVDICVM QVAESTIONIBVS, ET CAVSSIS

Libri Secundi Centuria V. nuperrimè edita.

*Adiecta ſunt Summaria, & Indices rerum, ſententiarumque inſignium.*

*CVM PRIVILEGIO.*




Venetijs, apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem,
M. D. LXXXIII.

# IACOBI MENOCHII
## IVRISCONSVLTI
## ERVDITISSIMI,
IVRISQVE CAESAREI INTERPRETIS
IN FLORENTISSIMO GYMNASIO
PATAVINO,

# DE ARBITRARIIS IVDICVM QVAESTIONIBVS,
ET CAVSSIS

Libri Secundi Centuria V. nuperrimè edita.

*Adiecta ſunt Summaria, & Indices rerum, ſententiarumq; inſignium.*

*CVM PRIVILEGIO.*




Venetijs, apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem,
M. D. LXXXIII.

# TYPOGRAPHVS BENEVOLO LECTORI.

NON eſt Lector beneuole, & ſtudioſe, quod noſtram hanc diligentiam, quam in excudenda horum Commentariorum Conſultiſſimi Viri IACOBI MENOCHII parte adhibuimus, vel ob id accuſes, quòd non vnà cum toto ipſo Opere typis mandauerimus, quaſi quod vnum ipſum corpus in fruſta fœdè dilaceratum, tibi exhibeamus; cum præſertim cæteras eius luculentiſſimas lucubrationes, Commentarios ſcilicet illos, *De Adipiſcenda, De Retinenda, & De Recuperanda poſſeſſione* poſt Montisregalenſem, Brixienſem, Venetam, Colonienſem, atque Lugdunenſem impreſſiones non mediocri impenſa, non paruo ſtudio, non demum inerti cura euulgatas, Ioannes Baptiſta Somaſcus non indiligens Typographus hac in Vrbe vno in volumine elegantiſſimè coegerit, atque coagmentauerit. Et duo etiam illa *Reſponſorum volumina* Franciſcus Zilettus paribus accuratiſſimis prælis expreſſerit. Nam ſumma quadam ratione, conſulto, atque induſtria nos feciſſe te planè intelligere cupimus. Cùm enim Commentarij ipſi, *De Arbitrarijs Iudicum quæſtionibus & cauſſis*, iam excuſſi hac in Vrbe eſſent, Somaſchi diligentia, mox Piſauri, deinde Coloniæ, poſtmodum Lugduni, & Franchforti: viſumque deinde ſit ipſi Menochio auctori nunc edere poſtremam hanc partem, quam tunc, cùm primum excudi curauit Commentarios ipſos, non modò non conſcripſerat, ſed nec excogitauerat quidem; è re tua maxime eſſe exiſtimauimus, ſi à cæteris partibus hanc ſeiunctam excuderemus. Ita enim te ſubleuari poſſe credidimus à non mediocri illa impenſa, iterum emendi, pro quo iam numeraſti, opus. Magis enim pręſtat te œconomicæ diſciplinæ obſeruatorem, quàm liberalem effuſorem. Non eſt ergo quod noſtram accuſes inertiam: ſed laudes, & admireris ſolers ſtudium, & diligentiam, quam certè ſemper omni noſtro conatu adhibebimus, cum lucubrationes aliquas celebratiſſimi huius Auctoris prælis no-

ſtris committemus, quod propediem fore ſperamus: iam enim in manibus noſtris propè ſunt eruditiſſimi, atque reconditæ eruditionis eius Commentarij, *De Præſumptionibus, Coniecturis, Signis, & Indicijs.* Interim vale, & Deum Opt. Max. ex animo exora, vt à tanta horum temporum iniuria auctorem & nos ipſos incolumes, ſoſpitesque reddat, & præſtet. Venetijs,



# CLARISSIMIS ATQVE AMPLISSIMIS VIRIS

## PAVLO THEVPOLO D. MARCI PROCVRATORI meritiſſimo, Iacobo Foſcareno, & Franciſco Venerio, Philoſophis celeberrimis, Florentiſſimæ Academiæ Patauinæ Moderatoribus,

## Iacobus Menochius I. C. fęlicitatem precatur.

*OCTAVVS iam agitur annus, quo præcipua horum Commentariorum pars in lucem prodijt, quam quidem Clariſſimis tunc Gymnaſii huius Moderatoribus, quorum in numero eras ampliſſime Foſcarene, non aliam ob cauſſam dicaui, quàm vt ijs officij atque qualiſcunque diligentiæ meæ rationes redderem, quibus clauum arbitriumq́; ipſius Academiæ demandatum fuerat. Nunc vobis viris Clariſſimis, qui ſanctè, pieq́; eadem in Sede, in qua ſedebant illi, poſiti collocatiq́; eſtis iure optimo poſtrema hæc pars, quam nuper euulgari paſſus ſum, debetur, vt horum laborum vigiliarumq́; finis apud Gymnaſii ſapientiſſimos Moderatores ſit, apud quos fuit et initium. Et vt hæ ciuiles diſputationes in eorum potiſſimum nomine appareant, qui verè ciuiles ſunt, quiq́; non ſe ita in literarum ſtudijs abdiderunt, vt ciuiles adminiſtrationes, ciuiliaq́; iura aſpernentur, ſed præcipuam Philoſophiæ partem, quæ ab ipſo Philoſophorum Principe architectonica appellata eſt, quippe quæ alijs artibus, ſcientijs, & facultatibus imperat, ideſt ciuilem ſcientiam, ad quam totum Legum ſtudium refertur, complectentes, veros ſe Philoſophos non nimis ocioſos, ſed actuoſos oſtendunt, neque nos à Philoſophorum numero ſegregant, cùm philoſophari nil aliud ſit, niſi rem in ſua principia, ſuumq́; finem reſoluere, & nos etiam Leges noſtras in virtutes, ac virtutum Principem iuſtitiam, communeq́; bonum, ac fœlicitatem reſoluamus, vt noſtrum ſtudium ab eorũ, qui verè philoſophantur, ſtudio minimè alienum ſit. Iam quemadmodum fœlici meo quodam fato nactus tunc ſum viros in omni doctrinarum genere præexcellentes, ita nunc mihi ipſi gaudeo, quòd ampliſſimi huius magiſtratus clauum vos teneatis, qui iuſtitiæ, integritatis, eruditionis, ac munificentiæ magnis veſtris meritis excellitis. Et quanquam ea ſit & magnitudo animi, & prudentia veſtra, vt conſcientia contenti popularem*

auram non curetis: Non tamen gratia diſſimulanda, vel multorum nixa teſtimonio veritas reticenda eſt, vt præſertim ad imitandum poſteritas omnis accendatur, atq; inflammetur. Illæ enim laudationes veterum, quæ ab illuſtribus elaboratæ ingenijs leguntur, ob temporum longinquitatem, ac illarum rerum ignorationem fabuloſæ propemodum haberi ſolent, eoq; minus mouent homines veritatis amantes, velut ea, quæ per tranſennam eminus aſpiciuntur. Sed cum virtutis & ſapientiæ illuſtris imago in oculos coram incurrit, ea demum & admirationem excitat, & imitandi cupiditatem affert. Non hic tamen commemorabo vel naturæ, vel fortunæ munera, quæ etſi magna in fœlicitate numerentur, ſunt nihilominus cum cæteris communia: ſed ea admiranda recenſebo, quæ optimus quiſque ac prudentiſſimus maximè laudi ſibi ducit, ingenij ſcilicet, animiq; bona, quibus homines non tantùm brutis animantibus, ſed alijs etiam hominibus potiſſimum excellunt: quibus vos partim diuinitus ornati, partim veſtra, parentumq; veſtrorum clariſſimorum virorum cura & labore ita inſtructi eſtis, vt qui vobis conferendi ſint, pauci, qui præferendi, pauciores exiſtant. Ea equidem eſt vniuſcuiuſque veſtrum ingenij vis, vt nemo ſit in hac ampliſſima, fœliciſſimaq; Repub. qui non agnoſcat & fateatur ingenuè, vos & bonarum literarum, & Philoſophiæ arcanis doctos, & bene eruditos eſſe. Inde fit, vt tot, tantiſq; & publicis et priuatis negotijs obeundis pares eſſe poſſitis: & cum illa patiuntur, in bonarum diſciplinarum ſtudijs verſari valeatis. Hæc de te vera eſſe CLARISSIME THEVPOLE prædicant aulæ illæ omnes Regum, Cæſarum, ac ſummorum Pontificum, apud quos ſæpe pro Sereniſſimo iſto Imperio VENETO honorificentiſſimas legationes obiuiſti. Et recẽs adeò eſt memoria ſuperioris anni, quo Legationis munere fungebare apud GREGORIVM XIII. nunc Pontificem Sanctiſſimum, vt ſuperuacanea ſit fortè aliarum legationum commemoratio. Siquidem cum maxima tua laude te geſſiſti tanto munere, quo grauius nullum prudenti & forti Senatori mandari poſſe certum eſt: Cum Legati perſonam ſuſtinens non iam Reip. particulam, ſed totam ipſam Rempub. ſuis propè humeris ſuſtinere; nec priuatam ſolam Senatoris auctoritatem ſecum ferre, ſed totius Senatus grauitatem, Imperij maieſtatem, ac vniuerſæ propè Reipub. faciem videatur: in qua dignitate non ſolùm induſtria & diligentia; ſed etiam fide, eloquentia, ſplendore, ſapientia, atque animi magnitudine et te ipſum, & expectationem omnium longè ſuperaſti ac viciſti. His factum eſt, vt tibi tanto munere perfuncto, vixq; in patriam reuerſo Marcia Procuratio dignitas in Repub. ipſa cæteris omnibus infra Principatum excelſior tuis ipſis maximis exigentibus meritis, abſque vlla flagitatione, atq; ambitione vltro delata fuerit. Sunt etiam hæc ingenij & animi præſtantiſſima munera, quæ te, CLARISSIME FOSCARENE, ſemper ita extulerunt, vt in magiſtratibus vrbanis, prouincialibuſq; admini-

ſtran-

ſtrandis ſummam tibi atque immortalem gloriam comparauerint. Declarauit hoc inter multa præclara munera, quæ tum domi, tum foris obiuiſti, ſuperiore anno Prætura Patauina, cui ita præfuiſti, vt nil aliud egeris, quàm vt ijs, quibus præeras, commodis vtilitatiſq; inſeruires. Hic tu (vt de hac ipſa Patauina adminiſtratione, quam meis ipſe oculis vidi, tantùm dicam) inueteratas hominum inimicitias, dum vrbis ſaluti diligentiſſimè ſtuderes, ita compoſuiſti; vt pacem & otium toti ipſi ciuitati, quantum in te fuit, pepereris. Quod ſi vel propter partium ſtudium, vel propter graues iniurias, vel denique propter elata hominum ingenia præſtare non potuiſti, fregiſti tamen tua prudentia & ſapientia illorum improbitatem, cædes repreſſiſti, latrocinia depuliſti, ac demum ciuitatem ipſam ſæuiſſimis ante iactatam tum ciuium, tum ſcholaſticorum ſeditionum procellis ſumma cum iſtius Reipub. gloria compoſuiſti, atque conſtituiſti. Memini ego ipſe in tanta illa quorundam ſcholaſticorum licentia, qui iuuenili quodam vel furore, vel leuitate totum ipſum Gymnaſium vexabant, atq; magnopere perturbabant, quanta tua fuerit diligentia, quanta vigilantia, quanta demum in illis reprimendis prudentia. Quos comitate, humanitate, lenitate, ac beneuolentia illa tua ſingulari, ob acerbam nimis eorum naturam lenire non potuiſti, eos iuſtis emeritiſq; pœnis ita contudiſti, vt iuuenilis audaciæ reprimendæ præclarum exemplum poſteris reliqueris. Et tandem id effeciſti, vt nullum malum, nulla difficultas extiterit hac ipſa in Vrbe, quam tuo conſilio et ratione non depuleris. Hæc eadem vis ingenij, hæ animi virtutes propè diuinæ, CLARISSIME VENERII, ſunt, quæ te in excelſum iſtum dignitatis & amplitudinis locum extulerunt. Nam, cum Senator ſis ampliſſimus, ita te in omnibus grauitate morum, probitate, fide, æquitate, ac animi magnitudine admirabilem præbes, vt te vna omnium vox in eam ſedem, quam aliquando ſapientiſſimus prudentiſſimuſq; ille Franciſcus Venerius, cuius tu nomen meritò refers, Princeps optimè meritus obtinuit, conſtantiſſimè vocet. Cum enim in gubernanda Repub. nil vnquam niſi Reipub. incolumitatem & dignitatem ſpectes, neque partem aliquam eius, ſed vt ſapientes Medici ſolent, totum corpus incredibili quadam dexteritate cures, quid mirum eſſe poteſt ſi tota ipſa Repub. Ciuitas, Prouinciæ, Oppida, Caſtra, omne hominum genus te in eam vocent ſedem? Neq; verè vnquam dubitandum fuit, quin in omnibus publicis adminiſtrationibus, quibus tum in Vrbe ipſa, tum in Prouincijs magna tua cum laude præfuiſti, egregiè ſemper te geſturus eſſes, qui liberalium omnium artium doctiſſimum te oſtendiſti; & à ſapientia ad prudentiam, vt iubebat Plato, perfacilem aſcenſum feciſti, à laboribus & vigilijs priuatis ad publicorum munerum functiones, à Philoſophiæ ſtudijs ad Reipub. gubernationem. Quantum verò valeas in rerum contemplatione, & cognitione, cum maxima tua laude cognitum eſt ex pulcherrimis, ac præclariſſimis tribus libris,

in quibus

*in quibus de animo ſubtiliſsimè diſputaſti, quos in lucem editos qui legit, & ſingularem ſàpientiam tuam non admiratur, rudis prorſus, atque amens habendus ſit. Sed non eſt hic locus laudandorum omnium operum tuorum & in Ethica Ariſtotelis, & de Fato, et de alijs rebus grauiſsimis, & grauitati tuæ maximè reſpondentibus, quæ partim in manibus hominum verſantur, partim ab omnibus ingenuarum artium ſtudioſis ſummopere deſiderantur. Sat autem hoc in loco ſit dicere, admirabilis ſapiētiæ tuæ ſama nullum eſſe honorem tantum quo quamdigniſsimus non exiſtimeris. Sed quo iam vectus ſum ſermone, Clariſsimi atque ampliſsimi Moderatores? Non certè is ego ſum, qui eloquentia, dicendi facundia, vel ſcribendi copia, quam mihi deeſſe planè ſentio, mirabiles illuſtresq; veſtras omnium laudes percenſere poſsim. Scio equidem, quibus digna ſit laudibus prudentia veſtra ſingularis, non doctrina duntaxat, ſed & conſuetudine maximorum virorum, & longo rerum vſu partam. Non ignoro etiam, quàm admirabilis, quamq; incredibilis ſit veſtra vigilantia in perueſtigando totius Reipu. veſtræ ſtatu, quibus quidem didiciſtis inſtar peritiſsimorum gubernatorum, ingruentes tempeſtates maturè præuidere, præuiſasq; aut declinare, aut, ſi maior aliqua vis impediat, moderatè ferre. Hinc fit, vt nemini mirum videri debeat, vos non vobis modò, ſed & toti ipſi Reipu. optimè conſulere poſſe: quippè qui cauſſas, initia, progreſsiones, conſilia, rationes, apparatus omnium motuum & euentorum perſpiciatis, & aliqua ex parte gubernetis. Non etiam mirum eſt, ſi vos cum paucis, et inter paucos præ cæteris de doctrina magnificè ſentire, & doctis atque bonis promptiſsimè opitulari conſueuiſtis. Cum enim & doctrinæ naturam præclarè cognoſcatis, & re ipſa experti ſitis, vt animos ad virtutem excitet, vt à vitijs auocet, vt ingenia expoliat, ac promptiora ac vberiora reddat, vt in omni fortuna ſolatium aliquod ſuppeditet: omnes, qui aliqua eius facultate præditi ſunt, amandos, iuuandos, & ornandos eſſe perſuaſum habeatis: idq; re ipſa facere, cum ſeſe offert occaſio, veram vobis ac ſolidam gloriam comparantes, recuſatis nunquam. His effeciſtis, vt plurimis ſitis non minus chari, quàm admirabiles; vt omnes, qui de virtute iudicare poſſunt; dignitatum veſtrarum incrementis gratulentur, vobis Dei Opti. Max. perpetuum fauorem, incolumitatem diuturnam, & ſenectutem placidam precentur. Quod dum & ipſe toto animo, totaq; mente facio, tenue hoc laborum ac vigiliarum mearum munuſculum, vt ſit meæ erga vos obſeruantiæ teſtimonium, quod ſolùm hanc ob cauſſam cupio, exoptoq; eſſe ſempiternum, amplitudini veſtræ offero. Valete, ex vrbe Patauino quarto Non. Februarij*

*M D LXXVII.*

*INDEX*

# INDEX RERVM OMNIVM, LOCORVMQVE

## *INSIGNIVM,*

## QVAE IN HOC LIBRO CONTINENTVR.


ABRAHAM duas vno tēpore habuiſſe vxores. caſ. 420. nu. 12. pa. 30
Accuſans ardore vindictæ repellitur. caſ. 482. nu. 1. 117
Acta rem notoriam facere. caſ. 458. nume. 15 86
Act. Apoſt. c. 15. declaratur. ibid. nu. 50
actus dubius non declarat voluntatem facientis. caſus 433. nu. 16 60
actus prǽſumitur factus noīe proprio. ca. 493. n. 10. 123
actum qui per ſe non poteſt gerere, nec etiam poteſt per alium. caſ. 459. nu. 1 90
adoleſcentes 17. an. valde eruditos eſſe poſſe. caſ. 427. nu. 17 51
adminiſtrationem Reipub. poſſe mandari agenti vigeſimum annum, ibid. nu. 19
adulterium iure naturali probiberi. caſ. 419. nu. 2. 23
adulterium lege diuina damnari. ibid. nu. 8
adulterium iure gentium probiberi. ibid. nu. 9
adulterium iure ciuili Rom. damnari. ibid. nu. 24
adulterium legibus Rom. vſque ad Cæſarem Auguſtum relegationis pœna damnatum. ibid. nu. 27
adulterium iure pontificio puniri. ibid. num. 58
adulterium legibus municipalibus damnari. ibid. nu. 62.
adulterium crimen grauiſſimum. ibid. nu. 76
adulterium eſſe crimen alia ad ſe trahens. ibid. nu. 77
adulterij cauſa maritos occidi. ibid. nu. 98
adulterium etiam cum ſoluta committi. caſ. 420. numero 106 37
Imò non committi ſecundum aliquorū opinionē. nu. 107
adulter adulteram non ducit in vxorem. caſ. 419. numero 32 24
adulteri teſtimonium non eſſe recipiendum. ibid. nu. 36
adulteri pœna in foro conſcientiæ eſt ſacerdoti arbitraria. ibid. nu. 59
adulteri laici qua pœna lege canonica damnentur. ididem nume. 61
Adulterorum pericula & cædes. ibid. nu. 79
aduocatum incidere in periurium, cum non defendit eccleſiam, quam ſuo iuramento defendere promiſit caſ. 494. nu. 1, 124
aduocatum eccleſiæ non poſſe eam deſerere, etſi illa non ſuccurrit ei neceſſitatibus ſuis. ibid. num. 3
aduocatum non teneri præſtare patrocinium, ſi ei non ſoluitur ſalarium. ibid. nu. 8
aduocatum non teneri defendere cauſam iniuſtam. ibid. num. 13
aduocatus non incidit in periurium, ſi recuſat defendere cauſam iniuſtam. ibid. num. 15
aduocatum non teneri dare ſubſtitutum, cum cauſa eſt iniuſta. ibid. nu. 16
aduocatum non teneri præſtare patrocinium, cum in ſua conſcientia dubitat de iuſtitia cauſæ. ibid. nu. 17
ædificare liberè quis poteſt in proprio prædio caſ. 462. nume. 14 96
Aegiptij adulteros grauiter puniebant. caſ 419. numero 10 23
Aegiptios permiſiſſe vxorum pluralitatem, exceptis ſacerdotio fungentibus. caſ. 420. num. 42 33
Aegiptij plurium viri. ibid. nu. 75
æquitatē eſſe obſeruādā inter ſocios. caſ. 442. n. 25 72
aeris mala temperies excuſat, ne citatus ad locum eat. caſ. 421. nu. 27 41
aeris intemperies iuſtam translationis cauſam in Epiſcopo præbet. caſ. 423. nu. 12 44
ætas 17. an. apta eſt ſeruire Deo. caſ. 427. nu. 16 51
agens in iudicio proprio nomine agere præſumitur. caſ. 493. num. 12 123
Alciati noua opinio aduerſus omnes improbatur. caſus 498. num. 12 134
Alciati opinionem de Papin. reſp. à cæteris reiectam. ibid. num. 17
Alciati argu. de Papi. opinione à quibus iuris interpretibus confitentur ibid, num. 18
Alexandri Seueri de non vendendis magiſtratibus optimum præceptum caſ. 401. nu. 16 2
Alexandri Seueri lex in adulteros. caſ. 419. nu. 49. 26
Alexandrum Seuerum habuiſſe Vlpianum loco patris. caſ. 500. nu. 6 139
Alexandri magni erga Ariſtotilem præceptorem venerentia, & amor. ibid. num. 7
alienare qui non poteſt, quando pignori dare nequeat. caſ 432. nu. 13 56
alienatione probibita cenſetur probibita pignoris datio. ibid. num. 9
ambire quid ſit. caſ. 401. num. 1
ambio ab ambitu deſcendit. ibid. num. 2
ambitio duplex. ibid. num. 4
ambitio humaniter facta non damnatur. ibid. nu. 5
ambitio lege vetita quæ. ibid. num. 9
ambitionē auaritiæ & adulationis nutricē. ibid. nu. 11.
ambitio quot mala pariat. caſ. 403. nu. 1 4
ambitioſos varijs legibus coercitos, grauibusque pœnis affectos. caſ. 401. num. 12 2
ambitum differre ab ambitione. ibid. nu. 5
ambitus pœnā ceſſaſſe Romæ Cæſarū tēporibus. ibi. n. 14
amicorum & teſtium conuocatio arguit deliberatam voluntatem diſponere volentis. caſ. 496. nu. 35. 129
Anca. conſi. 194. col. 2. reiectum. caſ. 475. nu. 7. 113
anima proximi eſt anteferenda corpori noſtro, noſtriſque bonis. caſ. 423. nu. 20 44
animalia bruta ab adulterio abſtinere. caſ 419. nu. 5. 23


e Annus

Annus perfectus intelligitur, vt perſeuerans in excommunicatione beneficijs priuetur. caſ. 416. numero 55 18
anni curſum requiri quoad prelatos, qui bona efficere volunt de menſa eccleſiæ. caſ. 433. nu. 6 59
anni curſus an ſufficiat, vt res cenſetur effecta de menſa eccleſiæ, ibid. nu. 19
Antonium Muſſam medicum libertinum iure aureorũ annullorum, & immunitate donatum à Cæſare Auguſto. caſ. 402. nu. 8 4
appellantium temeritas, qua pœna plectenda. caſ. 445. nu. 1 73
appellantes à ſententia annum habent ad proſequendã appellationem. caſ. 446. num. 1 74
appellantes à ſententijs Pontificum puniri. caſ. 458. nume. 58 89
appellat temere, qui litem proſecutus videt ius bonum aduerſario ſuperueniſſe. caſ. 445. nu. 11. 74
appellaſſe dicitur temerè, qui à lite diſceſſit ante ſententiam. ibid. nu. 12
appellari non poſſe à ſententia Concilij vniuerſalis. caſ. 458. nu. 36 87
appellare non licet à ſententia interlocutoria. caſ. 489. num. 1 121
appellandi ab interlocutoria iuſtã cauſam præbet damnũ irreparabile. ibid. nu. 3
appellationis remedio ſubueniri omnibus cauſis vitiatis caſ. 458. num. 37 87
appellationẽ ab interlocutoria admitti multis in cauſis. caſ. 489. nu. 4 121
appellationem recipi ab interlocutoria cum decem concurrunt. ibid nu. 5
appellatio non tuetur eum, qui incidit in periurium. caſus. 494. nu. 2 123
appellatio liberorum ab appellatione filiorum apud idiotas nullum habet diſcrimen. caſ. 496. numero 47. 130
apoſtatæ qui. caſ. 421. nu. 7 40
apoſtatæ infames, ibid. nu. 8
apoſtatarum pœnæ plures. ibid. nu. 9
aquarum inundatio iuſtam cauſam præbet, vt Epiſcopus ad aliam eccleſiam transferatur. caſ. 423. numero 13 44
aqua ex caſtello quomodo olim duceretur. caſ. 462. numero 4 95
aquæductum Romanorum vſus, & vtilitas. ibidem numero 1
Arabi adulteros capite puniebant. caſ. 419. numero 13 23
arbitrium viri boni ſpectari in re communi. caſ. 442. nume. 19 72
Archidiaconi doctores eſſe debent. caſus 425. numero 41 48
Archidiaconus eſt Epiſcopi oculus. ibidem numero 42
Archipresbiter Patauinæ eccleſiæ loco archidiaconi iuriſdictione tangitur, ibid. nu. 43
Arenarij qui. caſ. 413. num. 6. 8
argumentum à ſenſu contrario ob ſenſum malum reyci. caſ. 420. nu. 43 33
argumentum ab vnius incluſione interdum ceſſare. ibid. nume. 44
argumentum poſſe ſumi ab alimentis ad dotem. caſus 461. nu. 5 94
Ariſtotilis egregius locus. caſ. 449. nu. 10 77
Ariſtotilis amor erga Platonem præceptorem. caſ. 500. num. 8. 139
arma de domo rei non eſſe ſumenda. caſ. 499. num. 2. 138
Armeni adulteras ignominiosè damnabant. caſ. 419. nu. 17 23
Aromatario impedito exercere artem ſuam in domo à ſe ob eam cauſam conducta, remittitur penſio. caſus 440. nu. 5 68
artem mechanicam exercere deſiſſe quis dicitur poſt decennium. caſ. 467. num. 3 100
Athenienſes adulteros ignominijs afficieaant. caſ. 419. num. 15 23
Athenienſes vxores plures ducebant. caſ. 420. numero 85 35
auditum altero de duobus modis intelligi. caſ. 175. numero 3 113
Aufrerij opinio, quando eodem in loco eſſe dicantur teſtes, & teſtator. caſ. 486. nu 5 120
Auguſti Cæſaris poſtrema lex de ambitu coercendo. caſ. 401. num. 13 2
Auguſti Cæſaris lex contra adulteros. caſ. 419. numero 28 24
Auguſtum Cæſarem filiam, et neptem ob adulterium relegaſſe. caſu eod. nu. 37
Aureliani lex contra adulteros. ibidem. numero 51
Authoris opinio, quando cognoſci poſſit deliberata voluntas, vt verbum, volo, ſtet diſpoſitiuè. caſ. 496. nu. 43 129
author precatur erga ſe diſcipulorum piam recordationem, & memoriam. caſ. 500. nu. 15 140
author cupit errores à ſe, ſuis in ſcriptionibus humaniter, & pro veritate emendari. ibidem numero 18
auxilium in delictis quando puniatur. caſ. 471. numero 3 103

B

BAld. egregia diſtinctio. de ſignificatione verbi, volo. caſ. 496. nu. 4 126
Baldi opinio reiecta. caſ. 433. nu. 14 60
Baldus declaratur. caſ. 442. nu. 16 71
bannitus admittitur ad probandam ſuam innocentiam. caſ. 416. num. 38 17
bannitum excommunicato æquiparari. caſ. 438. numero 33. 67
bannitum relegato æquiparari. ibid. num. 31
banniti, & excommunicati æquiparatio quæ. ibidem nume. 34
banniti ne præhendantur, qui opem ferunt, grauiter puniuntur. caſ. 452. nu. 1 80
bannitum non poſſe, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam emere. caſ. 459. nu. 24 91
Bannire non poteſt delegatus impedientem ſuam iuriſdictionem. caſ. 438. nu. 28 67
bannire eſſe meri imperij. ibid. nu. 35
Bart. opinio declaratur. caſ. 459. nu. 26 91
Bar. doctrina declarata. caſ. 460. nu. 8 93


Bar.




Bar. in l. ex hac ſcriptura. nu. 16. ff. de dona. explicatur. caſ. 461. nu. 18 94
Bar. diſtinctio, et doctrina reiecta. caſ. 474. nu. 16. 108
Bar. opinio à cæteris reiecta. caſ. 496. nu. 24 128
Bartholomei Cepolæ opinio exploſa. caſ. 449. numero 13 78
beneficiorum priuatio, niſi ex cauſis lege expreſſis non inferrtur, caſ. 438. num. 25. 67
beſtiarij qui, caſ. 413. nu. 7 8
bigamiam non damnari, caſ. 420. nu. 35 32
Blanchi doctrina reiecta, caſ. 474. nu. 45 111
blaſfemator ſi eſt confeſſus peccata, ex aliquorum opinione non punitur, caſ. 464. nu. 25 98
bona immobilia eccleſiæ ſine neceſſitate non poſſe alienari, caſ. 132. nu. 8 55
bona de menſa eccleſiæ, quæ dicantur, caſ. 133. numero 2 59
bona de menſa eccleſiæ cenſeri effecta, quando Prælatus ille aliquod tempus apud ſe retinuit. ibidem numero 13
bona eccleſiæ retenta à Prælato quandp cenſeantur effecta de menſa eccleſiæ in præiudicium ſucceſſoris in prelatura, ibid. num. 31
bona religioſi acquiri monaſterio in conſequentiam perſonæ, caſ. 436. nu. 2 63
bona dicuntur monaſterio quæſita in conſequentiam perſonæ, ibid. nu. 13
bona acquiri monaſterio ſub conditione, ſi in eo monachus permanebit. ibid. nu. 14
bona illata, & inuecta in domo ab inquilino eſſe pro penſione domus tacitè hypothecata. caſus 441. numero 1 69
bona matris ſuppoſita fideicommiſſo poſſe alienari pro filiæ dote, ſi frater inops eſt. caſ. 460. nu. 7 93
bona aui materni ſuppoſita fideicommiſſo poſſe alienari, vt neptis dotetur, cum eius pater inopia laborabat. ibid. num. 10
Bononiæ quomodo adulter damnetur. caſ. 419. numero 68 27
Brachamani pluralitate vxorum vtebantur. caſ. 420. num. 85 35
brachium ſeculare quando concedendum ſit iudici eccleſiaſtico. caſ. 452. nu. 4 80
Brixiæ pœna mortis mulctatur adulterium. caſ. 419. nume. 73 27

C

CAietani error. caſ. 420. nu. 40 33
Caij Cæſaris lex de vxorum pluralitate non recepta ibid. nu. 90
Cal. conſ. 27. tit. de regul. declaratur. caſus 436. nume. 15 64
canones eſſe iuri Cæſareo coniunctos. caſ. 425. numero 28 47
canones ignorans praticam ediſcere non poteſt ibidem nu. 30
Canonici cathedralium doctores eſſe ſuadet concilium Tridentinum, ibid. nu. 45
canonicos eſſe Epiſcopi conſiliarios. ibid. nu. 46
canonici negligentes eligere certum numerum canonicorum, quando priuentur facultate eligendi. caſ. 198. nu. 52. 136
cap. ſi quis per ebrietatem. de conſecr. diſt. 2. declaratur. caſ. 405. nu. 3 5
cap. ſi conſtiterit. de accuſ. declaratur. caſ. 406. numero 5 5
cap. ſufficit. de conſecr. diſt. 1. declaratur. caſ. 407. numero 2 6
cap. 1. de teſt. in 6. declaratur. caſ. 411. num. 4 7
cap. his ita. diſt. 6. declaratur. caſ. 413. nu. 4 8
cap. degradatio. §. actualis. de pœn. in 6 declaratur. caſ. 415. nu. 26 11
cap. rurſus 11. q. 3. declaratur. caſus 416. numero 17 40 14
cap. cum contumacia de hæret. in 6. declaratur, ibid. numero 18
cap. vlt. de pœn. declaratur. ibid. nu. 31. 50
cap. cum bonæ. de æta. & qualita. declaratur. ibidem numero 49
cap. cum ſecundum. de hæret. in 6. declaratur. ibid. numero 63
cap. 1. de ſecund. nup. declaratur. caſ. 417. nu. 9 20
cap. his qui. 34. diſt. caſ. 418. nu. 20 21
cap. quod propoſuiſti. 32. q. 7. exponitur. caſ. 420. numero 95 36
cap. admonet. de renunc. declaratur, caſ. 422. numero 5 42
cap. non magnopere. ne cler. vel mona. declaratur. caſ. 425. nu. 33 47
cap. ſuper ſpecula, eo. tit. explicatur. ibid. nu. 34
cap. cum in cunctis. §. præſenti. de elect. declaratur, ibi. num. 36. 54
cap. illiteratos. 36. diſt. explicatur, ibid. nu. 55
cap. pen. de fideiuſſ. declaratur. caſ. 432. nu. 20. 56
cap. 1. de ſolut. declaratur. ibid. nu. 21
cap. cum de beneficia, de præb. in 6. declaratur. caſ. 433 nu. 12 60
cap. vt ſuper. de reb. eccl. non alien. declaratur, ibid. numero 33
cap. 1. de cler. qui inueſt fac. ſenſus. ibid. nu. 34
cap. ſi quis rapuerit. 27. q. 1. exponitur. caſ. 436. numero 19 64
cap. ſignificaſti, de homicid. declaratur. caſ. 450. numero 4 79
cap. licet. de for. compet. declaratur. caſ. 458. numero 6 85
cap. accedens. il 2. vt lit. non conte. declaratur. ibidem. nume. 8
cap. multis. diſt. 17. declaratur. ibid. num. 18
cap. his 36. q. 2. declaratur, ibid. nu. 43
cap. ſicut, de teſti. declaratur. caſ. 474. nu. 40 110
cap. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lit. non cont. declaratur. caſ. 476 nu. 5 115
cap. licet canon. §. et intra annum. de elec. in 6. caſ. 498 nu. 63 137
Cardinales excelſæ eruditionis eſſe oportere. caſ. 425. nu. 21 46
Cardinales de rebus arduis conſilium præbent Pontifici ibid. nu. 22
Cardinales creandos eſſe bene eruditos, ibidem numero 23
Carneades erga Chriſippum præceptorem reuerentia, & recordatio. caſ. 500. nu. 16 140
Caroli Regis Francorum egregium factum. caſ. 420. nume. 100 36

Corſelij Iuriſconſulti erga Mutium præceptorem beneuolæ recordatio.caſ. 500.nu.11 139
Cauponæ ars illiberalis, & ſordida. caſ. 412. numero 3 7
cauſa iuſta, vt monachus relicta religione, vxorem ducat, eſt regni conſeruatio, caſ. 421.nu.12 40
cauſa iuſta in monacho tranſeunte ad religionem laxiorem declaratur authoritate Papæ.ibid.nu.20
cauſa ex perſona monaci, vt iuſtè eat ad religionem laxiorem, ibid.nu. 23
Cauſæ multæ, ob quas Epiſcopus trāſferri poteſt ad aliā cathedralem.caſ. 423.nu 6 43
cauſæ duæ præcipuæ, ob quas Epiſcopus transferri poteſt ad aliam cathedralem.ibid.nu. 7
cauſa iuſta qua Epiſcopus poteſt omittere temporum interſtitia in collationibus ſacrorum ordinum.caſ.427 num.31. 52
cauſæ recuſationis iudicis quomodo conſiderentur. caſ. 458.num.29 87
cauſa criminalis etſi leuis, dicitur maior quauis ciuili, caſ.464.nu. 3 97
cauſam eſſe magnam, vt deferatur iuramentum in ſupplementum probationum aſſerens, probare debet.ibidem num. 5
cauſa benignior anteſertur caſ.470.nu.10 104
cauſa, quæ iuri communi cohæret potentior eſt. ibidem nume.12
cauſa ſpecialis anteſertur.ibid.nu. 15
cauſam negatiuam eſſe potentiorem affirmatiua, ibidem nume.28
cauſa debiti grauior eſt, cum vſuras continet. caſ. 493 num.6. 122.
cauſæ ſtatus perſonæ gradum habent.ibid.nu.3
cauſa debiti grauior eſt ob validiorem obligationem. ibid. num. 7
cauſa debiti grauior dicitur, quando datus eſt fideiuſſor. ibid.num. 8
cauſa debiti eſt grauior ob maiorem affectionem. ibid. num. 9
cauſa debiti grauior dicitur reſpectu facilioris exactionis, ibid nu. 14
cauſa debiti, quæ paratam habet executionem cæteris omnibus anteſertur, ibid. nu.16
cauſa debiti grauior altera dicitur reſpectu grauioris quantitatis ibid.nu. 18
cauſæ iuſtæ plures, quibus reus tenetur ædere rationes & inſtrumenta actori.caſ.499.nu.7 138
cedere iura prohibitus non poteſt etiam per alium cedere, caſ. 459.nu. 31 92
cedentis teſtimonium non prodeſſe ceſſionario, cum cedens ſentit ex eo commodum, caſ. 473. numero 1 105
cedentis teſtimonium, cum nullum ſentit commodum, an probet pro ceſſionario.ibid.nu. 3
cedentis teſtimonium recipi pro ceſſionario quando de euictione cedens non tenetur, ibid.nu. 6
cedentis teſtimonium probare pro ceſſionario volente aduerſario, ibid.nu.9
cedentis teſtimonium prodeſſe ceßionario, cum à traditione incepit ceſſio, ibid.nu.10
cedentis teſtimonium probare contra ceſſionarium, ibi. num.11
ceſſio in fraudem facta nil prodeſt, ibid.num.8
celebrans miſſam ante dormitionem excommunicatur. caſ.406.num. 3 5
celebrare miſſam ſæpius in die non poteſt Sacerdos, caſ. 407.num.4 . 6
Chryſippi reuerentia erga Cleantem præceptorem, caſ. 500.nu.17 140
Ciceronis locus de ambitione permiſſa, caſ. 401. numero 7 2
Ciceronis locus de ambitione prohibita, & permiſſa, ibidem num. 10
Ciceronis locus.caſ.425.nu.17 46
Ciceronis locus de iure pontificio, & ciuili coniungendo ibid.nu.32
Ciceronis ſententia egregia de amore diſcipulorum erga magiſtros, & præceptores, caſus 500.nume. 14. 140.
Cynus canoniſtis infenſus, caſ.445.nu.7. 74
circumuenire quid ſit, caſ.420.nu. 38 32
citationis forma triplex, caſ.463 num.1 96
citatio, quæ fit per edictum, quamdiu affixa eſſe debeat ædibus, ibid.num. 2
citationem per proclamater fieri debere, ibidem numero 4
ciuis conſilij authoritate mutuò ſuſcipiens ciuitatem obligat.caſ.432.nu.26 57
clandeſtina matrimonia cur prohibita. caſ.453. numero 1 81
Clem.paſtoralis. §.Piſana, & §.notorium. de re iud. declaratur, caſ.458.num. 7 85
clericum ſuſpendi ab officio & beneficio ob ebrietatem, caſ.404.nu.4 4
clericus negligens in cuſtodienda ſacroſancta Eucharistia punitur, caſ.410.nu. 1 4
clericus proſeneta contractuum illicitorum punitur, caſus 411.num. 1 7
clericus illiciti contractus mediator deponitur. ibidem num. 2
clericus deponitur, ſi viliſſimam macellatoris artē exercet, caſ.412.nu.1.7 7
clericum aliena manu poſſe exercere artem macellariam & aliam viliſſimam, ibid.nu. 6
clericis venatio interdicta, caſ.413.num. 2 8
clericis venari in ſiluis regulariter interdictum, ibidem nume.14
clericis qua ratione prohibitum in ſiluis venari. ibidem nume. 15
clerici venatores qua pœna puniantur. ibidem numero 17
clerici minores venatores iudicis arbitrio puniuntur, ibidem num. 18
clerici capta in ſiluis venando non reſtituūt. ibidem nume.19
clericus degradatus & in monaſterium clauſus, ibi debet eſſe perpetuò, caſ.415.num. 19 11
clericus falſificans literas Apoſtolicas realiter degradatur.ibid.nu.23
clericus aſſaſſinium mandans cenſetur degradatus actualiter fictè ibid.nu. 28
clericus de furto vel homicidio conuictus dicitur fictè degradatus, ibid.num. 29
clericus ob periurium excommunicatur ſi per annum in ea perſeuerat, non cenſetur ipſo iure beneficijs priuatus. caſ.416.nu.7. 13
clericus venator iudicis arbitrio punitur. ibidem numero 9
clericus ob venationem excommunicatus ſi in ea per annum perſeuerat, iudicis arbitrio punitur. ibidem nume. 10.
clericus excommunicatus celebrans ante annum beneficijs priuatur.ibid. num.44
clericus excommunicatus celebrando efficitur irregularis.ibid.nu.45. .
clericus concubinarius ab officio ſuſpenſus.caſ. 418. nume.1 26
clericus concubinarius deponitur ibid.nu.2.
clericum fornicarium ſimpliciter deponit ibid.nu.3.
clerici concubinarij adulterium committere dicuntur. ibid.nu.7
clerici concubinarij ſacrilegium perpetrant, ibidem numero 8
clerici concubinarij ſtuprum dicuntur committere. ibid. num.9
clerici concubinarij contra naturam peccant. ibidem nūmero 10
clerici concubinarij quomodo puniendi, ex Concilio Tridentino, ibid.nu.11
clericus ſecularis, quando religionem ſecularem ingredi poſſit, caſ.422.nu.1. 42
clericus abſens cauſa ſtudiorum fructus præbendæ conſequi debet.caſ.425.num.26 47
clerici ſacerdotes inferiores quib. literis præditi eſſe debent, ibid nu.47.
clerici quantumuis inferiores, ſcientia carere non debēt ibid.nu.48
clerici ſubdiaconi, qua eruditione præditi eſſe debeant. ibid.nu.50
clerici minoris ordinis, quas literas ſcire teneantur.ibid. nu. 57
clericos prudentia elucere debere.caſ.426.nu.1 49
clericis pro ætatis qualitate ordines conferri. caſ. 427. num.8 50
clerico quando prima tonſura conferatur.ibid.nu. 9
clericum promoueri, vt eccleſiæ deſeruiat.caſ.429. nume.1 52
clericos non dicentes horas canonicas puniri.ibid.nu. 2
clericus omittere dicere horas canonicas fructus reſtituere tenetur pro rata ibid nu. 4
clericus negligentia omittens verſus aliquos ex horis canonicis non tenetur reſtituere fructus. ibidem numero 5
clericus omittens vnam ex horis canonicis non tenetur ad fructuum reſtitutionem.ibid.nu.7
clericus per biduum omittens dicere horas canonicas non reſtituit fructus.ibid.nu.9
clericus vltra biduum omittens dicere horas canonicas tenetur reſtituere fructus.ibid.nu.10
clericum declinare debere iudicis laici forum. caſ. 430 nume.1 53
clericum conſentire non poſſe in iudicem laycum.ibid. num.2
clericus in fonte ſacrum baptiſma conferre debet. caſ. 431.nu.2 54
clericum pro alio fideiubentem, vel mutuò ſuſcipientem, iudicis arbitrio puniri. caſ.432.nu.1 54
clericus impunè mutuum ſuſcipit pro neceſſitate vel vtilitate eccleſiæ.ibid.nu.2
clericum mutuo ſuſcipientem auctoritate capituli eccleſiam obligare.ibid.nu.25
clericus mutuò ſuſcipiens ob adminiſtrationem, quam habet, eccleſiam non obligat.ibid.nu. 27
clericum pœna corporali poſſe puniri, cum pœnam pecuniariam ſoluere non poteſt.caſ.447 nu.7 75
clericos regulares non priuari beneficijs ob delictum, cū beneficia non habeant.caſ.449.nu.16 78
clericum à ſua eccleſia abeſſe non poſſe.caſ.478. numero 1 116
clericum verberans ſtatim excōmunicationem incurrit. caſ.498.nu.39 136
clerici, quando ſine interpellatione accedere debent ad reſidentiam.ibid.nu.69
Cæcus cæcum malè ducit.caſ.425.nu.5 46
coercitio modica delegato mandata qualis dicatur. caſ. 438.nu.30 67
coloni partiarij teſtimonium an probet pro domino.caſ. 474.nu.6 108
collatio bonorum fit inter debentes conferre, cum eorū vnius interpellat.caſ. 498.nu.50 136
columbæ, & ciconiæ ab adulterijs abſtinere.caſ.419 nume.7 23
commodum, quod venit in conſequentiam, non eſt conſiderabile.caſ.462.nu.9 96
communem loquendi vſum anteferri proprietati ſermonis.caſ.489.nu. 1 121
communis loquendi vſus vt probetur, debet eſſe decennalis.ibid.nu. 2
communis loquendi vſus debet eſſe eius loci, vbi negotium confectum fuit.ibid.nu. 3
communis vſus loquendi debet eſſe eius generis hominū de quorum negotio tractatur.ibid.nu. 5
Concilium Tridentinum de degradatione clericorum declaratur.caſ.415.nu.17 11
concilium Tridentinum ſeſſ.15.cap.3.de reſor.declaratur.caſ.416 nu.54.59 18
concilium Tridentinum ſeſſ.24.cap.2.de nuptijs benedicendis.declaratur.caſ.417.nu.2 20
concilio Tridentino damnari pluralitatem vxorum. caſ. 420.nu.45 33
Concilium Conſtantinopolitanum de pluralitate maritorum.ibid.nu.127
concilij Tridentini conſtitutio de viris literatis promouendis ad Epiſcopatum.caſ.425.nu. 35 47
concilium Tridentinum de clericis minoribus literatis promouendis.ibid.nu.58
concilium Lateranenſe de horis canonicis dicendis, declaratur caſ.429.nu.11 53
concilium Tridentinum ſeſſ.24.c.16.in fi. de reforma. declaratur.caſ. 436.nu.7 63
concilium Tridentinum ſeſſ.24.cap. 17. exponitur.ibid. nu.8
concilium prouinciale vel generale recuſari an poſſit. caſ.458.nu. 1 85
concilium prouintiale iuſtam ob cauſam poſſe recuſari. ibi.nu.3
concilium prouinciale poſſe recuſari, vbi caput concilij eſt ſuſpectum.ibid.nu.16

Concilium prouinciale poſſe mutari, cum præſides Concilij ſunt ſuſpecti ibid.nu.22
conciliũ prouinciale non poſſe recuſari, etſi præſides ſint ſuſpecti, cum ſedent tanquàm iudices.ibid.nu.23.
concilium prouinciale non poſſe recuſari ob ſuſpicionem præſidum, cum illis remotis integer numerus patrũ remanet.ibid.nu.25.
concilium generale ſeu vniuerſale recuſari non poteſt. ibid.nu.26.
concilium vniuerſale cauſas fidei pertractare. ibidem nu.27.
concilium vniuerſale congregari in virtute Spiritusſancti.ibid.nu.33.
concilium Aquiſgranenſe, & alia quadam erraſſe, & cur.ibid.num.38.
concilium poſſe circa matrimonia quando procedat. ibid.nu.41.
concilium Ariminenſe erraſſe, & cur.ibid.nu.44
concilium Piſanum erraſſe, & qua de cauſa.ibid. nu.45
concilium vniuerſale cauſas temporales aliquãdo diffiniuiſſe.ibid.nu.52.
concilium vniuerſale errare poſſe circa diffinitionem cauſarum temporalium.ibid.nu.53.
concilium ordinatum à Stefano Septimo erraſſe ibidem num.55.
concilium vniuerſale non poſſe recuſari, etiam in diffinitione cauſarum temporalium.ibid nu.56
concilium vniuerſale congregatum ſine auctoritate Papæ poſſe errare.ibid.nu.61
concluſionem in contractibus eſſe ſpectandam.ca.470. num.4 102
concordiam à iudice poſſe ſuaderi, non autem præcipi. caſ. 442.nu.8. 71
concubinæ olim permiſſæ.caſ.418.nu.14 21
Concubinæ in l.antiqua quæ.ibid.nu.15
concubinæ olim de vxoris ratione aliqua habebant.ibidem.nu.16
concubinæ nomen, olim honeſtum.ibid.nu.18.
concubinam habere olim permiſſum, non habenti vxorem ex iure canonico.ibid.nu.19
concubinæ lege ciuili olim permiſſę.ibid.nu.21
concubinarijs ſexaginta pœnæ indictæ ſunt. ibi. num.6
concubinarij laici quomodo puniantur, ibid.nu.13.
concubinatum clericorum varijs concilijs damnari. ibi. nume.12.
condelegatum perturbans eo inferior efficitur.caſ.438 nume.14 66.
conditio, ſi decem dederis, interdum eſſe difficilem. caſ. 468.nu.4 100
Conditionem perſonæ loquentis conſiderari, vt cognoſcatur, an verbum volo, ſtet diſpoſitiuè.caſ. 496. nume.44 129
conditionis euentum eſſe expectandum, vt promiſſor cõditionalis teneatur.caſ.498.nu.5 133
conditioni ſuppoſita non eſſe in diſpoſitione.ibidem nume.6
conditione pendente nec obligatio, nec actio competit. ibi.num.7
conductor vectigalium plus debito exigere non debet. caſ.443.nu.1 72
confeſſionem detegens ius naturale lædit.caſ. 414. nume.2 9
Confeſſionem audiens tanquàm interpres confeſſi, eam non debet reuelare.ibid.nu.5.
Confeſſor licitè aliquando confeſſionem detegit. ibidem num.10
confiteri qui dixit, velle, non fatetur. caſ. 496. numero 21 127
coniecturæ quot requirantur, vt deliberatè quis protulerit verbum volo, vt ſtet diſpoſitiuè. ibidem numero 34
coniecturæ multæ conſiderantur in caſu l. Pamphilo. §. propoſitum.de leg. 3.ibid.nu.41
coniecturam ſumi à qualitate loci, ad cognoſcendum an verba fuerint deliberatè prolata, vel non. ibidem numero 48
coniectura deliberatè loquentis, ſumitur à qualitate perſonarum, apud quas habitus eſt ſermo.ibidem numero 51
Conſcientiam propriam nemo debet lædere. caſ. 494. nu.18 125
Conſtantini lex contra adulteros.caſ.419.nu.54. 26
Conſtantini lex de pluralitate maritorum.caſ. 420. nu. 123 38
conſtitutio Pedemontium, Delle pene de temerarij appellanti declaratur. caſ.445.nu.8.14. 74
conſtitutionem c.quàmquam de vſucap.in 6. non comprehendere iudęum.caſ.449.nu 20 79
conſtitutio Pedemontium, Della recuſation del giudice, §.non ſi potrà, declaratur.caſ.458.nu.13 86
conſtitutio Mediolani, tit.de pœnis.§.collegijs. declaratio.ca.459.nu.23 91
conſtitutio Mediolani, lib.4.tit.de aquis, & fluminibus. declaratur.caſ. 462.nu. 5 95
conſtitutio Mediolani, de aquis. §.extrahens.declaratur ibid.nu.6
conſtitutio Mediolani, de aquis. §.is quoque contrafeciſe declaratur.ibid.nu.8
conſtitutio Mediola.lib.4.tit.de aquis.§.omnibus habẽtibus explicatur.ibid.num.11
conſuetudinem infeudandi induci curſu 30. anno. caſ. 433.nu.27 61
Contemptus graue crimen infert. caſ. 416. numero 23 15
Contẽptus efficit vt non obſeruans præcepta conſultiua & perfectionis peccet.ibid.nu. 26.
contemptus duplex ibid.nu.27
contemptus poſitiuus qui ibid.nu.29
Contemptor eſt, qui non ſequitur eccleſiæ præcepta.ibid. num.30
contemnit impropriè, qui frequenter in aliquod vitium incidit.ibid.nu.28
Contractus talis præſumitur, qualis fuit concluſio. caſ. 470.nu.13 102
contractum vſurarium præſumi ex tractatu ita concluſo ibid.nu.14
contractum non præſumi ita celebratum, vt fuit tractatum, cum contractus anteceſſit longo interuallo. ibidem nu. 16.
contractus non præſumitur vſurarius ſecundùm tractatum non concluſum, & ceſſante omni coniectura. ibid.num.17
contractus bonæfidei non vitiari ob temporis anguſtiã. caſ.480.nu.3.







Contumacia ſola non ſufficit ad condemnationem.caſ. 416.nu.13. 14.
contumacia grauis operatur iuxta qualitatem delicti, ob quod lata eſt excommunicatio.ibid.nu.15.
contumacia immodica priuat contumacem ſuo iure.ibidem nume.34.
contumax poſt annum habetur pro confeſſo & conuicto.ibid.nume.32
contumax in expenſis litis condemnatus pœnam feret corporalem, ſi non habet, vnde ſoluat. caſ.447. numero 4. 75
coriarij ſordidi.caſ.412 nu. 5. 7
creditoris mutuò dantis ſolo prælato negligentiæ aſcribendum eſt, ſi nõ habuit conſenſum capituli.caſ.432 nume.22. 56
creditor mutuans clerico adminiſtratori omnium bonorum eccleſiæ.ibid.nu.28
creditorem teneri probare in rem verſum, cum mutuò dat vltra ſummam taxatam.ibid. nu.30.
creditorem teneri probare verſionem, cum clericus ſine mandato mutuo ſuſcepit ibid.nu.32
Cumęorum in adulteras pœna.caſ.419.nu.20 24
curia Pariſienſis adulteros morte punit ibid.nu.66.
Curtij Iunioris opinio confutata.caſ.433.nu.17 60

D

DAmnatus ſoluere intra quadrimeſtre intelligitur, ſi fuerit ad ſoluendum interpellatus. caſ. 498. numero 56 137
debitor poteſt ſoluere in quam vult cauſam. caſ. 493. nume.1. 122
debitor conditionalis poſt conditionis euentum interpellandus eſt, vt ſoluat.caſ.498.nu.8. 133
debitor ex vltima teſtatoris diſpoſitione quando pœnam incurrat, ſi non dedit vel fecit id, quod dare vel facere tenetur, ibid.nu.24.
debitor ex legis diſpoſitione quando pœnam incurrat, cum non dat, vel facit, quod dare, vel facere tenetur. ibid.nu.26
debitorem ex legis diſpoſitione teneri facere vel dare, cum commodè id poteſt.ibid.nu.27
debitorem ex legis diſpoſitione tunc in pœnam incidere cum fuit interpellatus ibid.nu.33
debitorem purè interpellari, vt pœnam incurrat ex mora.ibid.nu.49.
decennij curſum requirit vt res cenſeatur effecta de mẽſa eccleſiæ caſ.433.nu.23 61
Decij diſtinctio probata.ca.484.nu.10 119
declaratoria requiritur contra excommunicatum perſeuerantem in excommunicatione vltra annum, vt declaretur hæreticus.caſ.416.nu.62 19
decretum ſecundum ob contumaciam interponitur. caſ. 416.nu.33. 16
decuriones nõ poſſe nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam cõducere prædia ciuitatis.caſ.459.nu.17. 61
degradatio quid.caſ.415.nu.3 11
degradatio duplex.ibid.nu.4
degradatio verbalis quæ.ibid.nu.5
degradationem verbalem non priuare à priuilegio clericali.ibid.nu.6
degradationem verbalem eſſe idem cum depoſitione.ibidem nume.7.
degradationis verbalis forma.ibid.nu.8
degradationem verbalem fieri ſolùm in caſibus à lege expreſſis.ibid.nu.9
degradationem verbalem non requirere conſenſum prælatorum.ibid.nu.13
degradatio verbalis præparatoria ad pœnam quando fiat.ibid.nu.14
degradatio verbalis præparatoria ad pœnam priuat degradatum ab omni priuilegio clericali.ibid. nu.15
degradatio verbalis ad pœnam præparatoriam requirit conſenſum Epiſcoporum, vel prælatorum, ibidem numero 16
degradatio verbalis eſt illa, que fieri debet clerico in monaſterium deinde claudendo.ibid.nu.18
degradatio realis quæ.ibi.nu.21
degradatio realis eſt executio verbalis.ibid.nu.24
degradatio actualis ficta quæ.ibid.nu.27
degradatum verbaliter viuere debere ſecũdùm regulam clericorum ibid.nu.11
degradatus verbaliter priuilegium clericale non perdit.ibid.nu.12
delegari poteſt cauſa agenti annum vigeſimum.caſ.427 nume.22 51
delegatum puniri ſi recuſat accedere ad locum iudicij, vt impediat condelegatos procedere in cauſa. caſ. 438.nu.2 66
delegatum punire impedientes ſuam iuriſdictionem, ibid. nume.3
delegatum etiam inferioris punire eos, qui ſuam impediunt iuriſdictionem.ibid.nu.4
delegatus non punit condelegatum impedientem iuriſdictionem.ibid.nu.8
delegatus punit condelegatum impedientem ſuam iuriſdictionem, cum facta eſt delegatio, adhibita clauſula, quòd ſi ambo non poterunt &c. ibid.nu.13
delegatus delegatum punit, cum periculum eſt in mora. ibid.nume.15
delegato modica coertio demandata dicitur. ibidem nume.26
deliberatè aliquem voluiſſe ſignificat facta præparatio. caſ.496.nu 54 130
delicta puniri grauius ob frequentiam. caſ. 420. numero 99 36
delictum non præſumi.caſ.498.nu.48 136
denunciari prius debere contrahenda matrimonia. caſ. 453.nu.2 81
denunciatores falſos impedimentorum matrimonij puniri.ibid.nu.3
denunciatio generalis.quæ fit ab emptore venditori, nõ ſufficit. caſ.461.nu.12 94
denunciationi euangelicæ quando ſit locus aduerſus eũ, qui ſententiam obtinuit.caſ.484.nu.1 118
denunciationi euangelicæ locum eſſe, cum is, qui ſententiam obtinuit, fatetur eam iniquam.ibid.nu.2
denunciationem euangelicam remedium ſubſidiarium ibid.nume.6
denunciationi euangelicæ an ſit locus, cum non conſtat notoriè de iniuſtitia.ibid.nu.9
depoſitio clerici à beneficio quid.caſ.425.nu.1 10
depoſitionem à delegatione differre.ibid.nu.2
deponitur clericus ob graue delictũ caſ.416.nu.21. 15
deus declarare potuit legem ſuam de vxorum pluralitate.caſ.420.nu.18 31

Deus vti paterfa. diligentiſſimus vult eccleſiæ ſuæ eſſe præficiendos viros doctos & eruditos. caſ. 425. numero 1. 45
Deus cordium ſcrutator. caſ. 498. nu. 71 138
diaconatus ordo confertur habenti ętatem 20. ann. caſ. 427. nu. 19 51
dicta ante contractum non conſiderantur, niſi in contractibus fuerint repetita. caſ. 470. nu. 6 102
dictio maximè, eſt implicatiua. caſ. 416. nu. 19 15
dictionis in ſignificatio multiplex. caſ. 495. nu. 1 125
diem cœptum haberi pro perfecto in collatione ſacrorũ ordinum. caſ. 427. nu. 25
diem cęptam pro completa haberi in fauorabilibus. ibidem nume. 26
diffinita in pleno concilio cenſeri à ſola eccleſia determinata: caſ. 458. nu: 48.
diffinitio generalis pro iudicis arbitrio ſumi. caſ. 468. nu. 5 100
dignitatem Clariſſimatus eſſe generalem. caſ. 438. nu. 12 65
diſcipulus reuereri debet præceptorem æquè ac patrem. caſ. 500. nu. 5 139
diſpenſatio de ducendis pluribus vxoribus ex diuina inſpiratione. caſ. 420. nu. 17 31
diſpenſationes quatuor cauſas requirere. ibid. nu. 20
diſpenſat Papa cum monacho, vt relicta religione vxorem ducat. caſ. 421. nu. 10 40
diui Auguſtini locus declaratur. caſ. 420. num. 23. 30 31.
diui Chriſoſtomi locus ibid. nu. 5
diui Hieronymi locus. ibid. nu. 4
diui Mathei c. 19. declaratur. ibid. nu. 34
diui Pauli locus declaratur. ibid. nu. 39
diui Pauli locus à Caietano malè explicatus. ibid. nume. 41.
diui Gregorij locus. caſ. 422. nu. 2 42
diui Hieronymi locus egregius. ibid. nu. 4
diui Thomæ locus in quodlibetis explicatur. caſ. 458 nu. 54 89
diuiſionem bonorum præſumi ex curſu decẽnij. caſ. 433 nu. 25 61
doctores ſine examine tenuis doctrinæ. caſ. 42. nu. 38 48.
doctorem efficit doctrina. ibid. nu. 39
doctor creari poteſt adoleſcens 17. ann. caſ. 427. num. 18 51
doctores omnes vnius collegij recuſari poſſe. caſ. 458. nu. 12. 86
dominus caſtri punit condominum ob imminens periculum. caſ. 438. nu. 16. 66
Dominum non teneri iuuare vaſallum ex neceſſitate. caſ. 494. nu. 6. 124
dominus non iurat iuuare vaſallum. ibid. nu. 7.
domus qualitas arguit qua de cauſa fuerit ab inquilino conducta. caſ. 440. nu. 6 69
domus remota non dicitur ab inquilino conducta cauſa hoſpitandi ſcholares. ibid. nu, 7
domus communis cui locanda, cum ſocij non conueniunt de locanda vni. caſ. 442. nu. 5 70
domus communis non conſueta locari an inuito ſocio locari poſſit. ibid nu. 23
donandi facultas non includitur ſub adminiſtratione bonorum libera. caſ. 432. nu. 29 75
donationem remuneratoriam factam à Prelato de bonis eccleſiæ nõ debet excedere terminos remunerationis. caſ. 434. nu. 3 62
Duareni & ſequacium exploſa opinio. caſ. 453. nume. 9 81
dubius in fide infidelis eſt. caſ. 458. nu. 35 87
Durandi opinio de pluralitate vxorum. caſ. 420. nume. 66 34

E

EBrietatis crimen grauiſſimum. caſ. 404. nu. 1 4
Ebrietatem mala multa peperiſſe. ibid. nu. 2
eccleſiæ locus ſi latronum ſocietate repletus eſt, transferri iuſtè poteſt Epiſcopus. caſ. 423. nu. 14 44
eccleſiam petere poſſe reſtitui in integrum aduerſus obligationem à ſuo Prælato contractam. caſ. 432. nume. 15 56
eccleſia an teneatur de mutuo ſuſcepto à ſuo Prælato iam defuncto, cum non agitur de alienatione immobilium eccleſiæ. ibid. nu. 18
eccleſiam opus habuiſſe pecunia mutuaticia, coniecturã facit, eſſe in eius vtilitatem verſam. 16. nu. 34
eccleſiæ menſæ eſſe dicuntur bona ad eam reuerſa, & ei incorporata. caſ. 433. nu. 3 57
eccleſiã errare non poſſe in his, quæ de moribus ſtatuit. caſ. 458. nu. 31 89
eccleſiam errare non poſſe in his, quæ de fide conſtituit. ibid. nu. 32
eccleſiam repreſentari à Concilio. ibid. nu. 46
eccleſiam à Concilio repreſentatam eſſe veram & propriam. ibid. nu. 47
eccleſiaſtica cenſura puniri impedientem delegatum. caſ 438. nu. 19 67
eccleſiaſticæ diſtrictionis pœna quæ. ibid. nu. 20
electum ante confirmationem adminiſtrare non debere. caſ. 403. nu. 12 4
electus intra quod tempus debeat electioni conſentire. caſ. 477. nu. 2 116
electioni conſentire debet electus. ibid. nu. 1.
eligendi deſiderium ſignificat etiam is, qui ad alterius interrogationem reſpondit, vellem eligere. caſ. 496. nume. 57 130
elefantes adulteria non nouiſſe. caſ. 419. num. 6 23
emptor is præſumitur, qui pecuniam numerauit, etſi alterius nomen fuerit aſcriptum. caſ. 470. nume. 20 103.
Epiſcopi per ebrietatem euomentis Sacroſanctã Euchariſtiam pœna. caſ. 415. nu. 2 5
epiſcopum non poſſe eccleſia ſua relicta religionem ingredi. caſ. 423. nu. 1 43
epiſcopus arctiſſimum matrimonium cũ eccleſia ſua contraxiſſe dicitur ibid. nu. 2
epiſcopatus non poteſt ad aliam cathedralem ſe transferre. ibid. nu. 3
epiſcoporum translationes à canonibus improbatæ. ibid. nu. 4
epiſcopum poſſe renuntiare ſuæ eccleſiæ ob latronum & malorum frequentiam eo in loco ibid. nu. 15
epiſcopum transferri poſſe ad aliam eccleſiam ob ſuæ eccleſię vtilitatem. ibid. nu. 17
epiſcopum ob eccleſiæ vtilitatem cogi poteſt relinquere eccleſiam antiquam & ad aliam ire. ibid nu. 19


epiſcopi

INDEX


Epiſcopi munus eſſe viſitare & prędicare. caſ. 424. nu. 1 44
epiſcopi legatio diuina eſt. ibid. nu. 2
epiſcopus negligens diſtrictæ ſubiacet vltioni. ibidem nume. 4.
epiſcopos doctrina præſtantes eſſe oportere. caſ. 425. nume. 24 47
epiſcopum theologum potius quàm iuriſperitum eſſe debere, ex Caietani opinione. ibid. nu. 25
epiſcopus ſcire debet canones. ibid. nu. 27
epiſcopi munus præcipuum eſt docere. ibid. nu. 40
epiſcopos imprudentes non eſſe eligendos, imo electos eſſe deponendos. caſ. 426. nu. 2 49
epiſcopus creatur agens trigeſſimum annum. caſ. 127. nume. 24
epiſcopum poſſe manumittere ſeruos eccleſiæ. caſ. 435. num. 1 63
epiſcopum pro ſuo arbitrio diuidere res eccleſiæ inter clericos. ibid. nu. 3.
epiſcopum mulcta indicta compellere executorem exequi teſtamentum. caſ. 444. nu. 5 73
epiſcopum eligere numerum regularium pro prædicationibus & ſacris confeſſionibus. caſ. 465. nu. 3.
epiſcoporum ſedes non multùm inter ſe debere diſtare. caſ. 497. nu. 1 132
epiſcopatus vnus quantùm ab altero debeat diſtare. ibidem nu. 2
Euripides vir duorum pluralitatem vxorum damnauit. caſ. 420. nu. 65 34
exceptionis rei iudicatæ magna vis. caſ. 439. nu. 1 68
exceptio rei iudicatæ coram quo proponatur. ibidem nume. 3
exceptio rei iudicatæ nil obeſt, cum à iudice imcompetenti lata eſt ſententia. ibid. nu. 4
excepitonem rei iudicatæ reijci, vbi ſubeſt animæ periculum. ibid. nu. 5
exceptiones calumnioſas impunè eſſe reijciendas. ibid. nume. 6
exceptionem calumnioſè oppoſitam dici ex iudicis arbitrio, ibid. nu. 7
exceptionis malitiam & calumniam apparere ex coniecturis, ibid. nu. 8
excommunicationis pœna grauis. caſ. 416. nu. 1 13
excommunicationem à ſocietate diuina & humana excludere. ibid. nu. 2
excommunicatio profertur ob delictum principale, non ob contumaciam. ibid. nu. 16
excommunicationem leui de cauſa non eſſe proferendã. ibid. nu. 22
excommunicationem eſſe miſti imperij. caſ. 438. nume. 36 67
excommunicationis pœnam non poſſe cadere in iudęum. caſ. 449. nu. 1 77
excommunicatus perſeuerans in ea per annum, qua pœna puniendus. caſ. 416. nu. 3 13
excommunicatus ob cauſam ciuilem, ſi per annum in ea perſeuerat, pro conuicto & confeſſo habetur. ibid. nume. 37
excommunicatus ob crimen notorium ſi perſeuerat in excommunicatione deponi poteſt, ibid. nu. 43
excommunicatus perſeuerans in excommunicatione vltra annum beneficijs priuatur. ibid. nu. 48
excommunicatus ob ciuilem cauſam priuatur beneficijs, ſi vltra annum in ea perſeuerat. ibid. nu. 52
excommunicatus perſeuerans in excommunicatione vltra annum, an ipſo iure beneficijs priuetur. ibidem nume. 56
excommunicatum vltra annum in ea perſeuerans non eſſe propriè hæreticum. ibid. nu. 58
excommunicatus ob ſuſpitionem hæreſis ſi in ea excommunicatione perſeuerat, pro hæretico habetur. ibid. nume. 60
excommunicatum quemuis abſolui poſſe mortis tempore ab inferiore. caſ. 450. nu. 1 79
excommunicatus ob verbera, vel vulnera illata Epiſcopo à ſolo Pontifice Maximo abſoluitur. ibid. nu. 2
excommunicati aſſertioni non creditur, quòd commodè Romam ire non potuerit. ibid. nu. 3
excommunicato non eſſe communicandum. caſ. 151. nume. 1 80
excommunicato communicari multis in caſibus. ibid. nume. 2
excommunicato licitè peregrinans communicare poteſt. ibid. nu. 3
excommunicato patri filius impunè communicat. ibid. nume. 4
excommunicato licitè ob neceſſitatem communicatur. ibid. nu. 5
excommunicari impedientem delegatum vti ſua iuriſdictione. caſ. 438. nu. 23 67
executor teſtamenti iuſtè illud exequi debet. caſ. 444. nu. 1 73
executorem teſtamenti compelli illud exequi. ibidem nume 2.
executorem teſtamenti poſſe carcerari, ſi non exequitur teſtamentum, ibid nu. 4
experientiam tempori tribui. caſ. 427. nu. 2 50
experientia quid. ibid. nu. 3
experientiam ſenectutis filiam eſſe, ibid. nu. 5
experientiam aliquando magnam in ætate minorib. reperiri. ibid. nu. 6
experti facile conſequi, quod intendunt. ibidem numero 4

F

FAcere nemo cogitur ad alterius petitionem, quod alijs prodeſt, caſ. 442. nu. 21 72
facere omittens iuſta de cauſa, omiſiſſe potuit. caſ. 498 nume. 47 136
faciens quod à lege prohibetur excuſationem non habet ibid. nu. 40
factum merum ſpectari in conditionis euentu. ibidem nume. 9
fatalium prorogatio iudicis arbitrio fit. caſ. 446. nume. 5 74
Felyni opinio & conciliatio. caſ. 498. nu 64 137
fideicommiſſum cenſeri ab eo conſtitutum, qui dixit, volo bona mea manere in familia. caſ. 496. n. 9. 127
fidem quæ in matrimonio eſt, differre à fide, quæ eſt rerum ſperandarum &c. caſ. 458. nu. 40 88
filia, quæ in corpus ſuum peccauit, ſi ſit reuerſa, à patre alenda & dotanda eſt. caſ. 464. nu. 24 98
filius ſoluens debita patris dicitur iure hereditario facere caſ. 493. nu. 11 123
Florẽtiæ pœna contra adulteros quę. caſ. 419. nu. 70. 27


fornica·

fornicationem in Epiſcopo eſſe grauiorem, quàm in ſimplici clerico. caſ. 418. nu. 4 — 21
fratre meo occidente vixantem mecum, non ego dicor occidiſſe, vel cauſam dediſſe, vt puniatur. caſ. 471. nume. 2 — 103
fraus coniecturis probatur. caſ. 459. nu. 4 — 90
fraudem argui ex præcedenti tractatu de fraudando. caſ. 470. nu. 10. — 102
fructus præbendæ non reſpondent minutatim horis canonicis. caſ. 429. nu. 8 — 53
fuga facit iudicium contra ſocium criminis nominatum à ſocio inquiſito. caſ. 474. nu. 48 — 111
fundus emptus præſumitur emptus ex pecunia mutuata ſtatim. caſ. 432. nu. 39 — 58
furtum præſumi ab eo factum, apud quem res reperitur. caſ. 462. nu. 10 — 96
furtum non comiſiſſe præſumitur, qui erat impotens ad rei ſubtractionem, caſ. 472. nu. 21 — 105

G

GAbellam nomine Principis exigens qua pœna puniatur, ſi plus debito exegit. caſ. 443. nu. 5 — 72
gallia qua pœna puniat adulteros. caſ. 419. nu. 64 — 27
geneſis, c. 2. 4. exponitur. caſ. 420. nu. 3. 7. 9 — 30
generalitas obſcuritatem parit. caſ. 461. nu. 11 — 64
Germani olim plures vxores habebant. caſ. 420. nume. 83 — 35
germanorum pœna contra adulteros. caſ. 419. nume. 18 — 23
Glo. Barb. & ſequacium opinio, quòd concilium prouinciale recuſari non poſſit, reiicitur. caſ. 458. nume. 9. — 86
Glo. cle. dudum. §. ac deinde ad ſepul. declaratur. caſ. 465. num. 4 — 99
Glo. c. quoniam frequenter. §. alijs, vt lit. non cont. declaratur. caſ. 476. nu. 3 — 115
Glo. cap. breui. de iureiuran. declaratur. caſ 494. nume 14 — 124
Gomes. opinio exploſa. caſ. 447. nu. 17 — 76
gortinenſes pœna infamiæ adulteros puniebãt, caſ. 419. nu. 19 — 23
gratias Principum non vitiari temporis anguſtia. caſ. 480. nu. 5 — 116
gratiæ motu proprio conceſſæ fauorabiles ſunt. ibid. nume. 6
Grationopoli pœna pecuniaria adulterium punitur. caſ. 419. nu. 65 — 27
Gregorium Septimum Pont. Max. depoſuiſſe Henricum Tertium Imperatorem ob commiſſam ſimoniam. caſ. 401. nu. 27 — 3

H

HAereditatem adire dicitur, qui dicit, volo eſſe hæres. caſ. 496. nu. 8 — 127
hæres, cui data eſt facultas eligendi fideicommiſſarium, ſi dicit, volo Caium eligere fideicommiſſarium, dicitur Caium elegiſſe. caſ. 496. nu. 17 — 127
hæredem teneri vindicare mortem defuncti, alioqui hæreditate priuatur. caſ. 498. nu. 28 — 135
hæredem non poſſe adire hæreditatem antequam vindicauerit mortem defuncti. ibid. nu. 35
hæredem intra annum legata præſtare debere, ſi modo interpelletur. ibid. nu. 58
hæredem non teneri ſoluere legatum factum piæ cauſæ, niſi interpelletur. ibid. nu. 59
hæreſis ſuſpectus & excommunicatus, ſi intra annum nõ comparet, damnandus eſt, vt hæreticus, & conſequenter beneficijs priuatus eſt ſi eſt clericus beneficiatus caſ. 416. nu. 6 — 13
hæreſis ſuſpectus eſt, qui vltra annum in excommunicatione perſeuerat. ibid. nu. 53
hæreſis crimen non priuare hæreticum beneficijs ante declararoriam. ibid. nu. 64
hæreticus relapſus realiter degradatur. caſ. 415. nume. 22 — 11
hæreticum beneficijs priuatum cenſeri. caſ. 416. num. 61 — 19
homicidium an præſumatur ex præcedenti tractatu. caſ. 470. nu. 21 — 102
homicidium alicuius cauſa commiſſum, eo tamen non mandante, an efficiat eum deliquiſſe. caſ. 471. nu. 1 — 103
hypotecata cenſeri illata & inuecta eo animo, vt ibidem eſſent perpetuo. caſ. 441. nu. 4 — 69

I

IAcob duas duxiſſe vno tempore. caſ. 420. nume. 13 — 30
iacobi cuiacij & Petri Fabri opinio de verbis, non volo, non nolo. caſ. 496. nu. 71 — 131
idolis deſeruiſſe barbaros multos. caſ. 420. num. 88 — 36
ieiunus celebrare quando dicatur ſacerdos. caſ. 406. nume. 4 — 5
ignaris literarum ſacerdotia non eſſe conferenda. caſ. 425. nu. 6 — 46
illata & inuecta in domo cenſeri hypothecata, etiam ſi bona alterius ſint quàm inquilini. caſ. 441. numero 9. — 69
illiteratos à Sacerdotio repellendos. caſ. 425. nume. 2. — 45
illiteratus clericus inferior quando eſſe dicatur. ibidem nume. 51
illiteratum eſſe, qui gramaticam ignorat. ibidem numero 52
illiteratum cenſeri qui ſcit legere vulgariter tantùm. ibid. nu. 53
illiteratum dici, qui non nouit loqui latinè. ibidem nume. 56
illiteratus non dicitur puer, qui pro ſua ætate didicit. ibid. nu. 59
imolæ opinio reiecta. caſ. 433. nu. 11 — 60
impediens iudicem exercere ſuam iuriſdictionem punitur caſ. 438. nu. 1. — 65
impediens iuriſdictionem delegati punitur, etiam ſi aliàs ipſe impediens iudex ipſe extitiſſet. ibid. nu. 7.
impedimentum matrimonij nullum extare iuramento parentum probatur. caſ. 454. nu. 1 — 82
implere debet, qui vult ſibi impleri. caſ. 494. nume. 9. — 124
inconſtantia damnatur. caſ. 421. nu. 35 — 41
indi plures vxores ducebant. caſ. 420. nu. 73 — 35
indicium exortum ex teſtimonio ſocij criminis diluitur, probando bonam famam nominati. caſ. 474. nume. 42 — 110
indicia qualia eſſe debeant illa, quæ debent concurrere cum nominatione facta à ſocio criminis, vt nominatus torqueri poſſit, ibid. nu. 44




INDEX


infamia nomen non retinere, qui mala fama fuit, ſi nunc eſt bonæ. caſ. 464. nu. 22 — 98
infamis fidem non facit. caſ. 474. nu. 19 — 109
infamis efficitur qui delictum fatetur. ibid. nu. 51
infames ferre non poſſe teſtimonium. ibid. nu. 52
infinitiuum eſſe informare verbum, cui adiungitur. caſ. 496. nu. 16 — 127
infirmitas iuſtam præbet cauſam monacho eundi ad religionem laxiorem caſ. 421 nu. 25 — 41
Innocentium Primum Pontificem excommunicaſſe Archadium Auguſtum & Eudoxiam eius vxorem ob commiſſam Simoniam. caſ. 401. nu. 24 — 3
innocentiæ probatio nunquam cenſetur excluſa. caſ. 416. nu. 39 — 17
innocentia probari non poteſt, quãdo ſtatutum procedit vlterius excludendo probationes. ibid. nu. 41
innocentiam probare non poteſt contumax ſæpius citatus. ibid. nu. 42
inquilino remitti penſionem, ſi conduxit domum eo animo, vt hoſpites haberet, & bello deinde fuit impeditus. caſ. 440. nu. 2 — 68
inquilinum ſolitum hoſpitari ſcolares, eo animo domum conduxiſſe dicitur. ibid. nu. 4
inquilini qualitas arguit, qua de cauſa domum ab eo fuerit conducta. ibid. nu. 8
inquiſitor hæreſis punire poteſt impedientes ſuum officium. caſ. 438. nu. 6 — 66
inſtitutionem hæredis eſſe caput teſtamenti. caſ. 471. nu. 6 — 104
interrogatio hæc, vis contrahere matrimonium, fieri debet à viro vel vxore. caſ. 496. nu. 32 — 128
interpellationis verba certa eſſe debere. caſ. 461. nume. 20 — 94
interpellationem debitoris non eſſe neceſſariam, quando res clara eſt & liquida. caſ. 498. nu. 73 — 138
inuecta & illata quæ dicantur. caſ. 441. nu. 2 — 69
inuecta cenſeri ea, quæ plauſtro fuerunt importata. ibid. nume. 3
Ioannem Chriſoſtomum recuſaſſe ingredi Concilium prouintiale ſibi ſuſpectum. caſ. 458. nu. 4 — 85
iudex quam pœnam ob ebrietatem ſtatuat in clericos. caſ. 404. nu. 6 — 5
iudicis arbitrio punitur Sacerdos celebrans miſſam ante dormitionem. caſ. 460. nu. 6 — 6
iudicis arbitrio puniri Sacerdotem ſæpius in die miſſam celebrantem. caſ. 470. nu. 5 — 6
iudicis arbitrio punitur Sacerdos celebrans miſſam ſine debitis ſolemnitatibus. caſ. 480. nu. 2 — 6
iudicis arbitrio punitur Sacerdos, qui dum celebrat, permittit aliquid ſanguinis effundi in terram. caſ. 409. nume. 2 — 6
iudicis arbitrio punitur clericus, qui minus reuerenter defert ſacratiſſimam Euchariſtiam. caſ. 410. nume. 2 — 7
iudicis arbitrio punitur clericus mediator contractuum illicitorum. caſ. 411. nu. 3 — 7
iudicis arbitrio punitur Sacerdos reuellans cõfeſſionem à ſe non integrè auditam. caſ. 414. nu. 7 — 10
iudicis arbitrio punitur confeſſor reuellans confeſſionem, aſſerendo ſe de confeſſi licentia facere. ibidem nume. 8
iudicis arbitrio relinqui, an clerici minores ob patratum ſcelus debeant degradari. caſ. 415. nu. 10 — 11
iudicis arbitrio relinquitur, quod tempus dicatur perpetuum, quo clericus degradatus eſſe debet in monaſterio. ibid. nu. 20
iudicis arbitrio puniri perſeuerans in excommunicatione per annum. caſ. 416. nu. 4 — 13
iudicis arbitrio punitur excommunicatus perſeuerans per annum. ibid. nu. 46
iudicis arbitrio relinquitur tempus, quod eſt expectandum ad declarandum excommunicatum perſeuerantem vltra annum in excommunicatione, eſſe lapſum in hereſim. ibid. nu. 66
iudicis arbitrio relinquitur, intra quod tempus interponi debeat ſecundum decretum. ibid. nu. 67
iudicis arbitrio punitur Sacerdos, qui benedixit ſecundas nuptias caſ. 417. nu. 8 — 20
iudicis arbitrio interdum puniri adulteros. caſ. 419. nume. 1 — 23
iudicis arbitrio puniri adulterium in ditione Mediolanenſi. ibid. nu. 63
iudicis arbitrio puniri ducentem vno tempore plures vxores. caſ. 420. nu. 1. 97 — 29
iudicis arbitrio punitur mulier, quæ vno tempore plures viros duxit. ibid. nu. 120
iudicis arbitrio relinquitur, quod longum tempus dicatur, quo expectauit mulier virum, quem credebat mortuum, vt alteri potuerit nubere. ibidem nume. 121
iudicis arbitrio relinqui, qualiter mors viri probetur, vt mulier ſit certa, & poſſit ſecundò nubere. ibid. nume. 128
iudicis arbitrio relinqui iuſtas cauſas, ob quas clericus, vel monachus relinquere poteſt religionem. caſ. 421. nu. 2 — 39
iudicis arbitrio eſt, quæ dicatur cauſa iuſta, ob quam conceditur monacho relinquere religionem & vxorem ducere. ibid. nu. 11
iudicis arbitrio eſt cauſa, vt monachus eat ad religionem laxiorem. ibid. nu. 24
iudicis arbitrio, quæ cauſa ſit iuſta tranſeundi ad aliam religionem laxiorem, ibid. nu. 29
iudicis arbitrio, quando monachus dicatur celeriter reuerti ad ſua clauſtra. ibid. nu. 31
iudicis arbitrio punitur monachus non rediens ad ſuam religionem. ibid. nu. 32
iudicis arbitrio punitur clericus ſecularis, qui inconſulto Epiſcopo eccleſiam ſuam deſerit. caſ. 422. nume. 6 — 42
iudicis arbitrio eſt, quæ dicatur iuſta cauſa, vt Epiſcopus ad aliam cathedralem transferatur. caſ. 423. nume. 5 — 43
iudicis arbitrio punitur Epiſcopus negligens viſitare & prædicare. caſ. 424. nu. 5 — 44
iudicis arbitrio relinquitur, quo tempore Epiſcopus teneatur viſitare eccleſias ſuas. ibid. nu. 6
iudicis arbitrio reliquitur, quantus eſſe debeat numerus perſonarum, quæ Epiſcopum eccleſiam viſitantem comitari debeat. ibid. nu. 7
iudicis arbitrio relinqui multa caſ. 425. nu. 8 — 46
iudex literatus quis dicatur. ibid. nu. 15
iudicis arbitrio relinqui, qua prudentia eſſe debeat clericus. caſ. 426. nu. 12 — 46

udicis arbitrio relinqui, quod temporis interuallum debeat adhiberi in collacione ſacrorum ordinum. caſ. 427.nu,28 51

iudicis arbitrio relinqui tempus, intra quod promotus ad parochialem ordinetur pres biter,ibid.nu.10

iudicis arbitrio puniri clericum omittentem dicere horas canonicas,caſ.429.nu.3 52

iudicis arbitrio punitur omittens dicere horas canonicas ibid.nu.12

iudicis arbitrio puniri clericum conſentientem in iudicem laycum,caſ.430.nu.3 53

iudicis arbitrio puniri clericum baptizantem alio in loco, quàm in fonte ſacro.caſ.431.nu.2 54

iudicis arbitrio relinquitur, quomodo Prælatus conſueuerit mutuo ſuſcipere pecuniam. caſ. 432.nume.24 56

iudicis arbitrio relinqui quando ecclesia opus habuerit pecunia mutuatitia.ibid.nu 35

iudicis arbitrio relinquuntur coniecturæ, quibus ſignificatur,rem ſuiſſe effectam de menſa eccleſiæ.caſ.433.nu.8.29 59

iudicis arbitrio relinqui, quando donatio Prælati excedat limites remunerationis.caſ.434.nu.4 62

iudicis arbitrio relinqui,quando pater dicatur exceſſiſſe terminos alimentorum dum legauit ſpurio eam ob cauſam.ibid.nu.6. 6

iudicis arbitrio relinqui, quando Epiſcopus dicatur excedere modum, relinquendo prædium ſeruo eccleſiæ manumiſſo.caſ.435.nu.2 63

iudicis arbitrio relinqui, quanta fructuum portio dari debeat monaſterio, ad quod monachus ob ſua malè merita fuit translatus.caſ.436.nu.20 64

iudicis arbitrio puniri impedientem delegatum vti ſua iuriſdictione,caſ.438.nu.21 67

iudicem pro qualitate perſonarum punire impedientem delegatum, ne vtatur iuriſdictione delegata. ibid. nume.22

iudicis arbitrio punitur iudex ille, qui oppoſitam reì iudicatæ exceptionem reijcit. caſ. 439. numero 2 68

iudicis arbitrio relinqui quando dicì poſſit, inquiinum conduxiſſe domum,vt hoſpites in ea haberelt. caſ 440.nu 3 68.

iudicis arbitrio relinqui quando bona cenſeantur illata, & inuecta in domo,vt ibi perpetuò ſint.caſ. 441.nume.6. 69.

iudicis arbitrium verſari in locatione domus facta à ſocio de parte alterius ſocij.caſ.442.nu.1 70

iudicis officium quando concedatur inter plures interſe diſſentientes.ibid.nu.7

iudicis arbitrio relinqui.an conductor domus communis ſit perſona idonea.ibid.nu.17

iudicis arbitrio relinqui,an domus non conſueta locari, ſocio inuito poſſit locari.ibid.nu.24

iudicis arbitrio puniri publicanum plus debito exigente,caſ.443.nu.2 72

iudicis arbitrio pœna indicitur contra teſtamenti executorem, vt teſtamentum exequatur. caſ.444.numero 3 73

iudicis arbitrio puniri executorem teſtamenti, ſi malè reddidit rationem executionis.ibid.nu.6

iudicis arbitrio puniri temerè appellantes.caſ.445.nume.2. 73

iudicis arbitrio relinqui, quod dicatur modicum tempus ſupereſſe ad proſequendum appellationem.caſ.446.nume.2 74

iudicis arbitrio relinqui, quando appellās dicatur nimis feſtinare.ibid.nu.4

iudicis arbitrio indicitur pœna illa, quæ loco pecuniariæ ſuccedit.caſ.447.nu.3 75

iudicis arbitrio puniri conuictum de delicto per exceptionem.caſ.448.nu.2 76

iudicis arbitrio alia pœna eum puniri, in quem pœna ordinaria non cadit.caſ.449.nu.4.8 77

iudicis arbitrio relinqui,quando dicatur,excommunicatum commodè ire potuiße Romam, vt impetraret abſolutiooem.caſ.450.nu.5 79

iudex quod tempus debeat ſtatuere excommunicato, vt eat Romam pro abſolutione conſequenda. ibid. nu.6

iudicis arbitrio relinqui, qualis eße debeat neceſſitas, ob quam permittuntur aliàs non permiſſa.caſ.451.nu.8 80

iudicis arbitrio puniri eos, quorum negligentia banniti non præbenduntur.caſ.452nu.2 80

iudicis arbitrio puniri iudices ſeculares, qui brachium ſeculare non concedunt iudici eccleſiaſtico ad coercendam audaciam delinquentium.ibid.nu.3

iudicis arbitrio puniri eos, qui falſa impedimenta matrimonij denunciat.caſ.453.nu.4 81

iudicis arbitrio relinquitur numerus denunciationum, quæ fieri debent pro contractu matrimonij. ibidem nume.5

iudicis arbitrio relinqui,an admittatur teſtimonium parentum de matrimonij impedimento. caſ. 454.nume.2 82

iudicis arbitrio relinqui, quæ iuſtæ ſint cauſæ, quibus permiſſum eſt recedere à ſponſalibus. caſ. 455.nume.2 82

iudicem ſtatuere terminum marito vt ad vxorem reuertatur.caſ.456.nu.2 83

iudicis arbitrio ſtatui tempus, intra quod creditor, qui impedit ſequeſtrum, experiatur. caſ. 457. numero 7 84

iudicis arbitrio relinqui,an concilium ſit ſuſpectum, vbi præſides ſuſpecti ſunt.caſ.458.nu.2 85

iudicem qui iam animi ſui motum detexit, iuſtè recuſari poteſt.ibid.nu.14

iudicem qui in prima cauſa iudicauit, eſſe ſuſpectum in ſecunda.ibid.nu.17

iudicem eße ſuſpectum vbi ſuſpectus eſt aſſeſſor. ibidem nu.24

iudicem ob prærogatiuam non poſſe recuſari.ibidem numero 28

iudices quibus de cauſis ſoleant errare.ibid.nu.30

iudicis arbitrio punitur tutor, qui per interpoſitam perſonam emit bona pupilli.caſ.459.num.3 90

iudicis arbitrio puniri magiſtratum,qui à ſubditis emit, mutuò ſuſcepit, vel donata acceptauit. ibidem numero 15

iudicis arbitrio relinqui, quæ dicatur eſſe magna, & iuſta cauſa,ob quam mater tenetur dotare filiam. caſ. 460.num.2 92

iudicis arbitrio relinqui, an generalis proteſtatio ſufficiat ad certificandum.ca.461.nu.2 93





iudicis arbitrio relinqui,quādo perſonę qualitas ſuadeat, vel non vt generalis proteſtatio ſufficiat.ibid. nu. 5

iudicis arbitrio relinqui,quandiu citatio per edictum affixa eſſe debeat ædibus.caſ.463.nu.3 96

iudicem poſſe minuere tēpus,intra quod citatio per proclama ter debeat fieri.ibid.nu. 5

iudicis arbitrio relinquitur,quomodo tempus citandi ter per proclama poſſit coanguſtari.ibid.nu.6

iudicis arbitrio relinqui,quādo deferri debeat iuramētū in ſupplementū probationū accuſatori in cā criminali,cū probauit plus quàm ſemiplenè.c.464.n. 8. 97

iudicis arbitrio relinqui,quis magnus numerus medicorum eſſe dicatur in ciuitate.caſ.465.num.6

iudicis arbitrio relinquitur,quis numerus curatorum operis in ciuitatibus eſſe debeat.ibid.nu.8

iudicis arbitrio relinquitur qualis terminus ſtatui dēat duob.dñis cōtendētib.de dominio directo.c.466.n.100

iudex ſtatuit terminum duob.dominis de directo dominio contendentibus.ibid.nrm. 2

iudicis arbitrio relinqui,quando quis dicatur amiſiſſe habitum ſcientiæ.caſ.467.nu. 5 100

iudicis arbitrio relinqui,quo in loco quis teneatur reddere rationem adminiſtrationis.caſ. 468.nu.2 100

iudicis arbitrio relinqui, quo in loco teneatur grauatus implere conditionem.ibid.nu.3

iudicis arbitrio relinqui,ſeruus,cui relicta eſt libertas,ad hoc,vt cum hæredibus habitet,an eum peregrinantē ſequi debeat.caſ.469.nu.2 101

iudicis arbitrio relinqui, quando præcedens tractatus arguat contractum fęneratitium.caſ. 470.nu.12 102

iudicis arbitrio relinqui,an contractus præſumatur vſurarius ob præcedentem tractatum non concluſum,cōcurrente tamen aliqua coniectura.ibid.nu.18

iudicis arbitrio puniri eum,cuius cauſa homicidium fuit commiſſum,etſi id contigerit prçter voluntatem ſuā & eo non mandante.caſ.471.nu.4 103

iudicis arbitrio relinqui,quarum ex duabus præſumptionibus,& coniecturis ſit potentior,caſ.472.n.1.104

iudicis arbitrio relinqui, quando teſtimonium cedentis proſit ceſſionario.caſ.473.nu.4 106

iudicis arbitrio relinqui,quando donantis teſtimonium proſit donatario.ibid.nu.5

iudicis arbitrio multùm tribui,an teſtimonium ſocij probet in cauſa ſocij.caſ.474.nu.1 107

iudicis arbitrio relinqui,quando colonus partiarius probet pro domino ibid.nu.7

iudicis arbitrio relinqui,quæ affectio repellat ſocium, ne probet pro ſocio.ibid.nu. 10

iudicis arbitrio relinqui,quomodo aduerſus maleficium procedi debeat.ibid.nu.34

iudicis arbitrio relinqui,qualia eſſe debeant inditia, quæ debent concurrere cum nominatione facta à ſocio criminis;vt nominatus poſſit torqueri.ibid.nu.47

iudicis arbitrio relinqui,adminicula,quib.cōcurētib.probatur coitus ex teſti.de auditu deponētib.ibi nu.19.

iudicis arbitrio relinqui,quando nominatus in iudicio reſpondere debeat.caſ.476.nu.4 115

iudicis arbitrio relinqui,intra quod tempus electus debeat conſentire electioni.caſ. 477.nu.3 116

iudicis arbitrio relinqui, intra quod tempus Epiſcopus debeat reſtituere præſentatum.ibid.nu.4

iudicis arbitrio ſtatui tempus ei,cuius conſilio fieri dēt electio.ibid.nu.5

iudicis arbitrio diſtribui expenſas,quas faciūt euntes Romā pro diffinitione litis ſuper electione exortæ.ib.n.6

iudicis arbitrio relinqui,quandiu clericus abeſſe poſſit iuſtis de cauſis.caſ. 478.nu.2 116

iudic.arbit.relin.intra quod tēpus poſſit reus recuperare poßeſſionē ſibi oblatā ob ſuā cōtumaciā.c.479.n.3.116

iudicis arbitrio relinqui quando dicatur pater malitiosè moram trahere in loco ſtudij, quando alia de cauſa ibi ſortitur forum.caſ.481.nu.5 117

iudicis arbitrio relinqui,quando quis dicatur accuſare, vel occidere vxorē ardore vindictæ.c.482.n.5.118

iudicis arbitrio puniri inferentem lapides è muris, caſ. 483.num.4 118

indi.arb.punitur tranſcendēs muros ciuitatis.ibid.nu.6.

iudicis arbitrio puniri eum,qui tranſcendit muros ciuitatis,vt bannitum occidat.ibid.num.7

iudicis arbitrio relinqui,quando indicia dicantur grauia, vel leuia,vt ſit locus denunciationi euangelicæ, pro iuſtitia ſententiæ.caſ.484.nu.11. 119

iudicis arbitrio relinqui,quādo poſitiones negatiuæ ſint recipiendæ,vel reijciendæ.caſ.485.nu.2 119

iudicis arbitrio relinqui,quando teſtes dicantur eße eodem in loco,in quo teſtator teſtamentum conficit. caſ.486.nu.4 120

iudicis arbitrio relinqui,quando teſtes cogi poſſint ferre teſtimonium.caſ.487.nu.2 120

iudicis arbitrio punitur vendens iuriſdictionem domino inſcio.caſ.488.nu.6 120

iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur cā iuſta, vt appellatio admittatur interlocutoria.c.489.nu 2.121

iudicis arbitrio relinqui, quādo duæ ſemiplenę probationes poſſint cōiungi in cauſis capitalib.c.492.n.3.122

iudicis arbitrio relinqui,quando poſthumus illico dicatur mortuus. caſ.491.nu.3 122

iudicis arbitrio relinqui,an cauſa debiti, quæ habet paratam executionem,præferatur illi quæ pignus, vel hypotecam habet.caſ.493.nu.17 123

iudicis arbitrio relinqui,an ſubſtitutus ab aduocato ſit æquè idoneus.caſ.494.nu.20 125

iudicis arbitrio relinqui,quæ ſit ſignificatio dictionis in. caſ.495.nu.2 125

iudex,qui dixit, volo te ire in poſſeſſionem,dicitur interpoſuiſſe primum decretum.caſ.496.nu.13 127

iudicis arbitrio relinqui,quibus coniecturis præſumatur deliberata voluntas,vt verbum volo,ſtet diſpoſitiuè non autem enunciatiuè.ibid.nu.42

iudicis arbitrio relinqui,quantùm vnus Epiſcopus ab altero diſtare debeat.caſ.497.nu.3

iudicis arbitrio relinquitur,quantùm vna parochia ab altera diſtare debeat.caſ.eo.nu.4

iud.arb.verſari,quādo pœna cōmiſſa cēſeatur cōtra eum qui aliquid dare, vel facere tenetur,c.498.nu.1.133

iudicis arbitrio teneri dare eum,qui ex ſtipulatione prætoria tenetur.ibid.num.23

iudicis arbitrio eſſe tempus,quo debitor ex voluntate teſtatoris,dare vel facere debet.ibid.nu.25

iudicis arbitrio relinqui,quando pœnam incurrat debitor ex legis diſpoſitione.ibid.nu.37

iudicis arbitrio relinquitur,quando quis commodè poſſe dare dicatur.ibid.num.76

iudicis arb.relinqui, quæ cā iuſta eße dicatur, vt reus teneat edere rōnes ſuas, et inſtrumēta.c.499.n.4.138

iudicis arbitrio relinquitur iuſta cauſa, qua argentarius argentario edere tenetur.ibid.nu.5

iudicis arbitrio puniri diſcipulum, qui ſine venia in ius vocat verbaliter præceptorem ſuum.c.500.n.3.136

iudicis arbitrio puniri vocãtẽ in ius ſine venia eũ, quẽ lex vocari prohibet, etiam ſi citatio ſit nulla ibi.nu.4

iudæos plures vxores ex l.Cæſarea habere non poſſe.caſ. 4:0.nu.93 36

iudæum poſſe puniri per indirectum pœnis eccleſiaſticis ſi fenus exerceat.caſ.449.nu.17 78

iudæos poſſe compelli ad reſtõne m vſurarũ.ibid.nu.18.

iurari permiſſum ex cauſa neceſſitatis.caſ.451.n.6. 80

iuramentũ in ſupplementũ probationũ non deferri actori ſeu accuſatori in cauſis criminalibus cum ſemiplenè tantùm probauit.caſ.464.nu.1 97

iuramentum in ſupplementum probationum non deferri in cauſis ciuilibus magnis.ibid. nu.4

iuramentum in ſupplementum probationum non deferri actori agenti ciuiliter pro cauſa aliàs criminali, ſi ſemiplenè tantùm probauit.ibid.nu.6

iuramentum in ſupplementum probationum an deferatur accuſatori in cauſa criminali, quando probauit pluſquàm ſemiplenè.ibid.nu.7

iuramentum in ſupplementum probationum perſonæ honeſtæ tantùm deferri,ibi.nu.9.12

iuramentum in ſupplementum probationum deferri reo in cauſa criminali cum ſemiplenè probauit,ibi.nu.10

iuramentum in ſupplementum deferri reo in cauſa criminali ciuiliter tractata,ibid.num.11

iuramentum ſuppletorium deferri ei,qui deſiit exercere fœnus.ibid.nu.15

iuramẽtũ in ſupplemẽtũ probationũ nõ deferri.ibi.nu.9

iuramentum in ſupplementum probationum deferri cauſa cognita,ibid.nu.26

item parte citata,nu.27

item ſi petitum fuit deferri.nu.28

item ſi fuit petitum in termino probatorio,nu.29

iurans velle contrahere,non dicitur tunc contrahere. caſ.495.nu.26 128

iuriſdictionem eſſe publici iuris.caſ.488.nu.1 120

iuriſdictio vendi inſcio domino non poteſt.ibid.nu.2

iuriſdictionem vẽdens de euictione non tenetur.ibi.n.3

iuriſdictionem,& poteſtatem ſui maioris perturbãs grauiter punitur.caſ.437.nu.6 65

iuriſdictionem delegati cenſeri prorogatam contra eum, qui impedire eam conatur.caſ.458.nu.5 66

ius aureorum anulorum donatos aliquando fuiſſe, & publicanos.ibid.nu.7

ius naturale eſt,quod oĩa aĩalia docuit.ca.419.n.4.23

ius pontificium eſſe coniunctum Cæſareo ex Ciceronis ſententia.caſ.425.nu.31

iuſſus à iudice dare intelligitur,cum commodè dare poterit,caſ.498.nu.75 138

iuſſus à iudice præſentare aliquem intra octo dies,intelligitur,ſi fuerit ad preſentãdũ interpellatus.ibi.nu.77

iuſta cã trãſeũdi ad aliã religionẽ que,c.421.nu.21. 41

iuſtam cauſam,vt monachus ad aliam religionem tranſeat,quis iudicet.ibid.num.28

Iuuenalis locus explicatus.ibid.num.41

L

LAcedemonij plures ducebãt vxo.c.420.n.84.35

Laciadæ morte ignominioſa adulteros feriebant. caſ.419.nu.16 23

læſionem probare debet eccleſia petens ſe reſtitui aduerſus cõtractum à ſuo prælato initum.c.432.n.16. 56

lapides è muris ciuitatis auferre prohibitum.caſ.483. num.3 118

legata non vitiari temporis anguſtia.c.480.nu.4.117

legans penum,& ſi penus non detur,centum, duo legaſſe dicitur.caſ.498.nu.21 135

legatarius,cui eſt legatũ,ſi cũ herede habitauerit,cũ ſequi tenetur,ſi is cõſueuit peregrinari.c.469.nu.3.101

legatarius,cui factũ eſt legatũ,vt ſit cũ hærede, non tenetur eũ ſequi in magna peregrinatione.ibi.nu.6

legatarius,qui & debitor eſt, dum ſoluit in cãm debiti, in benigniorem ſoluere præſumitur.c.472.n.8.104

legare qui uelle dixit,nõ dĩ tũc legare.c.496.n.22.128

legendi,& ſcribẽdi ars neceſſaria.c.425.nu.11. 46

legiſta ſenza canoni val niente.ibid.num.29

legitimationis tractatum inſerre legitimationem, caſ. 470.nu.7 102

Lepreorum pœnas in adulteros,ca.419.nu.23 24

Leuitæ in lege antiqua creabantur ij,qui vigeſimum annum agebant.ca.427.nu.23 51

lex Viſellia quando lata,caſ.402.nu.1 3

legem Viſelliam hodie ceſſare,ibid.nu.15

lex naturalis quæ.caſ.419.nu.3 23

lex Iulia de adulterijs à Cæſare Auguſto lata.ibi.nu.29

legem Iuliam ab Auguſto latam pœnam mortis indixiſſe adulteris ex aliquorum opinione.ibid. num.38

lex Iulia pęnã adulteris annuã qũo indixerit.ibid.nu.42

legis Iuliæ latæ à Cęſare Auguſto cõtra adulteros pœnã extra ordinẽ,atq; ita iudici arbitrariã fuiſſe.ibi.n.46

lex vim ſuam tunc obtinet,cum ab hominibus recipitur. caſ.420.nu.10 30

lex diuina antiqua de pluralitate vxorum vſu non recepta ab antiquis illis patribus.ibi.nu.11

lex diuina antiqua de pluralitate vxorum vſu recepta ibid.nu.16

lex inſpirata quæ.ibi.nu.24

legis eſſentiam eſſe & in ſcriptura ſcdũ aliquos,ibi.n.26

lex,vt obliget,promulgari debet,ibid.nu.27

legi inſpiratæ,quomodo derogetur.ibid.num.29

lex naturalis quæ,ibid.nu.47

lex naturæ eſt,alteri ne feceris, quod tibi fieri non vis. ibid.nu.51

legi naturali repugnare, quæ ſunt contra naturale deſiderium,ibid.nu.54

legi naturali repugnare,quæ reddunt actionem inconuenientem fini,ibid.nu.55

legẽ naturalẽ plures offendiſſe difficile ẽ dictu.ibi.nu.87

leges eſſe ſcriptas negligentibus.caſ.432.nu.23 56

lex noua aliquid vltra antiquam debet operari.c.408. num.68 138

l.1.ff.ad l.Iul.de amb declarata,caſ.401.nu.17 2

l.barbarius.ff.de off.pręt. à multis nouè explanata. caſ. 402.nu.12 4

l.Atletas.ff.de his,qui no.infa.declaratur.c.413.n.8.8

l.2.C.de req.reis,declaratur,caſ.416.nu.20 14

l.1.ff.de extraord.crim.declaratur.ca.419.nu.40. 25

l.conſtituti.C.ad l.Iul.de adult.declaratio.ibi.nu.50

l.tranſigere.C.de tranſac.explicatur,ibid.nu.53

l.quamuis,la 2.C.de adult expoſita.ibid.nu.55

l.nemo.la 1.C.de inde.declaratur.caſ.4 0.nu.94 36

l.2.C.de inceſt.nup.declaratur.ibid.nu.98

l.eum qui duas,C.de adult.expoſita.ibid.nu.105


l inter




l.inter liberas.§.1.ff.de adul.declaratur.ibid.nu.109

l.miles.§.mulier.ff.de adul.declaratur.ibid.nu.119

l.vxores.ff.de diuor.declaratur.ibid.num.122

l.eũ.qui.C.de fun.rei pri.li.11.declarat.c.433.n.28.61

l.vlt.ff.de rer diui.declaratur.caſ.438.nu.10 65

l.1.in fi.C.ne lic.poten.explicata.ibid.num.12

l.eos.§.ne temerè.C.de appe.declaratur.c.445.n.4.73

l.ab executione.§.vlt.C.quor.ap.non recip.explicatur. ibid.num.5

l.in ſeruorũ.in fi.ff.de pœn.declaratur.c.447.n.13.76

l.hos accuſare.§.omnibus.cũ §.vlt.de accuſ.declaratur. caſ.449.nu.5 77

l.ſi quis id quod.§.in ſeruos.ff.de iuriſd.om.iud.declaratur.ibid.num.12

l.mancipia.cum gl.ibi.C.de ſer.fug.declaratur.ib.nu.15

l.cum proponas.C.de bon.auct.iud.poſſ.declaratur. caſ. 457.nu.6 84

l.nõ licet.ff.de cõtrah.empt.declaratur.c.459.n.16. 91

l.3.§.1.ff.de adm.rer.ad ciui.pert.declaratur.ibi.nu.18

l.ſi quis mihi bona.§.pater.ff.de acquir.hæred. declaratur.caſ.461.nu.13 94

l.ſed & interpellatus.in prin.ff.de arb.declaratur. ibid. num.14 14

l.1.§.1.ff.mand.declaratur.ibid.num.20

l.& eo modo.ff.de leg.2.declaratur.ibid.nu.24

l.ſi duas.§.decet.ff.de exc.tu.declaratur.c.465.n.5 99

l.ſi in aliquã.ver.curatoreſq; operũ declaratnr.ibi.nu.7

l.Męuia.§.vxore.ff.de ann.legat.declaratur. caſ.469. nume.1 101

l.cum ex pluribus de ſolu.declaratur.c.493.nu.2 122

l.ſi quid ex famoſa.ff.eo.ibid.nu.15

l.Pamphilo.§.propoſitum.ff.de legat.3.declaratur. caſ. 496.nu.25.46 128

l.eius eſt velle.ff.de reg.iu.litera,ibid.num.69

l.1.§.item ſi ita.ff.ad l.fal.declaratur.c.498.n.14.134

l.cum ſine,& l.ſi penum.ff.quan.dies lega.ced.explicantur.ibid.nu.15

l.2.§.ſi confeſtim.ff.ad Tertul. declaratur ibid. nu.29

l.1.C.de eden.declaratur.caſ.499.nu.6. 138

libertinos honores ingenuorum petere olim non potuiſſe caſ.402.nu.2 3

libertinos iure aureorum anulorũ donari ſolitos.ibi.nu.5

libertinos non niſi donatos iure aureorum anulorũ magiſtratus,& honores ingenuorum petere non potuiſſe ibid.num.9

libertinos hodie natalibus reſtitui.ibid.nu.14

libertos iure aureorum anulorum donatos, equeſtre nomen aſſumere conſueuiſſe.ibid.nu.6

licentiæ verbum expreſſam ſignificat.caſ.453.n.14.82

literas ſcire,& neſcire qui dicantur.caſ.425.nu.9 46

literas neſcire quando quis dicatur.vt à munere tutelæ excuſetur.ibid.nu.10

literas neſcit is,qui neſcit ſcribere,vt libello accuſationis ſubſcribat.ibid.nu.13

literas ſcire quis dicatur,vt in ſcriptis teſtetur.ibid.n.14

literas neſcire inter oratores quis dicatur.ibid.num.16

literarum ſcientia in Epĩs qualis eſſe debeat.ibid.nu.37

literas,quas ſcire debeant clerici,in dignitatibus inferioribus conſtituti.ibid.nu.44

litis proſequuta maximè ſpectari.caſ.445.nu.13

locandam eſſe domũ cõem plus offerẽti.c.442.n.6.70

Locrenſes adulteris oculis effodebant.ca.419.n.14.23

Locrenſiũ lex aduerſus excæcantẽ luſcũ.c.499.n.11 78

loquendi modus arguit deliberationẽ.c.496.n.50 130

Ludouicus Zũtus I.C.parmẽſis laudatur.c.496.n.5.126

M

M. Aurelius Imperator ſtatuam Frontoni præceptori erexit.caſ.400.nu.9 139

Macellarij ſordidi.caſ.412.nu.4 7

magiſtratuum petitores olim ambitu viſos,& rectè.caſ. 491.nu.6 1

magiſtratus vendi non debent,ne emptores iuſtitiã deinde vadant.caſ.488.nu.4 120

magiſtratum gerens nec per ſe,nec per perſonam interpoſitam emere poteſt bona ciuium.caſ.459.nu.12. 90

magiſtratum gerens pecunias mutuò ſuſcipere à ſubditis non poteſt.ibi.nu.13.Item ne donationes.nu.14

mãdatariũ fidem facere pro mãdãte.c.474.n.14. 108.

mancipia noua dici intra annum.c.433.nu.21 60

manendum eſſe in ea vocatione,in qua ſumus vocati. caſ.421.nu.6 40

Mariani Soc.ſen.codex coruptus repurgatur.caſ.475.nume.8 115

maritos plures ducens,qua pęna puniatur.ca.420. nu. 116 38

maritos plures ducens infamiæ notatur.ibid nu.117

maritum leproſum non eſſe ab vxore deſerendum. caſ. 456.num.1 83

maritus quando diu abeſſe dicatur ab vxore, iudicis arbitrio relinquitur.ibid.nu.2

maritus licitè occidit vxorem in adulterio deprehensã. caſ.482.num.3 118

maritum peccare cum ardore vindictæ accuſat vxorem de adulterio.ibid.nu.2

maritum ardore vindictæ occidentem vxorem in adulterio deprehenſam peccare.ibi.nu.4

maſculus in generatione agit.caſ.420.nu.58 34

Matthæi.c.8.declaratur.caſ.423.nu.10 44

maritus prohibitus legare vxori,non poteſt relinquere per perſonam interpoſitam.caſ.459.nu.28 92

matrem teneri intra annum petere dari tutorem filij, ẽt ſine interpellatione.caſ.498.nu.61 137

matrem interdum temere dotare filiam.caſ.460.n.1.92

matrem teneri dotare filiam,cũ pater eſt inops.ibi.n.3.

matrem teneri alere filiũ cum pater eſt inops.ibi.nu.4

matrẽ iudæã teneri dotare filiã ob patris inopiã.ibi.nu.6

matrimonij ſacramẽtum eſſe reiterabile.c.417.n.7.20

matrimonium ſpirituale contrahi inter clericum, & eccleſiam.caſ.421.nu.1 39

matrimonium tria bona habet.caſ.420.nu.56 34

matrimonij finis ſacramentũ.i.inſeperabilitas.ibi.nu.57

matrimoniũ eſſe remediũ cõtra concupiſcentiã.ibi.n.55

matrimonij finẽ nõ eſſe operũ communicãtionẽ.ib.n.67

matrimonia libera eſſe debere.caſ.453.nu.7 81

matrimonia celebrari à Parocho, vel ab alio de eius licentia.ibid.nu.13

matrimoniũ eſſe magnũ ſacramentũ.c.458.nu.39. 88

matrimoniũ probari p teſtes de auditu.c.475.n.20.114

matrimonium dici contractum,cum vir dixit, volo te in vxorem.caſ.496.nu.11. 127

matrimonium cenſeri contractum his verbis,volo te eligere in vxorem,ſi deliberatè prolata fuerũt.ibi.n.31

matronali veſte priuabantur adulteræ apud Romanos. caſ.419.nu 43 25


b 2 Medi

Medi pluralitatem vxorũ probãt.caſ.420.nu.77. 35
mercaturæ exercitium quando quis reliquiſſe,& amiſiſſe dicatur.caſ 457.nu. 2 100
metum argui ex præcedẽtib.tract.caſ.470.nu.9 102
militem exauthorari ob ebrietatem.caſ.404.nu.5 5
milites ob adulteriũ in militiã nõ recipi.c.419.n.34.25
militem adulterio damnatum infamia notari, & authorari.ibid.num.35
miles nec per ſe, nec per alium poteſt emere prædia in ea ciuitate vbi militat.caſ.459.nu.20 91
miles in ciuitate vbi militat,poteſt emere prædia paterna.ibid.nu.21
militis teſtamentum cenſeri priuilegiatum, modò de eo appareat.caſ.496.nu.45 129
minor ſicuti non poteſt alienare, ita nec pignorare. caſ. 432.nu.10. 55
modus præſumitur,& non conditio,ca.494.n.12. 124
Moyſes vir duarum vxorum.caſ.420.nu.14 11
monachus vel clericus relinquendo prorſus vitam monaſticam grauiter Deum offendit.caſ.421. nu. 4 40
monachus ad regulã laxiorẽ quãdo ire poſſit. ibid.nu.14
monachus ad laxiorẽ tranſiens diſpẽſari debet.ib. nu.16
monachus ad ſuam religionem celeriter reuerti debet. ibid.nu.30
monachus de licentia ſuperioris tranſiens ad laxiorem nõ efficitur apoſtata.ibid.nu.33
monachus quando ad parem religionem poſſit tranſire: ibid.num.34
monachus quando ad religionem arctiorem ire poſſit. ibid nu. 36
monachus debet petere licentiam tranſeundi ad religionem arctiorem.ibi. nu. 37
monachus prius debet inuenire religionem arctiorem antequam ſuam relinquat.ibid. num.38
monachum,ſi diſcordias inter monachos excitat, iudicis arbitrio puniri.ca.437.nu.1. 65
monaſterij ingreſſum fieri altero de duobus modis. caſ. 436.nu.3 63
monaſterium dicitur ingreſſus, qui profeſſionem fecit. ibid.nu.4
monaſterium dicitur ingreſſus quod bona,qui adhuc eſt intra annum probationis.ibid.num. 5
monaſterium aliud ingrediens, cui bona acquirantur. ib.nu.9
monialis quomodo ad aliam religionem tranſire poſſit. caſ.421.nu.40 42
morã cauſari ex verbis incitatorijs tantũ.c.461.n.6.94
morã magnã adferre debitori graue detrimẽtũ.ibi.nu.9
moram non committi contra eccleſiam ex facto Prælati. caſ.494.nu.11 124
moritur bis,qui ſuis armis interimitur.c.493. n.3.13 8
mulctam in pœnam corporalem mutari,cum debitor ſoluere non poteſt.caſ.447.nu.9 75
mulctari poteſt impediens iuriſdictionem delegati. caſ. 438.nu.24 67
mulierẽ duob.& viginti viris nuptã ca.417.nu.5. 20
mulierem dote priuari ob adulterium. ca.419.n.44.25
mulieri nil magis diſplicere,quàm debito coniugali fraudari.caſ.420.nu.60 34
mulier quomõ à Deo ſit data in viri adiutoriũ.ibi.n.69
mulieris opera in domo quæ propriè ibid.nu.70
mulier credens primum virum defunctum excuſatur, ſi alterum ſuperinducit.ibid.num.18
mulierem non poſſe ducere ſecũdum, niſi ſciat certè mortuum eſſe primum,ex lege canonica.ibid. nu. 126
mulier nupta ſecundo,viuente primo,quem viuere ignorabat,reuerſo primo,cum eo redire debet,ſecũdo marito relicto.ibid.nu.129
mulier dubitans de vita primi viri,non poteſt a ſecundo viro petere ſibi reddi debitum,ſoluere tamen iuſtè poteſt.ibid.nu. 130
multa dicuntur,quæ non fiunt.caſ.470.nu.1 102
mutationem non præſumi.ibid.num.15
Mauri ciuitatis ſancti.caſ.483.nu.1 118
muros vrbis Romæ tranſcẽdẽs,grauiter punitur.ibi.nu.5

N

NAſomones plures vxores ducebant.caſ.220. nume.76 55
natura vnicuiq; ſuã tẽpeſtiuitatẽ tribuit.c.427.n.7.50
neceſſitas excuſat.caſ.421.nu. 26 41
neceſſitas ob quam Eṗs transfertur.c. 423. nu.9. 43
neceſſitatem efficere eſſe licitum,quod aliàs prohibitum erat.ca.451.nu.7 80
negligentia caret nemo mortalium.caſ.429.nu. 6 52
nemo debet deſerere bonum, quod ſemel eſt complexus caſ.421.nu.5. 40
nolo eligere,qui dixit,de præſenti nolle eligere dicitur,nõ autem in futurum.ibid.nu. 63
nolo adire,nolo accipere hæreditatem,non infert repudiationem.ibi. nu.64
nominationem quæ in iudicijs fit,eſſe valde vtilem.caſ. 476.nu. 1 115
nominatio iudicialis quo tẽpore fieri debeat.ibid. nu. 2
nominatio iudicialis qua de cauſa fiat.ibid.nu.7
notarius nec per ſe,nec per alium poteſt ſibi ſcribere legatum in teſtamento.ca.459.nu.19 91
Nouariæ quæ pena ſit impoſita adulteris.c.419.72. 27
non velle,eſt facere,& pati.caſ.496.nu.67 131
non velle dicitur,qui factum non corrigit.ibid.num.68
non nolle,eſt pati,& non contradicere.ibid.nu.72
Numæ Pompilij lex aduerſus adulteros.caſ. 419.num. 26 24
Numidæ,& Mauri plurium vxorũ viri.c.420.n.81.35
nuptiæ ſecundæ non benedicuntur.caſ.417.nu. 1 20
nuptiæ ſecundæ,cur non benedicantur. ibid.nu.3
nuptiæ ſecũdæ à iure canonico non improbãtur.ibid.n.4
nuptiæ bigami cum virgine poſſunt impune benedici.ibidem num.10
nuptiæ nouæ dicuntur intra annum.ca.433.nu.20. 60

O

OFficium,artẽ, & ſciẽtiam intra quod tempus quis dicatur amiſiſſe.caſ 467.nu.1 100
Opilij Macrini lex contra adulteros.c. 419. nu.48 26
opus ceptum non deſerendum. caſ.421.nu.15 40
ordines minores conferri ijs, qui ætatis duodecim annorum ſunt.caſ.427.nu.14 51
ordines oẽs ſacros eodẽ tẽpore vni nõ cõferri.ibi.nu.27
ordinantes malè,& indignos varijs affici pœnis.ca.428 num.2 52

P

PAcem,& concordiam inter eccleſiaſticos eſſe ſeruãdam.caſ.437.nu.3 65
Paleſtini adulteros morte tradebant.c.419.nu.12 23
Papiæ quæ pena adulterium puniatur.ibid.nu.67


Papæ




Papæ ſumma poteſtas diſpenſandi cum monacho tranſeunte ad religionem laxiorem.caſ.421.nu.17 40
Papa liberè diſpẽſat in his, quæ ſunt poſitiui iuris.ib.n.19
Papam recuſari non poſſe cum de cauſis temporalibus vult cognoſcere.caſ. 458.nu.57 89
Papam ſuſpectum ex lege honeſtatis cauſam alteri delegare debere.ibid.num. 19
Papam eſſe iudicem in cauſa propria.ibid.nu 60
Papa admittente recuſationem concilij generalis, recuſatio procedit.ibid.num.62
Papiniani ſententia,qua Sabini,& Pegaſi opiniones diſcrepantes conciliantur,caſ.498.nu.16 134
Papirij prætextati egregium figmentum contra matronas Romanas.caſ.420.num.61 34
par in parem non habet imperium.caſ.438.nu.9 66
paribus non conſentitneibus res effectum non ſortitur. caſ. 442.nu.12 71
Parthi nullum delictum grauius adulterio mulctabant. caſ.419.nu.11 23
Parthi plures vxores ducebant.caſ.420.nu.78 35
patauij quæ ſãcita ſit pena cõtra adult.c.419.n.74.27
patauij qua pœna puniatur ducens vno tempore plures vxores.caſ.420.nu. 115 38
patrem legare poſſe filio ſpurio cauſa alimentorum. caſ. 434.nu.5 62
patris cõſensũ nõ eſſe neceſſariũ in cõtractu matrimonij ex conſtitutione concilij Tridentini,ca.453.n.6. 81
patris conſenſum in contractu matrimonij non requiri iure pontificio inſpecto ibid num.8
pater nec per ſe,nec per alium poteſt aliquid relinquere filio ſpurio.caſ.459.nu.27 92
patrem præſumi,voluiſſe bona eſſe libera pro dotatione filiarum.caſ.460.nu.11 93
pater viſitans filium in Gymnaſio conueniri ibi non poteſt.caſ.481.num.1 117
pater conueniri poteſt in loco ſtudij, ſi ibi ſoluere promiſit.ibid.num.2
pater,qui in loco ſtudij contraxit,ibi conueniri poterit. ibid.num.3
pater diu in loco ſtudij malitioſè moram habens, ibi poteſt conueniri.ibid.num.4
patrem conueniri poſſe in loco ſtudij,quando alia de cauſa ibi ſortitur forum.ibid.nu.6
patrem dando dotem filiæ nomine proprio dare creditur. caſ.433.nu.15 123
peccatum veniale effici mortale ob complacentiam. caſ. 416.nu.24 15
peccatũ veniale effici mortale ob cõſuetudinẽ.ibi. n.25
peccati cognitio per legem eſt.caſ.420.nu.31 32
peccatum eſt,quod ex fide non eſt.caſ.454.nu.19 124
peccatorem,peracta pœnitentia,peccatorem amplius nõ appellari.caſ.464.nu.21 98
pecunia ex certa cauſa mutuò ſuſcepta. probari debet in eam cauſam eſſe verſam.caſ.432.nu.14 56
pecuniam verſam in eccleſiæ,vel ciuitatis vtilitatẽ quomodo probetur.ibid.num.33
pecuniam eſſe verſam in vtilitatem oſtendit probitas adminiſtrationis.ibid.num.36
pecuniã modicã eſſe verſã in vtilitatẽ eccle. ibi. nu. 37
pecuniam eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ ſignificat, vbi debito fuit ſatisfactum.ibid.nu.38
pecuniam ſemel verſam in vtilitatem eccleſiæ, ſufficere quòd ſemel verſa ſit.ibid.nu.40
pecuniam perijſſe antequam in eccleſiam vtilitatem peruenerit,nil refert.ibid.nu.41
penſionis remiſſio,quãdo fiat inquilino impedito habitare cũ hoſpitib.quorũ cã domũ cõduxit.c.440.n.1.68
penſionis conſtitutio motu proprio facta non vitiatur ob temporis anguſtiam.caſ.480.nu.7 116
pẽſiones pluralitate vxori gaudebant.c. 420. n.90.35
peregrinatio ob delictum in cerico ignominioſa.c.414 num.5 9
Perigenis Epiſcopi translatio.caſ.423.nu.11 44
periculo ſe alterius cã nemo exponere dẽt.c.587.n.6 120
periuro iam abſoluto poſſe deferri iuramentum in probationum ſupplementum.caſ.464.nu.20 96
Perſæ vxores plures probabant.caſ.420.nu.79 35
perſeuerantia in excommunicatione per annum quid operetur.caſ.416.nu.5. 13
perſeuerans in excommunicatione per annum cenſetur confeſſus & conuictus de eo crimine,pro quo fuit excommunicatus.ibid.nu. 11
perſonæ honeſtas ſuadet, vt generaliter interpelletur ad ſoluendum. caſ.461.nu.4 93
pertinax an ſit verè hæreticus.caſ.416.nu.57 18
Peruſii pena eſt indicta pecuniaria in adulteros.ca.419. nu.69 27
Petrum Apoſtolorũ principem fuiſſe Romam translatũ ob eccleſiæ vtilitatem.caſ.403.nu.18 44
piſcatio clericis permiſſa caſ.413 nu.20 9
piſcatio clericis interdicta certis ſolenn.dieb.ibid.nu.21
Piſidarum in adulteros pœna.caſ.419.nu.21 24
Plinij li.18.na.hiſt.c.2.locus egregius.c.459.nu.6.90
pœna iudici arbitraria Simoniacos etiam puniri.c.441. num.28 3
pena in eos,qui magiſtratus ſibi minimè debitos petunt, & ambiunt.caſ.402 nu.3 3
pœna iudici arbitraria punitur adminiſtrans ante electionis confirmationem.caſ.403.nu.3 4
pena adminiſtrantis ante electioais confirmationem locum an habeat in beneficijs præſentatiuis.ibid.nu.4.
pena contra clericos ab ebrietate ſe non abſtinentes.ca. 404.nu.3 4
pena duplici nemo puniri debet.ca.416.nu.12 14
pœna arbitraria contra perſeuerantem in excommunicatione per annum.ibid.nu.47
pœna capitalis contra adulteros an indicta fuerit à lege Iulia ab Auguſto Cæſare lata.ca.419.nu.30. 24
penã legis Iuliæ latæ à C. Auguſto fuiſſe deportationis, vel relegationis ex aliquorũ opinione.ibid. nu. 31
pœna contra adulteros ex concilio Aureliano. ibidem nume.60
pena grauior contra adulteros eſt etiam iuſtior. ibidem num.75
pena capitalis dici poteſt & illa, quæ citra mortem eſt. caſ.420.nu. 104 37
penis affici Epiſcopus promouentes imprudentes ad ordines ſacros.caſ.428.nu.1 52
pena qua punitur impediens delegatum vti ſua iuriſdictione.ca.434.nu.17 67
penã edicti,ne quis eum &c.non habere locum contra impedientẽ delegatum vti ſua iuriſdictione. ibi.nu.18
pena priuationis beneficiorum non niſi ex magna cauſa fit.ibid.nu. 26




pena

Pœna quinquaginta librarum puniri temere appellantes.caſ.445 .nu.3 73
pęnam temerè appellantium in vſu eſſe deſiiſſe multi affirmarunt. ibid.num.6.
Pęna corporali afficitur,qui non habet in ære vt ſoluat, caſ 447.nu.1 75
pęnam pecuniariam fiſco deferendã in corporalem ſuo arbitrio iudex commutare poteſt.ibid.nu.5
pęnam pecuniariam fiſco deferendã in corporalem commutat ſolus Senatus in dominio Mediolani.ibi. nu.6
pœnam pecuniariam commutari in corporalem etiam debitore non ſoluente minimum quid.ibid. nu. 8
pęnam pecuniariam non commutari in corporalem,cum debitor eſt perſona nobilis.ibid.nu.10
pęnam corporalem in nobili eſſe maiorem omni pecuniaria.ibid.nu.11
pęnam pecuniariam magiſtratibus indictam in ſyndicatu non commutari in corporalem.ibid.nu.14
pęnam pecuniariam non commutari in corporalem debitore affectante.ibid.nu.15
pęna pecuniaria delata creditori pro ſuo intereſſe nõ commutatur in corporalem eo recuſante.ibid. nu. 16
pęna,qua afficitur cõuictus de delicto per modum exceptionis.caſ.44.8.nu.1 76
pęnam pecuniariam in ſeruum cadere nõ poſſe.caſ.449. num.2 77
pęnam paricidij & ſimiles non cadere in ſeruos,& illis ſimiles. ibid. num. 3
pęnam eſſe grauiorem amputare manum ſiniſtram carẽti dextra,quàm amputare dextram habenti vtranq; ibid,nu9
pęnam c.ſi quis ſuadente.17.q.4.non cadere in iudæum. ibid.nu. 79.
pęna,quæ contra frangentes & impediẽtes aquęductus Romanos.caſ.462.nu.3 95
pœnam infamiæ eſſe grauiſſimam.caſ.493.nu.3 122
pęnam mortis cauſam reddit grauiſſimam.ibid.nu. 5
pęnæ adiectio in ſtipulatione quid operetur. caſ. 498. num. 13 134
pęnam ſtatim incurrit,qui facit id,quod lex prohibet ſub pęna fieri.ibid.num.38
pęnam an ſtatim incurrat, qui facit quod lex prohibet, ſi illud ſui natura non prohibetur,vt quid turpe. ibidem num.42
pœnam quãdo incurrat negligens dare,vel facere, quod dare vel facere à lege,vel ſtatuto ſine temporis pręfinitione iuſſus eſt.ibid.nu.46
pœnam quando incurrat negligens dare,vel facere,quod iuſſus à lege,quæ terminum ad dandum, vel faciendum præfiniuit.ibid.nu.53
pęnam committi ſine interpellatione, cum eſt appoſitũ tempus ad dandum,vel faciendum,ex aliquorum opinione.ibid. nu. 60.
pęnam incurrit ſine interpellatione,qui dare, vel facere negligit,ita iubente lege antiqua,& noua.ibi. nu.67
pęnam incurrit in foro conſcientiæ debitor ſine interpellatione.ibid.nu.70
pœnam incurrit iure interpellatione debitor, qui excuſationem nullam habet: quia dare vel facere teneatur. ibid.num. 72
pęnam quando incurrat,qui ex præcepto, vel ſententia iudicis dare vel facere tenetur. ibid.nu.74
Pontifex Max.iuſtis de cauſis diſpenſare poteſt circa legum conſtitutiones.caſ.420.nu.19 31
Pontificem Max.& bene eruditum eſſe debere.caſ.425 nu.18 46
Pontificem ſcientiſſimum eſſe eligendum.ibid. nu.19.
Pontifices antiqui à Spirituſancto eruditi.ibid.nu.20
Pontificem non diſpenſare, vt imprudens promoueatur ad Sacerdotium.caſ.426.nu.5 49
Pont. Max. poſſe diſſoluere matrimonia per verba de preſenti cõtracta,copula nõ ſecuta.ca.455 nu.4.82
poſitiones negatiuę quãdo ſint recipiẽdæ. ca.485.n.119
poſſeſſionis apprehenſio an declaret rem eſſe effectam de menſa eccleſiæ.caſ.433.nu.15 60
poſſeſſionem à reo ob cõtumaciã auferri.c.479.n.1. 116
poſſidere eandem rem vno tempore duo inſolidum non poſſunt.caſ.420.nu.50 33
poſthumi præteriti natiuitate rumpi teſtamentum. caſ. 491.nu.1 122
poſthumo nato,& illicò mortuo non rumpi teſtamẽtũ. ibid.num.2
praxis procedẽdi contra excõmunicatum,qui vltra annũ in excõmunicatione perſeuerauit.ca.416.nu. 68.19
praxim obſeruandam eſſe.caſ.474.nu.61 112
præces maiorum eſſe mandata.caſ.461.nu.21 94
præces Tiranni inferre iuſtm metum.ibid.nu.22
præces armatæ,prouerbium.ibid.nu.23
præcepta legis negatiua ſemper & ad ſemper obligare. caſ.498.nu.41. 136
præceptorem,doctoremque in ius vocari non poſſe reali vocatione,ideſt præhenſione.ca.500.nu. 2 139
præceptores eſſe parentes animi,& mentis, etſi non corporis.caſ.eo.nu.13
prædonum frequentia facit,vt eccleſia ab Epiſcopo deſeri poſſit.caſ.423.nu.16 44
prælatus præſente,& conſenciente capitulo rectè mutuò ſuſcipit.caſ.432.nu.3 54
prælatũ liberã fructuũ adminiſtrationẽ habere ibi. nu.4
prælati delictũ cap.præſente nocet eccleſiæ.ibid. num.5.
prælati confeſſio eccleſiæ nocet.ibid.nu. 6
prælatus an præſente capitulo rectè mutuum ſuſcipiat, vbi agitur de alienandis immobilibus.ibid.num.7
prælatus delinquẽs an eccleſiæ perpetuò noceat.ib.nu.11
pręlatus viuẽs tenetur ad mutuũ à ſe ſolo ſuſceptũ.ib.n.17
prælatus impẽdendo pecuniam eccleſiæ mutuatã, quando eam obliget.ibid.num.402
prælatus ædificari faciendo,quando eccleſiam obliget. ibid.nu. 43.
prælatum alienare non poſſe ea,quæ ſunt de menſa eccleſiæ.caſ.435.nu.1
prælatus ſua declaratione efficit bona eſſe de menſa eccleſię.ibid.nu.4
prælatorum in Sabaudia,& Pedemontium obſeruatio, vt efficiant bona eccleſiæ eſſe de eius menſa.ibi.nu.5
prælatum ſua confeſſione adferre poſſe commodum eccleſiæ,ſed non nocere alteri.ibid.nu.7
pręlatus dum rem eccleſię ad ſuas manus redactam deſcribi facit in libris eccleſię, declarare dicitur, velle rem eſſe de menſa eccleſię.ibid.num.9
prælato impedito infeudare rem eccleſiæ,res illa non dicitur effecta de menſa eccleſiæ.ibid.nu 30
prælatũ ſuo ſucceſſori præiudicare non poſſe.ibi. nu. 32
prælatum eſſe ſolùm vſuarium vel vſufructuarium bo-

norum

norum eccleſiæ.caſ.eo.nu..35
prelatũ nõ poſſe donare bona eccleſiæ.caſ.434.nu.1.62
prælatum in remunerationem accepti beneficij poſſe donare bona eccleſiæ ibid.nu.2
prælatum ciuitatis eligere tot clericos regulares, quot ſufficiant ad prædicandum.caſ.465.nu.2 99
prælato non ſoluente ſalarium aduocato, non tamen aduocatus poteſt deſerere eccleſiã.caſ.494.nu.10.124
Præſide Senatu ſuſpecto Senatũ poſſe recuſari.caſ.458. nume.21 86
præſumptio vehemens ad condemnationem ſufficit. caſ. 416.nu.14 14
præſumptio illa eſt cæteris potentior, quæ facit valere actum.caſ.472.nu.2 104
præſumptio,quæ actum valere facit, quantæ ſit virtutis. ibid.nu.3
præſumptio quæ à ſubſtantia deſcendit eſt validior illa, quæ deſcendit à ſolemnitate.ibid.nu.4
præſumptio illa,eſt potentior,quę benignior eſt.ibid.n.7
præſumptio benignior præfertur illi, quæ facit valere actum.ibid.nu.9
præſumptio,quæ iuri cõi innititur,potẽtior eſt. ibid. n.11
præſumptio illa præfertur, quòd miles voluerit teſtari de iure communi.ibid.nu.13
præſumptionẽ ſpecialẽ eſſe generali validiorẽ.ibid.n.14
præſumptionem magis ſpecialem præferri.ibid.nu.16
præſumptio magis ſpecialis dicitur, quæ perſonam reſpicit.ibid.nu.17
præſumptio naturalis potentior accidentali.ibid.nu.19
præſumptio eſt potentior,quæ eſt magis veriſimilis. ibidem num.22
præſumptio eſt, virum bonum furtum non commiſiſſe. ibid.num.23
præſumptio,quæ pro reo eſt,potentior eſt.ibid.nu.25
præſumptio ex quaſi poſſeſſione eſt potentior illa, quod res libera præſumatur.ibid.nu 26
præſumptionẽ negatiuã affirmatiua potentiorẽ.ibi.n.27
præſumptionem iuris & de iure admittere probationem in contrariũ ex confeſſione partis.caſ.484.nu.5.119
præſumitur quid factum ob præcedens mandatum. caſ. 470.nu.22 103
præſumitur occidiſſe,qui vt inimicus minas intulit. caſ. 472.nu.20 105
prætoris album corrumpens pœna corporali interdum punitur.caſ.447.nu.2 75
pręsbiteri gerentes curam animarum poſſunt ingredi religionem regularem.caſ.422.nu.3 42
præsbiteratus ordinem conferri habenti ætatem 25.annorum.caſ.427.nu.23 51
principis mandato in dubio parẽdũ eſt.caſ.443.n.6.72
probationes claras & apertas requiri in cauſis criminalibus caſ.464.nu.2 97
probatio magis ſpecialis eſt potẽtior.caſ.472.n.18.105
probationes in cauſis capitalibus clariſſimas eſſe oportere.caſ.492.nu.1 122
probationes duæ ſemiplenæ poſſunt coniungi in cauſis capitalibus.ibid nu.2
procurator excedens fines mandati non obligat mandantem.caſ.432.nu.31 57
promiſſa illa ſpectantur,quę etiam implentur. caſ. 470. nu.2 102
promiſſio à conditione incipiens quando ad pœnam obliget promiſſorem.caſ.498.num.10 134
promiſor, qui pro arbitrio dare, vel facere promiſit, in pœnam non prius incidit,quàm quando conſtat eum dare,vel facere non poſſe.ibid.nu.2
promiſor,qui à conuentione incepit, quando pœnam incurrat,ſi promiſſa non implet.ibid.num.19
promittens non aſcendere capitoliũ conditioni nõ prius ſatisfacit,quàm moriatur.ibid.nu.4
promittens dare Pamphilum,etſi non dederit, promiſit centum,duo promiſiſſe dicitur.ibid.nu.20
proteſtationis verba clara eſſe oportere.caſ.46..n.1. 93
proteſtatio generalis ad certificandum aduerſarium an ſufficiat.ibid.nu.2
proximum circumuenire nõ licet.caſ.420.nu.36 32
prudentia quid ſit.caſ.426.nu.3. 49
prudentiam eſſe aliarum virtutum caput.ibid.nu.7
prudentiæ annecti alias virtutes. ibid.nu. 8
prudentia quid ſit ex Ciceronis ſententia.ibid.nu.9
prudentiam à ſcientia differre.ibid.nu.11
prudentiã ſine lõga experiẽtia nõ parari.c.427.n.1. 50
prudens quis.caſ.426.nu.10 49
publicari non poſſe bona impedientis iuriſdictionem delegati.caſ.438.nu.27 67
publicanũ mala exacta reſtituere.caſ.498. nu.51. 136
pueris ob imprudentiam ſacerdotia non eſſe conferenda.caſ.426.nu.4 49
puer ſeptennis ſponſalia contrahere poteſt.caſ. 427.nume.10 51
puerum ſeptennem ad diſcretionis ætatem iam perueniſſe.ibid.nume.11
puer ſeptennis erudiri & Deo ſeruire poteſt.ibid.nu.12
pueris ſeptem annorum olim beneficia conferebantur. ibid.nume.13
pupillus tutore auctore rectè mutuò ſuſcipit pecuniam. caſ.432.nu.12 55

Q

Q. Flaminius nobilior ciuitate donauit Ennium præceptorem,caſ.500.nu.10 139

R

Rachelis & Lyæ vxorum Iacob diſſidium,caſ.420. nume.63 34
ratio naturalis deriuata à principijs naturalibus vim coactiuam non habet.caſ.eod.nu.28
rationes qui reddere tenetur, quo in loco tenentur. caſ. 468.nume.1 100
Raymirus Aragoniæ Rex monachus relicta religione vxorẽ duxit ex diſpenſatione Papę.caſ 421.n.13 40
regulæ religionis inobſeruantia præſtat iuſtam cauſam recedendi ab ea.caſ.421.nu.22 41
regularibus datum eſſe facultatẽ prædicandi& audiendi ſacras confeſſiones.caſ.465.nu.1 99
regum lib.3.c.8.explicatur.caſ.458.nu.49 88
relegatum ęquiparari excõmunicato.caſ.438.n.32.67
religionem quatuor modis clericus vel monachus egredi dicitur.caſ.421.nu.3
religiones quatenus ſub certa regula ſunt, iuris eſſe poſitiui.caſ.eod.nu.18
religio arctor quæ.ibid.nu.39
religionẽ ingreſſus ſe & ſua dedicauit.caſ.436.nu.1.63
religione reſoluta quoad perſonam, dicitur etiam reſoluta quoad bona.ibid.nu.6
religionem aliã ingrediens bona non trãsfert, ibid.n.11

Religioſo

religioſo recedente ſine cauſa à monaſterio bona monaſterio remanent.ibid.nu.10
religioſo de licentia ad aliam religionem tranſeunte an bona transferantur .ibid.nu. 12
religioſo translato de licentia prælati , etiam vſufructus bonorum dicitur translatus.ibid.nu. 16
religioſo ſine iuſta cā ſe transferēte ad aliud monaſteriū vſusfructus ſuorum bonorū non trāſfertur.ibid.n.17
religioſo ob malè merita translato, pars fructuum alteri monaſterio conceditur.ibid.nu. 18
repudiaſſe dicitur hæræditatem , qui dixit deliberatè, nolo adire.caſ. 496.nu.65 131
res iudicata notoriè iniuſta retractatur.c.484.n.3. 119
rem iudicatam non fulciri ipſa veritate.ibid. num. 4
reſtituti natalibus iura ingenuorum conſequuntur. caſ. 402.nu.13 4
reus intra quod tempus poſſit recuperare poſſeſſionē ſibi ablatam ob ſuam contumaciam.caſ. 479.nu.2 116
reum non teneri ædere rationes & inſtrumenta actori. caſ.499.nu.1 138
Ripæ error.caſ.416.nu.36 16
Ripæ diſtinctio probata.caſ.458.nu.20 86
Ripæ opinio dubia.caſ.495.nu.27 128
Rodoaldum Longobardorum Regem occiſum cum adultera coeuntem.caſ.419.nu.80 28
Rogare interdū eſt iubere & mādare.caſ.461.n.19. 94
Rolandi à Valle opinio reiecta.caſ.474. nu.63 112
Roma.opinio, quando pœnam incurrat debitor ex legis diſpoſitione,qui non obſeruauit.caſ.498.nu.34 135
Roma.opinio reiecta ibid.nu.36
Romuli lex contra adulteros.caſ.419.nu.25 24
Ruyni opinio exploſa.caſ. 442.nu.20 72
Ruyni inconſtantia ibid num.22
Ruyn.reſpon.in conſi.100.nu.4.lib. 5. improbatus.caſ. 498.nu 44 136

S

SAbini et Pegaſi grauis cōtentio.caſ. 498.n.11. 134
Sacerdotis per ebrietatem euomentis Sacroſanctam Eucharistiam pœna caſ.405.nu. 1 5
Sacerdotem ante dormitionem celebrare non debere . caſ.406.num.1 5
ſacerdos an ſæpius in die celebrare poſſit miſſam. caſ. 407 nume.1 6
ſanerdos celebrare non debet miſſam ſine debitis ſolemnitatibus.caſ.408.nu.1 6
ſacerdos celebrans miſſam cauere debet , ne ſanguinem effundat.caſ.409.nu.1 6
ſacerdotem non poße reuelare confeſſionem ſacramentalem.caſ.414.nu.1 9
ſacerdos detegens confeſſionem ſacramentalem deponitur.ibid.nu.3
ſacerdotem confeſſionem reuelantem in arctum monaſterium detrudi.ibd.nu.4
ſ acerdos reuelans confeſſionem integrè auditam, conceſſa abſolutione confeſſo pœna ordinaria punitur.ibi. n.6
ſacerdotes ignaros vti peſtē euitādos caſ.425.n.3. 46
ſacerdotes qua eruditione prędit eſſe debeant.ibid.nu.7
ſacerdotes,quas literas ſcire debeant.ibid.nu.49
ſacramenta non reiterari.caſ.417.nu.6 20
Saly.diſtinctio notabilis & recepta.caſ.474.n.17. 109
Saly.traditio explicata.ibid.nu.46
Salomon ſeptingentas vxores & trecentas concubinas habuit.caſ.420.nu,15 51
ſanctum vnde dictum. caſ.483.nu.2 118
ſaracenorum pœna contra adulteros.caſ.419.nu.22.24
ſcandali timore iudex concordiam ſuadere debet. caſ. 442 nume.9. 71
ſcientiam ſpatio decennij amitti.caſ.457.nu.4 100
ſcire is non dicitur,qui ſcit in nube.caſ.461.nu. 8. 94
ſcolaſticum magni ingenij laurea inſigniri poteſt , etſi quinquennium non ſtuduerit.caſ.425.nu.60 49
ſcripturam non eſſe de eſſentia legis.caſ. 420.nu.25.31
ſeditionis delictum graue.caſ.438.nu.2 66
ſeditionem grauem eſſe illam , quæ in ſuos maiores fuit excitata.ibid. nu. 5
ſeditioſos puniri pro loci & perſonarum qualitate. ibidem nume.4
ſemel malus non ſemper præſumitur malus. caſ. 464. nu.23 98
ſenatum à pari procedere cum Concilio Prouinciali.caſ. 458.nu.10 86
ſenatum recuſari iuſtis de cauſis poſſe.ibid.nu.11
ſententia declaratoria ſolemni ordine ferri debet. caſ. 416.nume.8 13
ſententiam ferri non poſſe lite non conteſtata. ibid.n.51
ſententiam nō vitiari tēporis anguſtia.c.480.n. 8. 117
ſententiam. de actu certo tempore faciendo , duo continere.ibid.nu.9
ſententiam notoriè iniuſtam non tranſire in iudicatum. caſ.484.nu.8 119
ſequeſtrū cōcedi cōtra debitorē ſuſpectū.c.457. n.1. 83
ſequeſtrum eſſe aliquando loco deſcriptionis bonorum. qua eorum alienatio non impeditur .ibid.nu-2
ſequeſtrum quamdiu durare debeat.ibid.nu.3
ſequeſtrum durare, quamdiu erit ſatiſdatum. ibid.nu.4
ſequeſtrum non durare , ſi creditor illud imperrauit ad vexandum debitorem.ibid.nu.5
ſequeſtrum durabe, cum creditor impeditur à iudice , ne agat.ibid.nu.9
ſequeſtrum durare,cum creditor caſu impeditur,ne agat ibid.nu.10
ſequeſtrum dnrare, eum creditor facto ſuperioris impeditur.ibid.nu.11
Seruatoris noſtri cum vna ſola eccleſia ſua connubium. caſ.420.nu.71
Seruatorem noſtrum oraſſe etiam pro fide Sedis Apoſtolicæ.caſ.458.nu 51 88
Seruos petentes magiſtratus graui pœna, iudici tamen arbitraria effectos fuiſſe.caſ.40 .nu.10 4
ſerui gerentis magiſtratum per errorem geſta nil valere. ibid.nu.11
Symbolum fidei à Concilio Conſtantinopolitano æditum fuiße caſ.458.nu.34 87
ſimonia à ſimone Mago dicta.caſ.401.nu.20 3
ſimonia quando ex actu dubio committatur.ibid.nu.21
ſimoniacum teneri reſtituere,quo ad accepit.ibid.nu.22
ſimoniacnm excommunicari.ibid.nu.23
ſimoniacum ſuſpendi ab ordinibus.ibid.nu.27
ſimoniacum deponi & infamia notari.ibid.nu.26
ſocietas æqualitatem ſumme deſiderat.c.420.n.53.33
ſocium poße altero inuito locare domum, locari ſolitam. caſ.442.num.2 70
ſocium poſſe vti re communi ad vſum deſtinatum altero reluctante.ibid.nu.3


ſocium

INDEX


ſocium nō poſſe locare partem domus ſocij,ſi cōmodè diuidi poteſt,& ſocius alter partē ſuam vult retinere- ibid nu.4
ſocius, qui vult habitare partem domus ſuæ,cogi non poteſt eam locare.ibid.nu.13
ſocius, qui vult habitare partem ſuā domus,poteſt & alterius partem,eo inuito,conducere.ibid.nu.14
ſocium teneri,vel penſionē recipere,vel conductorem,ne alter ſocius impediatur frui domo.ibid.nu.15
ſocium vti poſſe re cōi altero ſocio inuito. ibid.num. 18
ſocius omnium bonorum fidem non facit pro ſocio. cum de re ipſa communi agitur.caſ.474.nu.2 197
ſocius omnium bonorum fidem facit in cauſa ſocij , cum diuerſa eſt cauſa defenſionis.ibid.nu.3
ſocium poſſe examinari pro ſocio,cum de re non communi agitur.ibid.nu 4
ſocius rei ſingularis ferre poteſt teſtimonium pro altero ſocio,ſi modo agitur de parte alterius ſocij.ibi.n.5
ſocius incidentis ſocietatis probat pro ſocio, cum de parte ſocij agitur.ibid nu.8
ſocius magna affectione deuinctus ſocio,an pro eo fidem faciat,ſi de eius ſola portione ſit lis.ibid.nu. 9
ſocius fidem facit pro ſocio , cum fuit ab aduerſario productus .ibid nu.11
ſocius probat pro ſuo ſocio , cum eſt cōtentio cum tertio ſocio.ibid.nu.12
ſocius & particeps criminis ad fauorem ſocij criminis non probant.ibid.nu.11
ſocius criminis,an probet contra ſocium.ibid nu.15
ſocium criminis regulariter interrogari non poſſe de participibus & conſocijs.ibid.nume.18
ſocius in crimine furti non poteſt interrogari de participibus & conſociis.ibid.nu.20
ſocius in crimine falſi non poteſt interrogari de participibus.ibid.nume.21
item nec in crimine homicidij nu.22
item nec in crimine adulterij.nu.23
ſocius criminis,qui non poterat interrogari de participibus,ſi fuit interrogatus,an fidem faciat.ibid.n.24
ſocius criminis aliàs non interrogandus de conſocijs probat,ſi coniunctum ſit aliud indicium.ibid.nu.25
ſocius criminis aliàs non interrogandus de conſocijs indicium nō facit ad torturam contra nominatum, etiā ſi adſit aliud indicium.ibid.nu.26
ſocius criminis læſæ maieſtatis interrogari poteſt de conſocijs & participibus.ibid num.27
item & in crimine hæreſis.nu.28
item & in crimine conſpirationis.nu.29
item & in crimine ſacrilegij.nu.30
item & in crimine Simoniæ.nu.31
item & in crimine aſſaſinij.nu.32
item & in crimine malefici.num.33
ſocius criminis falſæ monetæ interrogari poteſt de participibus & conſocijs.ibid.nu.35
item & de crimine occulto.nu.36
item & de crimine commiſſo à ſeruo in nece Domini.nu. 37
item & in crimine lenocinij.nume.38
item & in crimine corrupti teſtis.nu.39
ſocij criminis teſtimonium fidem facere contra ſocium nominatum,vt inquiratur.ibid.nu.41
ſocij criminis teſtimonium non facere indicium ad torturam contra conſocium à ſe nominatum,niſi alia indicia concurrant.ibid.nu.42
ſocij criminis nominatio fidem facit contra ſocium nominatum,ſi plura concurrant.ibid.nu.49
ſocij criminis nominatio debet eſſe facta in tortura , vt indicium faciat contra ſociū nominatum.ibi. nu. 50
ſocius criminis,vt probet contra ſocium , debet interrogari à iudice.ibid. num. 53
item debet eſſe bonæ famæ,hoc eſt , de alio crimine non infamatus,nu.54
item non inimicus nominati.nu.55
item ſua ſponte non debet deponere.nu.56
ſocius criminis fidem non facit contra à ſe nominatum ſocium,quando non veriſimilia deponit. ibid.nu. 58
ſocius criminis iurare an debeat,cum nominat alium criminis ſocium & participem.ibid.nu.60
ſocius criminis,an probet contra ſocium,ſi veritas aliunde haberi nō poteſt.ibid.nu.62
ſocius criminis fidem facit contra ſocium nominatum,ſi alius idoneus teſtis concurrit.ibid.nu.64
ſocius criminis quando deponit tanquam teſtis,probat contra ſocium.ibid.nu. 65
ſocius criminis probat contra ſocium,quando de crimine ciuiliter agitur.ibid.nu.66
ſocius criminis probat contra tertium , vt ſi agitur de partu ſuppoſito contra illum, qui aſſeritur ſuppoſitus, ibid.nu.67
Socrates vir duarum vxorum.caſ.420.nu.64 34
Socratis hiſtorici eccleſiaſtici locus.caſ.423.nu.8 44
ſolemnitatem præſumi ex curſu decennij . caſ. 433. nume.24 61
ſolemnitates adhiberi in teſtamentis ad euitandum falſitates.caſ.486.nu.1 119
ſolutio cedere debet in cauſam antiquiorem. caſ. 493. nu.19 123
ſolutio cedit pro rata in omnem cauſam. ibid.nu.20
ſolutio ſimpliciter facta non dicitur facta pro ea cauſa, quæ continet ſolùm obligationem naturalem. ibidem nume'21
ſorte dirimendam eſſe diſcordiam inter ſocios.caſ. 442. num.10 71
ſorte dirimi non debet contentio,ſi vnus ſociorum recuſat ſubire iudicium ſortis.ibid.nu. 11
Sozomeni locus.caſ.458.nu.5 85
ſpeculatoris cautela quædam vana.caſ.473.nu.7 106
ſponſalia diſſolui plerumque iuſtis de cauſis. caſ. 455. nume. 1 82
ſponſalia diſſoluuntur ob odium capitale inter ſponſum & ſponſam, ibid.nu.3
ſponſalia ob cauſam fornicationis diſſolui.ibid.nu.5
ſponſalia diſſolui,vbi promiſſa non ſeruantur.ibid.nu.6
ſponſalia diſſolui ob abſentiam & vagationem ſponſi. ibi.nu.7
ſponſalia diſſolui ob lapſum tempus ad contrahendum matrimonium.ibid.nu.8
ſponſalia diſſolui , ſi eorum vnus alteri nupſit. ibidem nume.9
ſponſalia diſſolui ob ingreſſum religionis.ibid. n u. 10
ſponſalia diſſolui , ſi maior effectus non conſentit. ibid. nu.12
ſponſus intra quod tempus debeat ingredi religionem , vt à ſponſalibus dicatur receſſum.ibid.nu.11


ſpurio

ſpurio deferri an poſſit iuramentum in ſupplementnm probationum.caſ.464.nu.26
ſpurios eſſe infames.ibid.nu.27
ſtatutum puniens exportantem frumentum comprebendere etiam ſeruum.caſ.449.nu.6 77
ſtatutum, quo falſario amputari debet manus, locum an babdbat in eo, qui illa manu caret.ibid.nu.7
ſtatutum, quòd perturbans aliquem in ſua poſſeſſione teneatur ad centum, & ad poſſeſſionis reſtitutionem, an locum habeat aduerſus eum, qui poſſeſſionem non abſtulit.ibid.nu.14
ſtatutum non valere, quòd puellæ non nubant ſine conſenſu patris.caſ.453.nu.10 81
ſtatutum Patauinum, ſub Rub.de adul.nou valere.ibid.nu.11
ſtatutum Brixiæ 72. in criminalibus non valere.ibid.nu.12
ſtatutum probibens prædia emere in ciuitate, non dieitur probibere emere prædia illa, quæ fuerunt ſuorum.caſ.459.nu.22 91
ſtatutum probibens bannitum emere, dicitur etiam probibere eius filios & ſeruos, reiecta Bar.opinione.ibidem.nume.25
ſtatutum Papiæ 90.in ciuilibus, quòd maritus non poſſit eius vxorem inſtituere, declaratur.ibid.nu.29
ſtatutum Mantuæ, quòd ſocius criminis interrogetur de conſocijs & participibus criminis, declaratur.caſ.474.nu.68. 112
ſtatutum Papiæ in ciuilibus, ſub Rubr. quòd nominans dominum iu iudicio &c.declaratur.caſ.476.numero 6 115
ſtatutum & legem communem magis accedere ad naturam vltimę voluntatis, quàm ad naturam cõtractus.caſ.498.nu.30 135
ſtatutum æquiparari contractibus ex aliorum opinione.ibid.nu.31
ſtatutum quò ad interpretationem omnino contractibus æquiparari.ibid.nu.32
ſtatutum Bononiæ artificum ſirici, declaratur, ibidem nu.43
ſtatutum, ne forenſis audiatur, ſatiſdatione nou præſtita, intelligitur, ſi ſatiſdatio ab aduerſario requiratur ibid.n.45
ſtatutum, quòd priores debeant intra certum tempus decidere cauſas apellationis, intelligitur, ſi fuerint interpellati à partibus.ibid.nu.54
ſtatutum, quòd iudex intra certum tempus iudicet de cauſa, intelligitur parte petente.ibid.nu.55
ſtatutum pro forma aliquid fieri intra certum tempus.operatur ſine interpellatione.ibid.nu.57
ſtatutum Parmæ, de modo creandi ciues declaratur.ibidem.nu.66
ſtipulationem per teſtes de auditu probari.caſ.475.nume.22 114
Stolonis lex lata ne quis pluſquam & quinquaginta iugera poſſideret.caſ.459.nu.7 90
ſtudiorum cauſa iuſta eſt, ne temporum obſeruentur interualla in collationibus ſacrorum ordinum caſ.427.nu.32 52
ſtuprum committens deportatur.caſ.419.nu,33 25
ſtupri pœna quę.caſ.420.nu.102 37
ſtupri pœna interdum arbitraria.ibid.nu.110
ſtupti pœna aliquando eſt mortis naturalis.ibid.num:111
ſubdiaconatus ordo confertur habenti decem & octo annos.caſ.427.nu.15 51
ſucceſſor in eccleſia nõ tenetur ad debita ſui anteceſſoris.caſ.432.nu.19 56
ſuſpectus in iudicando non eſt ſuſpectus in delegando.caſ.458.nu.19 86

T

Tabernarij ſunt de genere prædonum.caſ.412.nume.2 7
Tartari plures vxores ducebant.caſ.420.nu.82 35
Tannuſii quæ ſancita ſit pęna contra adulteros.caſ.419 nu.71 27
temerè appellat, qui inconſulte appellat.caſ.445.numa.9 74
temerè appellat, qui videt aduerſarium bonum ius fouere.ibid.nu.10
tempus quod ſit expectandum à iudice antequàm declaret excommunicatum perſeuerantem vltra annum in excommunicatione eſſe hæreticum.caſ.416.nume.63 19
temporum interſtitia in ordinum collatione eſſe in Epiſcopi arbitrio.caſ.427.nu.29 51
temporis curſus quantus eſſe debeat, vt res cenſeatur effecta de menſa eccleſiæ.caſ.433.nu.18 60
tempus modicum ad proſequendam appellationem eſſe unius menſis.caſ.446.nu.3 74
tempus continuum in dubio intelligi.caſ.462.numero 7 95
temporis anguſtia quando actum vitiet.caſ.480.nume.1 116
temporis anguſtiam vitiare contractus ſtricti iuris.ibidem nu.2
temporis qualitatem perpendendam eſſe ad cognoſcendum, an quis deliberatè locutus ſit.caſ.496.nnme.49 130
tempus poſitum in arbitrio promiſſoris efficit, vt is quantum velit, differat.caſ.478.nu.3 133
Teodoſii præceptum, de eligendis magiſtratibus.caſ.401 nu.15 2
Teodoſii temporibus lex in adulteras, & ab eo abrogatio facta.caſ.419.nu.56 26
Teophilacti locus.caſ.420.nu.6 30
tæſtamentum teſtibus de auditu non probari.caſ.475.num.23 114
teſtari voluiſſe vnde præſumptio ducatur.caſ.472.nume.5 104
teſtator, qui dixit, volo ſchedulam mea manu ſcriptam, & à me tranſmiſſam meo genero, eſſe meum teſtamẽtum, dicitur teſtatus mori.caſ.496.nu.10 127
teſtator, qui dixit.volo Caium eſſe meum hæredem, dicitur diſpoſitiuè illum vocaſſe.ibid.nu.15
teſtatorum voluntates exequi publicè intereſt.caſ.498.nume.62 137
teſtes de tractatu & non de concluſione actus atteſtantes, non probare.caſ.470.nu.5 102
teſtibus veriſimiliora deponentibus credi.caſ.472.nu.24 105
teſtis idoneus nemo eſt in cauſa propria.caſ.473.nume.2 106
teſti ſua ſponte deponẽti nõ creditur.caſ.474.n.57. 111


teſtis




teſtis minus veriſimilia deponens fidem non facit, ibidem nume 59
teſtis de auditu quando probet, caſ.475.nu.1 113
teſtis de auditu auditus non probat, ibid.nu.4
teſtis de auditu auditus præſumptionem facit, ibidem.num.5
teſtis de auditu debet dicere à quibus audiuit.ibidem.num.6
teſtis de auditu cum alio adminiculo plenè probat.ibidem, nu.9
teſtis de auditu in antiquis plenè probat.ibid.nu.10
teſtis de auditu probat, quæ difficilis ſunt probationis.ibi.nu.11
teſtes de auditu probare, cum aliqua concurrunt, ibid.nu.12
teſtes de auditu debent atteſtari ſe ab eodem audiuiſſe, ibid.nu.13
teſtes de auditu debent nominare à quibus audiuerunt, ibid.nu.14
teſtes de proprio auditu probant, ibid.nu.15
teſtes qui audiuerunt, ſed non viderunt, an probent, ibidem.nu.16
teſtis in actu, qui viſui conuenit, poteſt de ſolo auditu atteſtari, cum ſenſus auditus conuenit.ibid.nu.17
teſtes de auditu non probare, cum de matrimonio diſſoluendo agitur, ibid.nu.21
teſtes teſtamẽtarios eſſe debere in eodem loco, vbi teſtator conficit teſtamentum, caſ.486.nu.2
teſtes quando dicãtur eſſe in eodem loco, vbi teſtator cõficit teſtamentum, ibid.nu.3
teſtes quando cogantur fore teſtimonium, caſ.487.nume.1 120
teſtis, cui periculum non imminet, cogi poteſt dicere teſtimonium.ibid.num.3
teſtis, cui periculum imminet, non compellitur ferre teſtimonium, ibi.nu.4
teſtes deponentes de communi vſu loquendi, dicere debent à quo audiuerunt, caſ.488.nu.4 121
teſtimonium de auditu eſſe in iure ſpeciali fundatum, caſ.474.nu.8 113
teſtimonium ferre nemo cogitur contra affines, caſ.487.nume.5 120
Thraces plures vxores ducere conſueuiſſe.caſ.420.nu.74 35
Tiberij Cæſaris lex contra adulteros.caſ.419.nume.47 26
tolerantiam non excuſare à peccato, caſ.420.nume.22 31
Toſtati Abulenſis opinio de pluralitate vxorum reiecta.ibid.nu.21
tractatum nil inferre, non ſecuta concluſione.caſ.470.nu.3 102
tractatus arguit animum contrabentium, ibid.n.8
tractatum arguere contractum ita concluſum ex ſignis, ibid.nu.19
triginta annorum curſum requiri, vt res dicatur effecta de menſa eccleſiæ.caſ.433.nu.26 61
tutor non poteſt per interpoſitam perſonam emere bona pupilli.caſ.459 nu.2 90
tutor dicitur per interpoſitam perſonam emere bona pupilli, quando eius filius emit, ibid.nu.5
tutorem præſumi emiſſe bona pupilli per interpoſitam perſonam, cum poſſidere reperitur, ibid.nu.8
tutor bona fide emens bona pupilli per perſonam interpoſitam non delinquit.ibid.nu.9
tutor bona fide emere bona pupilli, cum adbibitis cõſanguineis pupilli poteſt, ibid.nu.10
tutor emens ſub baſta bona pupilli bona fide emit.ibid.nu.11

V

Valentiniani lex de pluralitate vxorum.caſ.420 nu.91 36
Valentiniani & Theodoſii conſtitutio de aquæductibus, caſ.462.nu.2 95
Valerianus & Galienus ſua lege vxorum pluralitatem damnauerunt.caſ.420.nu.92 36
uaſallum ſine conſenſu Domini ſui non poſſe feudum deſerere, caſ.422.nu.7 43
uaſallus quem ex duobus Dominis cõtendentibus de dominio directo debeat cognoſcere.caſ.466.nu.1 99
uaſallum teneri iuuare dominum in neceſſitatibus.caſ.494.nu.5. 124
uectigal nouum inſtituens lege Iulia de ambitu punitur.caſ.401.nu.18 3
uellem eligere, qui dixit, ſolùm deſiderium oſtendit.caſ.429.nu.55 130
uellem pro certo, qui dixit, ſolùm deſiderium adhuc ſignificauit.ibid.nu.59
uenalia non cenſeri illata & inuecta in domo ab Inquilino, vt ibi ſint perpetuò, caſ.441.nu.7 69
uenatorem à macellario non differre.caſ.413.nu.1 8
uenatio tirplex ibid.nu.3
uenatio arenaria quæ.ibid.nu.5
uenatio arenaria clericis omnino interdicta.ibidem.nume.9
uenatio, quę in ſiluis fit, regulariter permiſſa.ibidem.nume.10
uenatio ſiluoſa inuentum Deorum.ibid.nu.11
uenationi ſiluoſæ operam dant Reges & viri nobiles, ibidem.nu 12
uenatio ſiluoſa Epiſcopis interdicta.ibid.nu.13
uenatio ſiluoſa aliquando clericis probibita.ibid.nume.16
uendere nemo cogitur rem propriam.caſ.462.n.12. 96
uendere quis cogitur rem ſuam ob publicam vtilitatem, ibid.nu.13
uendere nemo poteſt rem, quæ in ſuo patrimonio non eſt, caſ.488.nu.3 120
Veneti quo ambitionis genere vtantur in petendis magiſtratibus.caſ.401.nu.8 2
uerbum volo, eſt fons & radix omnium diſpoſitionum.caſ.496.nu.1 126
uerba omnia reſolui in verbum volo, voluntatis ſubſtantiuum, ibid.nn.2
uerbi volo ſignificatio quæ, ibi.nu.3
uerbum volo, ſtat diſpoſitiuè, cum altera loquentis voluntas non expectatur, ibid.nu.6
uerbum volo, inducere diſpoſitionem, cum alterius perſonæ voluntas non expectatur, ſed ſola executio, ibid.nu 12
uerbum volo, non diſponit, cum actus alterius voluntatis expectatur.ibid.nu.18
uerbum volo, iunctum verbo ſignificanti actum iam perfectum, diſponit.ibid.nn.28


uerbum

# I N D E X


*uerbum volo, ſtare diſpoſitiue, ex coniecturis deliberatæ voluntatis. ibid nu. 30*
*uerbum vellem præteriti imperfecti. ibid. nu. 56*
*uerbum volo, & verbum vellem, quomodo inter ſe differant. ibid. nu. 58*
*uerbum nolo, quid ſignificet. ibid. nu. 61*
*uerbi non volo, non nolo, ſignificatio. ibid. nu 66*
*uerbum nolo, non differre à verbo non volo. ibid. nu. 70*
*uerba hæc, indigeo mea pecunia, an ſint incitatoria ad ſoluendum, caſ. 461. nu. 7* 94
*uerba enunciatiua propter ſe prolata diſponere, ibidem nu. 15*
*uerba enunciatiua quando diſponant, ibid. nu. 16*
*uerba enunciatiua diſponere ad liberandum. ibidem nume. 17*
*uillicus quando literas neſcire dicatur, caſ. 425. num. 12* 46
*uinum vetus dici poſt annum, caſ. 433. nu. 22* 60
*Virgilij locus 6. Aeneid. declaratur. ca. 419. nu. 47.* 25
*uir duabus eodem tempore debitum reddere non poteſt caſ. 420. nu. 45* 33
*uiri & mulieris coitus probatur per auditum teſtium, caſ. 475. nu. 18* 114
*uirtus nulla eſt ſine prudentia. caſ. 426. nu. 6* 49
*uiſitare ſuas eccleſias cur debeat Epiſcopus, caſ. 424. nume. 3* 44
*uocationem in ius duplicem eſſe. caſ. 500. nu. 1* 139
*uolo iſtam rem, qui dicit, eligere dicitur. caſ. 496. nume. 7* 126
*uolo hæredem meum dare, qui dixit, diſpoſitiue locutus eſt. ibi. nu. 14*
*volo relinquere non ſignificat, ideſt, volens ſum, ibid. nu. 19*
*volo contrahere matrimonium, qui dixit, non ſignificat ſe tunc contrahere. ibid. nu. 23*
*volo habere te in vxorem, qui dixit, matrimonium contraxiſſe dicitur. ibid. nu. 29*
*volo omnino, qui dixit, deliberatè velle dicitur, ibidem num. 53*
*Voluntas deliberata quibus coniecturis cognoſcatur, ibidem. num. 33*
*voluntatem deliberatam arguit ſola interrogatio. ibid. nume 36*
*voluntas ita facto ſicut verbis declaratur. caſ. 433. nu. 10* 60
*vrbanitas neminem obligat caſ. 494. nu. 4* 124
*vſuram argui ex præcedenti tractatu. caſ. 470. nume. 11* 102
*vſurarius eſt, qui mediator eſt vſurarij contractus. caſ. 411. nu. 5*
*vſurario non deferri iuramentum ſuppletorium, caſ. 464. nu. 13* 98
*vſurarium eſſe infamem, ibi. nu. 14*
*Valfridi locus, caſ. 407. nu. 3* 6
*vxores iniuſtè quæ apud Vlpianum. caſ. 418. nu. 17.* 21
*vxores plures habens legem diuinam offendit. caſ. 420. nu. 2* 30
*vxorum pluralitatem lege diuina antiqua non damnari, ex aliquorum opinione, ibi. nu. 8*
*vxorum pluralitatem damnari a lege antiqua diuina ex recepta Theologorum ſententia, ibi. nu. 32*
*vxorum pluralitatem lege Euangelica damnari, ibid. nume. 33*
*vxorum pluralitatem lege naturali damnari. ibi. n. 46*
*vxorum pluralitas multis rationibus naturalibus damnatur. ibi. nu. 48*
*vxor & maritus ſocij ſunt. ibid. nu. 52*
*vxorum pluralitas diſcordiam parit. ibid. nu. 62*
*vxorum pluralitas à multis nationibus probata. ibidem nume. 72*
*vxorum pluralitatem lege ciuili damnari. ibid. nu. 89*
*vxores plures ducens vno tempore infamia notatur. ibidem. num. 96*
*vxores duas tantúm ducens relegatur & bonis priuatur, ex aliquorum opinione. ibid. nu. 101*
*vxores duas ducens pœna mortis puniri poteſt. ibidem nu. 103*
*vxorum pluralitas iure Pontificio damnata. ibid. nu. 112*
*vxores plures ducens pœna publicationis bonorum punitur. ibid. nu. 113*
*vxores plures ducens vti ſuſpectus de hæreſi damnatur ibid. nu. 114*
*vxor nec per ſe nec per alium donare poteſt marito, caſ. 459. nu. 30* 92
*vxorem teneri ſequi virum peregrinantem, ſi is conſueuit peregrinari tempore matrimonij. caſ. 469. nume 4* 101
*vxorem ſequi debere virum modicè peregrinantem ibidem. nu. 5*
*vxorem non teneri ſequi virum in longa peregrinatione ibid. nu. 7*

§

*§. nouimus. in auth. de nupt. declaratur. caſ. 420. num. 124* 38
*§. quod autem. in auth. vt lic. matr. & auiæ, declaratio, ibid. nu. 125*


*F I N I S.*





# IACOBI MENOCHII IVRISCONSVLTI PRÆSTANTISSIMI, DE ARBITRARIIS IVDICVM

## Liber Secundus.

### CENTVRIA QVINTA.

*SVMMARIVM.*

1 *AMBIRE quid ſit.*
2 *Ambitio ab ambitu deſcendit.*
3 *Ambitum differre ab ambitione.*
4 *Ambitio duplex.*
5 *Ambitio humaniter facta non damnatur.*
6 *Magiſtratuum petitores olim ambitu vſos, & rectè.*
7 *Ciceronis locus de ambitione permiſſa.*
8 *Veneti quo ambitionis genere in petendis magiſtratibus vtantur.*
9 *Ambitio lege vetita qua.*
10 *Ciceronis locus de ambitione prohibita & permiſſa.*
11 *Ambitionem auaritiæ & adulationis nutricem.*
12 *Ambitioſos varijs legibus coercitos, grauibusque pœnis affectos.*
13 *Augusti Cæſaris poſtrema lex de ambitu coercendo.*
14 *Ambitus pœnam ceſſaſſe Romæ Cæſarum temporibus.*
15 *Theodoſij præceptum de eligendis magiſtratibus.*
16 *Alexandri Seueri de non vendendis magiſtratibus optimum præceptum.*
17 *L. 1. ff. ad l. Iuliam de ambitu, declarata.*
18 *Vectigal nouum inſtituens lege Iulia de ambitu punitur.*
19 *Ambitum, quam ſimoniam vocant, & Pontificum ſanctionibus coerceri.*
20 *Simonia à Simone mago dicta.*
21 *Simonia quando ex actu dubio committatur.*
22 *Simoniacum teneri reſtituere, quod accepit.*
23 *Simoniacum excommunicari.*
24 *Innocentium Primum Pontificem excõmunicaſſe Archadium Auguſtum, & Eudoxiam eius vxorem ob commiſſam ſimoniam.*
25 *Simoniacum ſuſpendi ab ordinibus.*
26 *Simoniacum deponi & infamia notari.*
27 *Gregorium Septimum Pontificem Maximum depoſuiſſe Henricum Tertium Imperatorem ob commiſſam ſimoniam.*
28 *Pœna iudici arbitraria ſimoniacos etiam puniri.*

### CASVS CCCCI.

**AMBITVS ET SIMONIÆ LEGES & ſanctiones variæ, & quàm deteſtabile ſit hoc crimen; bonorum auctorum loca nonnulla illuſtrata.**

AMBIENDO communem omnium vtilitatem in eandem arenam, è qua ludendo ſeptem abhinc annis diſceſſeram, nunc deſcendo. Vtinam, quemadmodum diuino beneficio factum eſt, vt (quantum audio) mea verba non omnino tunc luſerint, ita nunc illis meus iſte ambitus placeat, quibus ludus ille placuit. Ego certè hac ambitione, qua ſummopere cupio alijs prodeſſe, delector. Ambiant modò quantum velint cæteri dignitates, magiſtratus, ſacerdotia.
1 † Ambire eſt (vt ad rem noſtram accedam) ambitionibus appetere; inquit Nonius. Cicero in ſecunda Philipp. Quod ſi comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus. Quocirca rectè Seruius ad Vergil. in 4. Æneі. in explanatione illius loci. *Quo nunc Reginam ambire furentem. Audeat affatu &c.*
Scribit, ambire eſſe blanditijs circumuenire,
2 † Ab ambio venit ambitus, ſiue quòd is, qui nõ ſuæ virtuti confidit, non rectè graditur, ſed per circuitum: ſiue quòd Romani, qui honores peterent, ſingulos circuibant, præhenſantes, rogantesq; vt ſe in ſuffragijs adiuuarent: ſiue quod, qui pro adipiſcẽdis honoribus ſoliciti ſunt, quũ rogant, exordio quodam longiore & verborum circuitũ vtuntur. Exiſtimauit Laurentius Val-
3 la lib. 4. elegant. cap. 19. † Ambitum ab ambitione differre. Ambitio (ait ille) in animo eſt: ambitus in actu. Nam, qui præter modum cupit aut honores, aut laudem, ambitione peccat. Qui verò elargitur pecuniã ſuam, aut populo muneribus, ludisq; blanditur, aut cæteris artibus, quę legitimæ non ſunt, ad publicos honores ten-
4 dit, ambitum committit. Porrò cum † ambitio duplex ſit, vna quæ ſolis precibus fit: altera quæ largitione & precio; duplex etiam olim lata fuit lex, quemadmodũ eruditiſsimus Gulielmus Budæus in annotationibus ad titulum de euictionibus, annotauit, Vna lege vetita non

fuit ambitio illa, quæ ſine largitione fiebat. Qui-
nimò exiſtimarunt antiqui illi viri prudentes in
reipub. adminiſtratione neceſſarium fuiſſe hoc
5 † ambitionis genus, vt humaniter magiſtratus
peterent, qui illos gerere pro cōi bono cupie-
6 bant. Hinc moris fuit apud Romanos, vt † candi
dati & magiſtratuum petitores, non modo publi
cè, palamque, ſed etiam ſigillatim vnumquenque,
orando, obſecrando, præhenſandoque peterent.
7 vnde Craſſus apud † Ciceronem in 1. de Orat.
Equidem (inquit) cum peterem magiſtratum, ſo
lebam in præhenſando dimittere à me Scæuolā,
cū ei ita dicerem, me velle eſſe ineptum. Id erat
petere blandius, qđ niſi inepte fieret, benè nō poſ
ſet fieri. Candidatorū petentiū magiſtratus in Se
natu morem eleganter nobis deſcribit Plinius in
epiſt. li. 2. epiſt. 20. & ex noſtris Budæus in anno
ta. Pandect. ad tit. de pollicita. & ad tit. ad legem
8 Iuliam de ambitu. Hoc ambitionis † genere nūc
vtuntur maximè Veneti in rebus publicis ptra-
ctandis prudentiſſimi atque ſapientiſſimi. Et vul
9 gari nomine apellant, il Broio. † ambitio verò
lege vetita illa fuit, quæ largitionibus fiebat. Peſ
ſimus enim fuit aliqn̄ mos aliquorum, qui, vt ho
nores & magiſtratus conſequerentur, tributim
pecunias diuiſorum miniſterio diſtribuebant. De
10 vtraque ambitione ſunt hæc verba † Ciceronis
in Saluſtium. Cedo ſi fuerim in honoribus petē
dis minus ambitioſus. non hāc dico popularem
ambitionem, cuius me Principem confiteor: ſed
illam pernicioſam contra leges, cuius primos or
dines Saluſtius ducit. Hoc ambitionis genus in-
fame ac legum ſœueritate notatum, varijs legi-
bus ob id coercitum fuit, ꝙ non legitima via in-
cederent honores & magiſtratus ambientes, ſed
aliqn̄ vi, nonnunquàm dolo graſſarentur. Vnde
hom icidia, largitiones, ac variæ corruptelæ orie-
bantur Quocircà rectè Perſius Saty. 5. & Claud.
11 lib. 2. paneg. 23. † ambitionem hanc appellarūt
12 nutricē auaritiæ & adulationis. Aduerſus † hos
ambitioſos C. Petilius Trib. Pleb. Cu. Fabio am
buſto C. Plautio Coſſ. primùm legem tulit, qua
largitiones illorum, qui honores pecunia merca
rentur, graui damno & pœna mulctauit: fuitque
ſeueriſſima diſciplina & ſub graui cēſura lex ſer
uata, qua ambitioni & cupiditati obuiam ſæpe
itum eſt: ita vt inter exempla relatum ſit Q. Co-
ponium, ꝙ vini amphorā ei, cuius ſuffragio ma-
giſtratum petebat, dono dederat, ambitus con-
demnatum pœnas luiſſe. Cincius deinde (ſi Alex.
ab Alex. lib. 3. dierum genial. ca. 17. credimus) le
gem tulit muneralem, qua grauiſſimis pœnis affe
cit eos, qui à quouis candidato munus ſuffragij
cauſa, donumve acciperent. Poſtmodum P. Cor
nelius Lentulus, M. Bebio Pamphilo Coſſ. mox
C. Calphurnius Piſo. In hac lege (quemadmo
dum ſcribunt eruditiſſimi Vldaricus Zaſius in
legum antiquarum catalogo, Aymarus Riual-
lius in iuris ciuilis hiſtoria, Alex. ab Alex. in d.
c. 17. & Paulus Manutius de legibus Romanis)
præter alias pœnas pecuniaria erat adiecta. Fa-
ctum deinde eſt Senatuſconſultū, M. Tullio Ci
cerone conſule, quo cauebatur. Ne quis biēnio,
quo magiſtratum petat, petiturusve eſſet, gladia
tores daret, niſi ex teſtō præſtituta die. Itē ne quis
mercede conductus obuiam candidatis iret, aut
conductus ſectaretur. Præterea, ne quis prandia
vulgo daret. Adiecta eſt ēt pœna aſperior quàm
antea, nempè exilium, cùm antea damnati in Ci
uitate remanerent. Lata ēt fuit lex aduerſus hos
ambitus à Lurcone Tribuno plebis, in qua noui
hoc fuerit: vt qui nummos in tribu pronuncia-
uerit, ſi nō dederit, impune ſit, ſin dederit, vt quo
ad viuat ſingulis Tribubus HS. CCCCXXXV.
debeat. Ita apud Ciceronem lib. 1. ad Atticum le
gimus. Pompeius quoque, Cæſare bellum geren
te in Gallia, ſolus cōſul legem tulit ſœueriſſimā
13 aduerſus ambitum. Poſtremo † Octauianum Cę
ſarem legem Iuliam de ambitu, quæ & hodie no
men retinet, tuliſſe auctor eſt Zaſius, quem iam
recenſui. Et cum illo Budæus ad titulum ad l. Iu
liam de ambitu. At contra Manutius exiſtimat,
hanc legem a C. Iulio Cæſare eſſe latam, vtrun-
que ambitum pœnis coercuiſſe. Obſeruaui ex
Suetonio in C. Cæſare c. 41. & in Auguſto c. 40.
Quorum alterum ex profeſſo legem hanc tuliſſe
14 igno ro. Hanc legem † ceſſaſſe in Ciuitate ſuō tpe
ſcribit Modeſt. in l. 1. ff. ad l. Iul. ambitus, ꝙ ad cu
ram principis magiſtratuum creatio pertinere
cœperit non ad populi fauorem. Tiberij Cæſa
ris tpe hoc factū fuiſſe ex Cornelio Tacito li. col
ligitur, qđ & Zaſius & Manutius ſcribunt. & Pli-
nius li. 3. epiſt. 20. ad finem in hæc verba. Sunt
quidem cuncta ſub vnius arbitrio, qui pro vtili-
tate cōi ſolus omnium curas, laboresq; ſuſcepit.
Quint. li. 6. inſt. orat. c. 2. de ambitu loquens. Hoc
genus, inquit, totum penè ſublatū eſt, cū oīa tute
læ, curaque vnius innixa periclitari nullo iudicij
exitu poſſint. Doctiſſ. Budæus ad legē Iuliam de
ambitu, interpretatur ob id ceſſaſſe in vrbe legē
ambitus, vel iudicium ambitus exerceri deſijſſe:
quia populus honores mādare deſierat ſub prin-
cipibus iam tyrānis, aut ad regum ſimilitudinē
omnia arbitratu ſuo adminiſtrantibus, oībus ꝓ
pemodum veſtigijs antiquæ Reip ſublatis. Quod
ſuo exēplo cōprobauit Heliogabalus vir nequiſ-
ſimus, & impuriſsimus, q̄ tā p ſe, q̄ p oēs aulicos
(vt in illius vita auctor eſt Lāpridius) preſertim li
bidinū miniſtros honores, dignitatesq; & poteſta
tes vendidit. Sed vtinam eſſe deſinerent hac æta
te principes Heliogabali, qui aut minis, aut me-
retricum precibus magiſtratus & ſacerdotia cui
15 que & ignaris nō cōferrent. † Theodoſij pceptū
ob oculos habere deberēt, qui viros non ambi-
tione vel precio, ſed probatæ vitæ & diſciplina-
rum teſtimonio ad honoris inſignia debere pro-
16 moueri dicebat. Illud quoque † prudentiſsimi
Alexādri Seueri dictū hos conſiderare vellem, is
ſe nolle dignitatis & magiſtratus vendere præ-
dicabat, quia q̄ emunt, vt vendant, neceſſe eſt, &
vt pecunias in emptione honoris expoſitas recu
perēt, ſubditos torquere & vexare ij emētes ma-
giſtratus cogūtur. Sed ī viā reuertamur. In ea vr
be & loco, in q̄b. magiſtratos à Principe creātur
lex



les ambitus ceſſat. Cæterùm (inquit Modeſt in l.
1. ff. ad l. Iul. ambitus) ſi in municipio cōtra hanc
17 † legē (de ambitu loquitur) magiſtratū, aut ſacer
dotiū quis petierit: p Senatuſconſultum in cētū
aureos, cū infamia punitur. Quē ſanè locū de ſa-
cerdotijs, aduerſus Accurſium doctè explanauit
Gulielmus Budæus in ſæpius citatis annota. Pā
18 decta, ad tit. ad l. Iul. de ambitu. Eadē pœna † pu
nitur, qui nouum vectigal inſtituit d. l. 1. ff. ad l.
Iul. de amb. At is qui datis pecunijs pupilli tute-
lā ambit & occupat extra ordinē, iudicis nēpè ar-
bitrio punitur, l. in eos. vbi Bar. ac Bal. ff. de tute
lis. ſed vix eſt, vt ibi Martianus ſentiat, hanc con
ſtōnē ad l. Iul. ambitus, quæ non niſi de publicis
honoribus & magiſtratibus lata eſt, ptinere. Ho
19 die ſanctiſſimi Romani Pōtifices † ambitū hunc
20 (vt initio dixi) ſimoniam † à Simone illo mago
auctore appellant. Cuius rei meminit & Lauren
tius Valla in eo. li. 4. elegant. ca. 19. qđ ſupra cita
uimus. Is Simon Spiritumſanctum pecunijs nu-
meratis emere tentauit, vt deinde vendendo ſi-
gna lucraretur: quemadmodum ſcriptum eſt in
Act. Apoſt. c. 8. relatum in c. Saluator 1. q. 1. illa
ergo ambitio & ardens deſiderium conſequendi
iniuſtè ſpūalia Simoniæ nomen ab hoc Simone
obtinuit, qđ D. Thomas in 2. 2. q. 100. ar. 1. & cū
eo ſummiſtæ omnes in verbo Simonia annota-
21 runt. Hoc crimen † qn̄ cōmittatur vel non ex ali
quo actu dubio pendet à qualitate perſonarū, ne
gotij, & rei, quæ traditur: & ob id relinquitur iu
dicis arbitrio, ita Cor. in conſi. 68. nu. 13. li. 3. Et
hoc crimen ſimoniæ varijs pœnis legibus & con
ſtitutionibus coercere niſi ſunt Pōtifices. Prima
22 † eſt lex, quæ iuſſit ſpūalium reſignationē, & tē-
poraliū reſtōnem, c. ſi quis Eps. & c. presbyt erū
23 1. q. 1. & c. audiuimus. de ſimo. Secūda pœna † eſt
excōicatio Pontificia. c. reperiuntur. 1. q. 1. quæ
quidē ipſo facto incurritur per ſnīam iuris. eiuſ
24 demque admonitionibus. Qua ſanè pœna † In-
noc. I. mulctauit Archadium Auguſtum, atque
eius coniugem Eudoxiam, quòd Ioanne Chry-
ſoſtomo Patriarcatus ſuo honore depulſo, Theo
philum Alexandrinū ſuffecerāt, auctor eſt Fulg.
25 li. 6. ca. 3. Tertia eſt † ſuſpenſio ab ordinum fun
ctione, qui p ſimoniam recipiuntur d. cap. ſi quis
26 Eps. Quarta eſt † depoſitio & infamia. c. ſanè, 15.
q. 3. c. inquiſitionis. de accuſ. Hac pœna Grego-
27 rius VII. † Pont. Max. mulctauit Henricum III.
ſtatim, n. quo anathemate eum ferijt, imperato-
rij quoque honoris dignitate priuauit, ſubſtituto
ei Rodulpho Saxone, quia eccleſiaſtica ſacerdo-
tia venalia habebat, auctores ſunt Volaterr. lib.
23. Anthiopo. & Fulg. li. 1. c. 1. & li. 6. c. 3. Quas
quidem pœnas & conſtōnes recēſent ſummiſtæ,
quos retuli. & Dominicus Soto lib. 10. de iuſt. &
iu, q. 8. art. 2. Quinta pœna ſolet ēt indici, q̄ qui-
28 dem † arbitraria eſt, pro rei, facti, & perſonę qua
litate. Ita ſcribunt Bal. in l. in eos. ff. de tutelis. Io.
de Ana. in rubr. de Simonia. colu. 3. Bernardus
Diaz in pract. canonica crim. c. 85. num. 6. Cùm
ſcribit, certam pœnam non potuiſſe ſanciri ꝓ va
rietate rei, perſonæ, & criminis. & apertius idem
ſcripſerunt Boerius. q. 117. & Redoanus in trac.
de Simonia, par. 4. c. 9. nu. 25. q copioſè diſſerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Lex Viſcellia quando lata.*
2 *Libertinos honores ingenuorum petere olim non potuiſſe.*
3 *Pœna in eos, qui magiſtratus ſibi minimè debitos petunt & ambiunt.*
4 *Ius aureorum anulorum donare, quid olim.*
5 *Libertinos iure aureorū anulorum donari ſolitos.*
6 *Libertos iure aureorum annulorum donatos equeſtre nomen aſſumere conſueuiſſe.*
7 *Iure aureorum annulorum donatos aliquando fuiſſe & publicanos.*
8 *Antonium Muſſam medicum libertinū iure aureorum annulorum & immunitate donatum à Ceſare Auguſto.*
9 *Libertinos non niſi donatos iure aureorum annulorum magiſtratus & honores ingenuorum petere non potuiſſe.*
10 *Seruos petentes magiſtratus graui pœna iudici, tamen arbitraria effectus fuiſſe.*
11 *Serui gerentis magiſtratū per errorē geſta nil valere.*
12 *L. Barbarius. ff. de off. prat. à multis nouè explanata.*
13 *Reſtituti natalibus iura ingenuorum cōſequntur.*
14 *Libertinos hodie natalibus reſtitui.*
15 *Legem Viſcelliam hodie ceſſare.*

## CASVS CCCCII.

### HONORES NON DEBITOS AMbientes pœna iudicis arbitrio puniri ex lege Viſcellia: & de iure aureorum anulorū aliqua egregia annotata.

1 NON multū à lege ambitus diſtat
lex † Viſcellia lata à L. Viſcellio
Varrone & C. Fonteio Coſſ. qđ
annotarunt Vldericus Zaſius in
catalogo legum antiquarū, & Ho
tomanus in cōmētarijs verborū
iuris, cū de lege Viſcellia agunt) ſancitū eſt, ne
2 libertinis hoībus, qui † ius Aureorum annulorū
adepti non erant, eos honores, qui ingenuorū ꝓ
prij sūt, capere liceret. Pœnā fuiſſe extra ordinē
atq; ita iudici arbitrariā ſenſerūt Diocle. & Ma
xim. in l. vnica. C. ad l. Viſcelliam. Et ibidem Ac
3 curſius in gl. pen. Quæ † ſanè pœna feriēdi ſunt
qui non meritos honores ambiunt. In libertis ta
men pœna hæc ceſſabat, cùm ius aureorum anu
4 lorum conceſſum erat. † Ius autem aureorū anu
lorum donare apud antiquos (inquit Budæus in
annot. Pandect. ad tit. de Senatoribus.) id erat
fermè, qđ equitem facere dicimus. Suet. in Vitel
lio c. 12. Prouincia deinde acceptā Aſiaticū ma-
numiſit: ac primó imperij die aureis donauit a-
nulis ſuper cœnam, cum mane rogantibus ꝓ eo
cunctis deteſtatus eſſet ſeueriſſimè talē equeſtris
5 ordinis maculā. Quo ſanè ex loco ītelligimus † li
bertinos hoc iure donari conſueuiſſe. Eapropter
imaginem ingenuorū retinere dicebātur: quem-
admodum reſcripſerunt Imp. Dio cler. & Ma-
xim. in d. l. vnica. C. ad legem Viſcell. Qua de re
multa ſunt memoriæ prodita à Plinio lib. 33. na
 tural.

tular.hiſtor.cap.1.& Franciſco Conna.li.2.com
menta.iuris cap. 12.ab Alex.lib. 2.dierum geni
al.cap.19.qui illud ſcribit fuiſſe conſtitutum, vt
6 qui † libertus anulo donaretur, exploſo veteri
nomine,equeſtre aſſumeret.Et idem Alex.lib.6.
7 dierum genial cap.29. publicanos † etiam ali
quando donatos fuiſſe hoc iure aureorum anu
lorum.Eſt etiam annotatum à Cœlio Rhodig.li.
5.lectio.antiq.cap.12.ex Dione, Auguſtum Cæ
8 ſarem iure aureorum anulorum donaſſe † Anto
nium Muſſam libertum,medicumque ſuum.Cu
ius quidem rei meminit & Zonaras lib.11. his
verbis.Sed quidem Antonius Muſſa Auguſtum
ita malè affectum frigidis lotionibus & potioni
bus curauit. Qua de cauſa pecuniam tum ab ip
ſo,tum à Senatu accepit iusque illi quamuis li
bertino homini aureorum anulorum datum eſt:
vacationem præterea tum ipſi,tum alijs medicis
non modò qui tunc erant, ſed & qui poſt futuri
9 eſſent conceſſerunt.† Libertini itaque (vt ad no
ſtrum inſtitutum reuertar) iure aureorum anulo
rum donati ingenuorum honores & magiſtra
tus conſequi poterant: alioqui pœna extra ordi
nem puniebantur. Et idem conſtituerunt ijdem
Impp.Dioclet.& Maxim.in l.1.C. ſi ſeruus vel li
ber. ad decurio. aſpira. lib. 10. Extraordinaria
10 † quoque pœna, ſed paulò grauiori puniuntur
ſerui,qui ſcienter ad decurionatum aſpirant.l.2.
eo.tit.C.ſi ſeruus vel liber.ad decur.aſp. lib. 10.
11 † Imò geſta à ſeruo, qui per errorem creatus eſt
Decurio, vel magiſtratus, ſunt nulla,& ſi ob com
12 munem vtilitatem ſuſtineantur † l. Barbarius.
ff.de offi.prætor.de cuius loci alioqui obſcuri in
terpretatione, præter Baronem & Coraſium ibi,
ſcribunt multa doctè & egregiè Gonea.lib.1.le
ctio.varia.ca.6.Antonius Contius li.1.diſput.c.
2.Hotomanus libro illuſtrium qõ.c.17.& Anto
nius Guibertus lib.1.quæſtionum iuris.cap.11.
13 Porrò reſtituti † natalibus omninò ingenuita
tis iura conſequuntur,l.vlt.C.de bonis liber.qua
re melior eſt eorum conditio quàm donatorum
iure aureorum anulorum: qui & ſi honore aucti
fuerint,non tamen conditionem mutant: ſed ſo
lùm dum viuunt ingenuitatis iura obtinent.l.fal
ſa.ff.de cond.& demonſt.& l.etiam.ff.de bonis li
14 bert.Hodie † verò libertini omnes reſtituuntur
natalibus, vt conſtituit Iuſtinianus in auth. vt li
berti de cætero aureo non indigeant anulo.
15 Quare hodie ceſſat pœna † legis Vielliæ, quem
admodum adnotauit & erudiſſimus Cuiacius
in d.l.1.C.ſi ſeruus,vel liber.ad decurio. aſpir. li.
10.& eo prius Io.à Platea.

*SVMMARIVM.*

1 *Ambitio quot mala pariat.*
2 *Electum ante confirmationem adminiſtrare non debere.*
3 *Pœna iudici arbitraria punitur adminiſtrans ante electionis confirmationem.*
4 *Pœna adminiſtrantis ante confirmationem electionis, locum an habeat in beneficijs præſentatiuis.*

## CASVS CCCCIII.

## DE POENA ELECTI ANTE CONfirmationem ambitioſè adminiſtrantis.

1 ILLA ipſa † ambitio, de qua ſu
perioribus caſibus verba feci
mus,aliquorum animos ita aliqñ
occupat,ita ad temeritatẽ impel
lit, vt quæ ſibi à iure interdictæ
nouerunt, exquiſitis fraudibus vſurpare conen
tur. Quocirca ſtatuit Gregorius in Cõcilio Lug
dunenſi, ſicuti relatũ eſt in ca.auaritiæ. de elect.
2 in 6. † electum ante confirmationem adminiſtra
3 re nõ debere: quod ſi ſecus fecerit, punitur † pœ
na priuationis electionis. Quinimò cẽſuit ibidẽ
gloſſa ad finem, pœna iudicis arbitrio puniri ẽt
poſſe ex Guielmi opinione. Efficitur ẽt ineligibi
lis ſecundo loco,quod in eo canone ab omnibus
annotatũ eſt: & apud Petrum Baiſium in tracta.
de elect.parte 2.ca.8.Dubitari etiam ſolet, an qđ
4 de electione ſtatuit Gregorius † locum ẽt habeat
in præſentatione? Et locum habere in præſenta
tionibus dignitatum à clericis factis, non autem
in his, quas faciunt layci patroni, anotauit Ge
minianus in eo.c.auaritiæ,ad finem. Qua de re,
quòd locus hic non poſtulat, non diſputo.

*SVMMARIVM.*

1 *Ebrietatis crimen grauiſſimum.*
2 *Ebrietatem mala permulta peperiſſe.*
3 *Pœna contra clericos ab ebrietate ſe non abſtinentes.*
4 *Clericum ſuſpendi ab officio & beneficio ob ebrietatem.*
5 *Militem exauthorari ob ebrietatem.*
6 *Iudex quam pœnam ob ebrietatẽ ſtatuat in clericos.*

## CASVS CCCCIIII.

## EBRIETATIS POENA QVÆ, MAximè in clericum.

QVaemadmodum ambitionis vitium eſt
ſummoperè deteſtandum in clerico,
ita & ebrietatis; cum eum maximè de
1 ceat abſtinentia. Solet enim † inter grauiſſi
ma crimina ebrietas connumerari: ſicuti aucto
ritatibus multorum ſcripſerunt Card. de Tur
re Crem.in c.6.die, & in c.ſeq.35.diſt. & Bernar
dus Diaz in prac.crim.canonica c.71.nu.1. Hinc
diuus Paulus dixit.Neque fornicarij, neque ido
lis ſeruientes,neque molles, neque maſculorum
cõcubitores,neque auari,neque adulteri, neque
ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.Quocircà rectè
lege antiqua Num.c.10. ſancitum eſt his verbis.
Quicunque votum fecerit Dño, à vino ſe abſti
2 neat. Quot † quantaque mala ex ebrietate & cra
pula manauerint, qui ſcire volet, legat quæ
multis ſcripſerunt Tiraquellus tracta. de legi
bus connubial.lege 9.nu.153.& tract.de pœ.le
gum, cauſa ſexta, & multò plura tradita à Petro
Placa



3 Placa libro epitomẽ delicto. c. 30.vt ergo † ab
ebrietate ſe abſtineant clerici pœna eſt indicta.
Nam ſanciuit Agatenſe Cõcilium,quemadmo
dum relatum eſt in c.vlt.35.diſt.vt clericus,quẽ
ebrium fuiſſe conſtiterit, aut xxx. dierum ſpacio
à cõmunione ſummoueatur, aut corporali ſup
plicio ſubdatur.Innoc. verò III in Concilio La
4 teranẽſi ſtatuit,clericũ à † crapula & ebrietate nõ
abſtinentẽ ab officio & bñficio eſſe ſuſpendẽdũ,
vt eſt relatũ in c à crapula, de vita & honeſt.cle.
& ibi glo.intelligit,hoc iudicis arbitrio relinqui,
qñ.ſ.illũ ſuſpendat ab officio & bñficio.Nec diſ
ſentit Diaz.d.c.71. Et quẽadmodũ clericus, qui
miles dicitur cœleſtis militiæ,ab officio pp ebrie
5 tatẽ deponitur, ita & † miles armatę militię ex
authorat.l.oẽ delictũ.§.p vinũ.ff.de re mil.quẽ
locũ in hanc ſñiam retulit Placa.d.lib.1.epito
me delicto.c.30.nu.4.Sed ambigitur, an iudex
pro ſui arbitrio pœnã ex illis relatis in duobus il
lis Concilijs imponet? Card. de Turre Crema
ta.in d.c.vlt.nu.5.35.diſt.ex Hugo.& Io.Fant.ac
6 etiã Geminiani ſñia ibidem ſcriptũ reliquit † iu
dicẽ non debere ſequi purã voluntatem ſuã: ſed
debere obſeruare tranſgredientiũ ordinẽ, ſiquĩ
dẽ in maioribus ordinibus collocati excõicari,
non corporali pœna affici debent.cap.cũ beatus.
45.diſt.ſi verò adhuc eſt in minoribus, ẽt pœna
corporali plecti poteſt. c. contumaces. 50.diſt.
& d.c.cum beatus. Debet quoq; iudex conſidera
re ordinẽ ætatis & honeſtatis.Nã ſenex, vel nobi
lis, etſi adhuc in minoribus ſit, pœna corporali
afficiendus non eſt. Vilis verò etiã ſi ſit in maio
rib.ordinibus pœna corporali puniri poterit.Iu
dex ergo non liberã ſuam voluntatem, ſed ordi
natã ſequi debet.His declarari poſſunt,quę ſcrip
ſimus ſupra libro primo, quæſt.85.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdotis per ebrietatem euomentis ſacroſanctam Eucharistiam pœna.*
2 *Epiſcopi per ebrietatem euomentis ſanctiſſimam Euchariſtiam pœna.*
3 *Cap. Si quis per ebrietatem.de conſecr. diſtinct.2.declaratur.*

## CASVS CCCCV.

## POENA CLERICORVM ET Epiſcoporum, qui ob ebrietatem ſacroſanctam Euchariſtiam euomunt.

EBRIETATEM ſuperiore ca
ſu dixi eſſe graue crimen: nec im
meritò,quandoquidẽ multa mala
ex ea proueniunt, vt illud in cleri
cis maximè deteſtandum, cum pa
1 rũ ſobrij celebrant, & † per ebrietatẽ ſacram Eu
chariſtiam euomunt. ij ſeptuaginta diebus pœ
2 nitere debent. Epiſcopi † verò nonaginta: quã
quam laycus ſolùm quadraginta diebus pœnitẽ
tiam agat. ita ſancitum eſt in cap.ſi quis p ebrie
3 tatem.de cõſe. diſtinct.2.Cęterùm cum illa † cõ
ſtitutio non declaret pœnitentiæ qualitatem, du
bitari ſolet, qualis eſſe debeat. Bernardus Diaz
in pract.criminali Canonica. cap.36. ſcriptum
reliquit, iudicis arbitrio eſſe. Huius pœnæ ra
tionem eſſe ſcribunt Card.de Turre Cremata in
d.cap.ſi quis per ebrietatem.& Diaz d. cap.36.
quia quandiu ſpecies ſacramentales ſuum eſſe
retinent, ſub illis continetur CHRISTI Ser
uatoris noſtri corpus inſeparabiliter. Quocirca
ipſum corpus Chriſti eijcitur per vomitum eie
ctis ſpeciebus.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdotem ante dormitionem celebrare non debere.*
2 *Rationes quibus permiſſum non eſt ſacerdoti ante dormitionem celebrare.*
3 *Celebrans miſſam ante dormitionẽ excommunicatur.*
4 *Ieiunus celebrare quando dicatur ſacerdos.*
5 *Cap. ſi conſtiterit. de accuſa. declaratur.*
6 *Iudicis arbitrio punitur ſacerdos celebrans miſſam ante dormitionem.*

## CASVS CCCCVI.

## POENA CLERICI QVI ANTE dormitionem miſſam celebrauit.

REVOCANT in memoriam
duo proximè relati caſus illius
quęſtionis, dũ ambigi ſolet, qua
1 pœna puniri debeat is † ſacerdos
qui ante dormitionem à ſumpto
cibo celebrauit? Scio Cartaginen
ſi Cõcilio ſancitũ fuiſſe non licere altaris ſacra
mẽta à nõ ieiunis ſumi.vti relatũ eſt in cap.ſacra
menta. de conſecr.diſt.1.Quod quidem rectè cõ
2 ſtitutũ fuit multis rationibus.† Primò in hono
rem tãti ſacramenti, vt ſcilicet intret in os homi
nis nõ dũ aliquo cibo infectũ. Secundò, ob ſigni
ficatioẽ,nempè vt hinc intelligamus, Chriſtum,
qui eſt res huius ſacramẽti,& ipſa charitas prius
fundari in cordibus noſtris debet. Tertiò,ob pe
riculum vomitus & ebrietatis ita D.Thomas in
2.par.Summę.q.80.art.8. à quo non diſſentit
Card.de Turre Crem. in d.c. ſacramẽta. nu. 3.
Hac tñ cõſtitutione nulla pœna eſt indicta.Cõci
lio verò Toletano ſancitũ fuit, vt relatũ eſt in c.
3 nihil §.nullus.7.q.1. † excõicandũ eſſe, qui poſt
4 cibũ & potũ ẽt minimũ diuina celebrauerit.† Et
intelligitur ieiunus, q̃ circa mediã noctem nihil
ſumpſerit, nec medicinã, nec electuarium, quod
tradunt ibidẽ Arch.& cæteri, & Ang. Clauaſius
in ſua ſumma.in verbo,miſſa.nu.3. & Syluester
in verbo, Euchariſt.il 3.nu.8.Alex.verò 3.ex ali
quorũ opinione ſanciuit in c.ſi conſtiterit.de ac
cuſ.beneficio priuandũ eſſe,qui nõ pręmiſſa dor
mitione celebrauit. Ita ibidẽ annotauit Aret. in
3.notab. Nec à ſenſu hoc diſſentiunt Hoſtien.in
Summa de conſecr.eccle.vel alta.§ & qualiter ie
iunio.& Card.in c.ex parte,quæſt.4.de celebra.

 miſſa,

5 miſſa. & copioſè diſſerit Boerius. q.4. † Verùm
illa Alexandri conſtitutio non probat hanc aſſer
tionem. Siquidem ita conſtituit Alexander ad-
uerſus ebrioſum, qui integram noctem in com
meſſationibus & compotationibus fuit,& mane,
incontinenti celebrauit. ita interpretati ſunt tex,
tum illum Abbas & Hoſtien. ibidem,& Fely, nu.
3. ac etiam cum illis ſenſit Bernardus Diaz in
practica Canonica criminali. cap. 29. nu. 5. qui.
6 nu. 6. ſubijcit, iudicem † ex qualitate perſonæ &
exceſſus pœnam carceris, aut ſuſpenſionis poſſe
indicere. atque ita iudex ſuo arbitrio caſtigabit.
Hæc tamen pœna locum non habet, quando vr-
gente neceſſitate hoc ſacramentum poſt alios ci
bos ſumitur, ſicuti poſt Bonifacium Vitalinum
& Bertachinum ſcripſit Boerius in d.q.4. in fine.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdos an ſæpius in die celebrare poſſit miſſam.*
2 *Cap. ſufficit. de conſecrat. diſtinct. 1. declaratur.*
3 *Vualfridi locus.*
4 *Celebrare miſſam ſæpius in die non poteſt ſacerdos.*
5 *Iudicis arbitrio puniri ſacerdotem ſæpius in die miſſam celebrantem.*

## CASVS CCCCVII.

### POENA QVÆ SANCITA SIT in clericum ſæpius in die miſſam celebrantem.

1 QVÆRI ac dubitari ſolet, an li-
ceat † ſacerdoti pluries in die ce
lebrare? Bernardus Diaz nõ vul
garis eruditionis Iuriſconſultus
in practica Canonica criminali.
c. 30. cẽſuit, nullo iure expreſſim prohiberi. Quã
2 doquidem canon † cap. ſufficit. de conſec. diſt. 1.
ſolùm dixit, ſufficere ſemel in die celebrare; atq;
ita nec pœnam aliquam indicit, nec prohibet.
3 Et ab hac opinione non † diſſentit Walfridus in
commentarijs de rebus Eccleſiaſt. c. 21. q. ſcripſit
Leonem Papam ſæpius in die miſſam celebraſſe.
Ego veriorem eſſe opinor eorum opinionem, q̃
4 in d. cap. ſufficit, affirmarunt expreſſim † prohi-
beri pluries celebrare. & illud verbum ſufficit,
interpretantur, i. ſufficere debet. ita Archid. ibi,
& clarius Cardinalis de Turre Cremata, ita etiã
Angelus Clauaſius in Summa in verbo, miſſa,
nu. 46. & Syluester Prierius in Summa in verbo
miſſa. il 2. nu. 7. idem ſenſit Alex. de Ales in Sum
ma. parte. 4. q. 52. membro 3. Qui quidem de-
clarant multis caſibus licere. Cæterùm ambigi
ſolet, qua pœna ſit plectendus pluries ſine iuſta
cauſa celebrans? Et Bernardus Diaz d. cap. 30.
5 iudicem † pro facti qualitate & populi ſcanda-
lo pœnam indicere poſſe, rectè ſcriptũ reliquit.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdos celebrare non debet miſſam ſine debitis ſolemnitatibus.*
2 *Iudicis arbitrio punitur Sacerdos celebrans miſſam ſine debitis ſolemnitatibus.*

## CASVS CCCCVIII.

### POENA QVÆ SIT SANCITA in Sacerdotem ſine debitis ſolennitatibus miſſam celebrantem.

DVBITARI adhuc contingit,
1 qua † pœna puniendus ſit ſacer-
dos, qui omiſſo ordine & ſolenni
tate ab eccleſia conſtituta & ordi
nata celebrat. vt puta, cũ celebrat
ſine aqua & igne, velim pane fer
mẽtato, vel calice ligneo, vel ſuper altari nõ cõſe
crato, vel ſine veſtibus ſacris. Ex aliorũ ſententia
ſcriptũ reliquit Bernardus Diaz in practica Ca-
2 nonica criminali, cap. 31. 32. & 33. † iudicis
arbitrio pœnã eſſe imponendam,& huc ſpectãt,
quæ ſcripſi ſupra caſu. 388. num 13. Qua de re
alia ſcribunt Summiſtæ in verbo miſſa, vt Ange
lus Clauaſius nu. 35. 36. & Syluester in verbo,
miſſa. il primo. num. 2.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdos celebrans miſſam cauere debet, ne ſanguinem effundat.*
2 *Iudicis arbitrio punitur Sacerdos, qui dum celebrat permittit aliquid ſanguinis effundi in terram.*

## CASVS CCCCIX.

### POENA SACERDOTIS, QVI miſſam celebrando aliquid ſanguinis in terram effudit.

CLERICVS, qui ſua negligen
tia paſſus eſt, dum celebraret a-
1 liquid † ſanguinis effundi in ter
ram, præter pœnam pœnitentia
lem ſancitam in cap. ſi per negli
gentiam. de conſecr. diſt. 2. pœ
nam etiam temporalem iudicis arbitrio ſuſtine-
re debet, ita Bernardus Diaz in practica Cano-
nica criminali. c. 37. Cæterùm non diffinit Di-
2 az, qualis eſſe debeat † pœnitentia, quam agere
debet hic Sacerdos. Recentiores apoſtill. ad An
ge. Clauaſium in Summa in verbo, miſſa, nu.
13. ſcribunt, eſſe ieiunium.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus negligens in cuſtodienda ſacroſancta Eucha-riſtia punitur.*
2 *Iudicis arbitrio punitur clericus, qui minus reuerenter defert ſacratiſſimam Euchariſtiam infirmo.*

CA-



## CASVS CCCCX

### POENA CLERICI MINVS DIligenter cuſtodietis ſacram Euchariſtiam: ac minus reuerenter eam deferentis infirmo.

1 CLERICVS † qui diligenter non cu-
ſtodit ſacram Euchariſtiam pœna iudi
ci arbitraria punitur, ſi inde aliquod
nephandũ euenit. Ita Bernardus Diaz in d. prac.
canonica criminali c. 49. declarando cap. qui be
nè. de conſecr. diſtinct. 2. & cap. 1. de cuſtod. Eu
2 cha. ita † iudicis arbitrio punitur ſacerdos, qui
minus reuerenter fert ſacroſanctam Euchariſtiã
infirmo, gloſſ. in cap. ſanè. ex illo textu. de cele-
brat. miſſa.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus proxeneta contractuum illicitorum punitur.*
2 *Clericus illiciti contractus mediator deponitur.*
3 *Iudicis arbitrio punitur clericus mediator contractuũ illicitorum.*
4 *Cap. 1. de teſt. in 6. declaratur.*
5 *Vſurarius eſt, qui mediator eſt vſurarij contractus.*

## CASVS CCCCXI.

### POENA CLERICI PROXENETÆ & mediatoris contractuum illicitorum.

SOLET dubitari, qua pœna pu
1 niri debeat † clericus proxeneta,
& mediator contractuum illici-
torum? Roma. ſing. 722. Proxe
neta, exiſtimauit puniendum eſ
ſe pœna depoſitionis ab officio
2 & beneficio † ex cap. ſi quis Epiſcopus, 1. quæſt.
1. Verùm, vt rectè animaduertit Bernardus Diaz
in practica canonica criminali cap. 51. nume. 2.
ille textus ſolùm ea depoſitionis pœna punit me
diatores ordinum precio ſuſceptorum, quos ibi
interpretes omnes ſimoniacos appellari volunt.
3 Quamobrem rectè is Diaz cenſuit, hunc † cleri
cum mediatorem & proxenetam eſſe iudicis ar-
bitrio puniendum. Nec huic opinioni repugnãt,
quæ pro Romani opinione ab ipſo Diaz recẽſẽ-
tur,& quæ ille indiſſoluta reliquit. inquit Diaz
4 pro Romano conferre † c. 1. de teſtib. in 6. quo
probatur, ipſum mediatorem dici delictum com
mittere. Et ibidem ſcribunt Francus & Ancha-
ranus, ſtatutum, quo delinquenti pœna indici-
tur, comprehendere mediatorem. Hic locus in-
telligendus eſt, vt dicatur committere delictum
ratione ſui officij, quod præſtat, non tamẽ eſt idẽ
delictum cum delicto ſui principalis. Et ob id ſta
tutum, quo delictum punitur, locum habet & in
hoc delicto ratione ſui, non autem ratione per-
ſonæ principalis, alioqui. ſi ſtatutum loquere-
tur de pęna delicti prĩcipalis, hoc delictũ media
toris non comprehenderet, vti diximus ſupra ca
ſu 351. nume. 19. de ſtatuto indicente pœnam de-
linquenti, vt non comprehendat illum, qui opẽ
delicto tulit. Non etiam repugnat gloſſ. in l. ſi
ſcienter, de parricid. quam aliqui ſequuntur in d.
5 c. 1. quòd † mediator in cõtractibus vſurarijs dici
tur vſurarius,& tenetur ad reſtitutionem, ſiquidẽ
reſpondetur, verùm hoc ſine dubio eſſe quò ad il
la, quæ ad illum peruenerunt. At quò ad id, quod
peruenit ad principalem, diſſentiunt Bald. in c.
1. de cõtrouerſ. inueſt. qui ſcribit, quòd ſi aliquan
do tenetur, ſolùm id fit in ſubſidium, & non re-
gulariter. idem ſenſerunt Io. de Ana. in c. Mi-
chael. colum. penul. verſi. quæro iuxta. & Sylue-
ſter Prierius in ſua ſumma in verbo vſura. il 7. nu
me. 3. ad finem.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus deponitur, ſi viliſsimam macellatoris artem exercet.*
2 *Tabernarij ſunt de genere prædonum.*
3 *Cauponæ ars illiberalis & ſordida.*
4 *Macellarij ſordidi.*
5 *Coriarij ſordidi.*
6 *Clericum aliena manu poſſe exercere artem macellariam,& aliam viliſſimam.*

## CASVS CCCCXXII.

### POENA CLERICORVM, QVI MAcellum vel tabernam exercent.

CLEMENS Quintus Romanus Ponti
fex ſtatuit in clem. 1. de vita & honeſta-
1 te clericorum † clericos priuilegio cle-
ricali exauthorandos eſſe, ſi viliſsima ædificia
macellatoris & tabernarij exercuerint. Nec iniu
2 ria id factum eſſe exiſtimo, ſi quidem † taberna
rij ſunt de genere prędonum. l. 1. §. 1. ff. nautæ.
caup. ſtab. Alexand. l. 1. in fi. C. de eden. Nico
nitius in cap. quoniam contra, nume. 27. de
proba. & Caſſaneus in catalogo gloriæ mundi
parte 11. conſider. 46. Quò loci & ſi multis
oſtendat hoſpitalitatem eſſe rem valdè decoram,
honeſtam ac officij plenam, attamen quæſtuaria
3 hoſpitalitas, quàm † cauponariam vocamus,
4 illiberalis & ſordida admodum eſt. Ita † macel-
larij ſunt ſordidi, & męcanici, qua de re ſcri-
bit aliqua Caſſaneus dicta parte 11. cnſideratione
49. Cęterùm dubitari contingit, qua pœna ple
ctendus ſit clericus, qui alia officia vilia & mę-
5 canica exercet, vt ſi † coriarius ſit aptando
pelles, vel ſi ſit Leno, vel balneorum cuſtos.
rectè ſcriptum reliquit Bernardus Diaz in pra-
ctica canonica criminali cap. 63. ad finem, iu
dicis arbitrio puniri. Hæc autem pœna ceſſat,
6 cum ipſe † clericus manu aliena exercet; nam
perſonaliter exercere non dicitur, quemadmo-
dum.

dum illa Clementis cōſtitutio, ibi publicè, & per
ſonaliter exercentes, requirit. Et eam annotarūt
ibi Abbas, & cæteri.

*SVMMARIVM.*

1 *Venatorem à macellario non differre.*
2 *Clericis venatio interdicta.*
3 *Venatio triplex.*
4 *Cap. his ita, diſt. 6. declaratur.*
5 *Venatio arenaria quæ.*
6 *Arenarij qui.*
7 *Beſtiarij qui.*
8 *L. Atlethas. ff. de his, qui notantur infam. declaratur.*
9 *Venatio arenaria clericis omnino interdicta.*
10 *Venatio, quæ in ſyluis fit, regulariter permiſſa.*
11 *Venatio ſyluoſa inuentum deorum.*
12 *Venationi ſyluoſæ operam dant Reges, & viri nobiles.*
13 *Venatio ſyluoſa Epiſcopis interdicta.*
14 *Clericis venari in ſyluis regulariter interdictum.*
15 *Clericis qua ratione prohibitum in ſyluis venari.*
16 *Venatio ſyluoſa aliquando clericis prohibita.*
17 *Clerici venatores qua pœna puniantur.*
18 *Clerici minores venantes iudicis arbitrio puniuntur.*
19 *Clerici capta in ſyluis venando non reſtituunt:*
20 *Piſcatio clericis permiſſa.*
21 *Piſcatio clericis interdicta certis ſolemnibus diebus.*

## CASVS CCCCXIII.

### POENA CLERICI VENATORIS: & quando venari liceat; & cur non venari, ſed piſcari pemiſſum ſit clericis.

CVM à macellario parum differat
1 † venator, vti ſcriptum reliquit
Caſſaneus in catalogo gloriæ mū
di parte 11. conſid. 49. qui ſcri-
bit, apud Gallos macellarios di-
ci certum genus venatorum, de
quibus mox dicemus. Eadem ratione dicen-
2 dum eſt, rectè † clericis venationem fuiſſe inter-
dictam, cap. 1. de clerico venato. Cæterum
quia non ita abſolutè omnis venatio prohibita
3 eſt, de ſingulis aliqua dicenda ſunt. Venatio † tri
plex eſt. Prima, quæ homines perdit: vt cum
vir nequam homines rapit, perdit & occidit.
4 Huius meminit † tex. in cap. his ita, diſtinct.
6. quod ſumptum fuit à Geneſ. cap. 10. cœpit
Nembrot eſſe robuſtus venator coram domino,
hoc eſt, hominum oppreſſor: quemadmodum
interpretes ibi exponunt. & Io. de Turre crema
ta in cap. qui venatoribus, nume. 2. 86. di
ſtinct. Hæc, vt is vir eruditus ait, non clericis
modò, ſed & quibuſcunque prohibita eſt. Extat
enim diuinum præceptum, non occides. Secun-
5 da eſt † venatio, quam arenariam vocant, vt
cum quis contra feram beſtiam in arena pugnat.
Hic mos fuit antiquis Romanis, vt in ſpectacu-
lis populorum ludi loco exhiberentur feræ be-
ſtiæ, cum quibus homines aliqui decertarent, &
6 ab arena † arenarij dicti ſunt. l. ob carmen. §. ſi
ea. ff. de teſtib. & l. hæ demum. ff. de operis libert.
7 Hos † beſtiarios appellat Iulius Capitolinus in
Antonino philoſopho. Qui exercendæ virtutis
ſuæ gratia in arenam deſcendebant non infa-
8 mes, ſed laude digni exiſtimabantur. † l. Athle-
tas. ff. de ijs qui nota. infam. Qui verò operas
ſuas locabant, infames & viles habebantur. l. 1. §.
item Senatus. ff. de poſtul. & l. 2. §. vlt. vbi omnes
9 ff. de ijs qui nota. infam. † Hæc venatio hodie
non clericis modò, verum etiam & laycis eſt in-
terdicta. Siquidem ex quo hominum interitus
ſequitur, peccatum eſt mortale, ita decertare, vti
admonuit Car. de Turre Cremata d. cap. qui ve
natoribus, nume. 3. qui hoc declarat, niſi id fiat
cauſa neceſsitatis ad mortem euitandam. Nec
diſſentiunt Abbas & cæteri in c. 1. de clerico ve-
na. & Summiſtæ omnes in verbo venatio. Ter-
10 tia dicitur † venatio, quę fit in ſyluis & ſalti-
bus occidendo feras, vel aues. Hæc ſui natura &
regulariter eſt permiſſa, vt ſcribit Caſſaneus in
catalogo gloriæ mundi parte 11. conſiderat. 30.
verſic. Ex quo primò: & rectè, ſi quidem à natu-
ra eſt, vt inquit D. Thomas. 2. 2. q. 64. art. 1. Sylue
ſter in ſumma in verbo Venatio. Immo ſumma
11 laude digna exiſtimatur, cum venatio † hæc
ſit Deorum inuentum, quemadmodum Xeno-
phon de venatione, auctor eſt, & eo in libello
paſsim Xenophon laudes venationis permultas
12 enumerat, & extollit. Hinc † Reges & viri Prin
cipes ac nobiles, præſertim apud Gallos, venatio
nem, vt rem optimam atque ſaluberrimam mi-
ra animi oblectatione exercere ſolent. Quod me
moriæ proditum eſt à multis: tum præſertim à
Tiraquello viro multę lectionis in tract. de no-
bilitate. cap. 37. nu. 138. ac multis ſequentibus.
Cæterùm aliqui excipiuntur, quibus ratione
perſonæ non eſt permiſſa hæc venatio. Primò
13 † Epiſcopi, quibus non licet venari, ca. 1. 34.
diſtinct. Quod intelligitur, cùm id non facit cau
ſa recreationis honeſtæ, vel ex neceſsitate, vt ſci
licet ſanitatem defendat. Nam his caſibus licet.
ita Abbas in cap. 1. de cler. vena. & Ang. Claua-
ſius & Syluester in ſumma in verbo venatio.
Card. de Turre cremata d. c. qui venatoribus.
nume 4. poſt Archid. & alios ibi. Secundò cle-
14 ricis † venari non licet d. cap. 1. 34. diſtinct. &
cap. 1. & 2. de cler. vena. omnes iam allegati.
15 † Rationes adferri ſolent plures. Vna, quòd
clamoris plena, & ob id immoderata ſit: atque ita
clericis, quos honeſtas maximè decet, minimè a-
pta. Secunda, quòd ſi venari eis liceret, conceſſa
conferetur in antecedens facultas, alioqui dete-
ſtanda, habendi, atque alendi canes, accipitres, &
his ſimilia domi. Cū tñ eccleſiæ bona ſint cleri
cis conceſſa, vt ſuæ eccleſiæ & pauperum neceſſi
tati ſubueniatur. Non enim bonum eſt ſume-
re



re panem filiorum & dare canibus. Quam ſanè
rationem probauit gloſſ. in cap. Eſau. 86. diſtin.
Turre cremata in d. c. qui venatoribus. & Rai-
naldus Corſus lib. 3. indagationum iuris, cap. 14.
qui & aliàs commemorat. Eſt tamen aliquando
16 conceſſa hæc † venatio clericis, nempè quan-
do raro fit, idque recreationis gratia: & tempo-
re congruo, quod Summiſtæ iam relati & Card.
de Turre cremata ſcribunt. Et Benedictus in c.
Raynutius, in verbo, & vxorem nomine Adela-
ſiam. nume. 875. de teſta. Bernardus Diaz in pra
ctica canonica criminali cap. 61. nu. 13.
Dubitari nunc contingit, qua pœna feriendi
17 ſint clerici, † qui contra eccleſiæ & canonum
interdicta venationi operam dant. Qua in re di
cendum eſt, præsbyteros duobus menſibus ab of
ficio ſuſpendi; Diaconos verò ab omni officio
cap. 1. de cle. vena. & ibi Abbas &c. Eadem pœ-
na, qua diaconus, punitur & ſubdiaconus vti ſcri
bunt Hoſtien. Henric. Boic. in d. cap. 1. Quid au
tem in clericis in minoribus? Ioan. And. poſt Ho
18 ſtien. in d. cap. 1. de cler. vena. docuit † iudicis
arbitrio puniri, idem affirmarunt Ioan. de Ana.
in d. cap. 1. & Bernardus Diaz in practica crimi
nali canonica cap. 61. nume. 6. 7. qui alia de his
permulta ſcribit. Illud nunc non prætereo, quòd
19 & ſi his pœnis plectuntur † clerici ij venatores,
non tamen tenentur capta reſtituere, verè enim
illa ſibi acquirunt. ita egregiè ſcribit Didacus in
cap. peccatum, in 2. parte. § 8, nume. 3. de regul.
iuris in 6. quo loci & alia permulta de venatio-
20 ne doctè ac pulchrè recenſet. †
Piſcatio autem clericis permiſſa eſt, tum quòd
ceſſent in ea rationes illæ, quibus prohibita eſt
venatio: tum quia piſcatio habet exempla viro-
rum bonorum, nempè Apoſtolorum, quos pi-
ſcantes Saluator noſter ad ſe vocauit, & retia ten
di iuſſit. Lucæ cap. 10. & cap. vlt. Qua de re apud
Corſum in d. cap. 14. Eſt tamen interdicta cle-
21 ricis † piſcatio in maioribus ſolemnitatibus.
In dominicis verò vel inferioribus diebus ſo-
lùm piſcari licet vrgenti de cauſa, adhibita ta-
men licentia, & pauperibus portione facta. Ita
ſtatuit Alexan. III. in cap. licet. de ferijs, quam cō
ſtitutionē declarat Syluester Prierius in ſua ſum-
ma, in verbo piſcatio.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdotem non poſſe reuelare confeſſionem ſacramentalem.*
2 *Confeßionem detegens ius naturale lædit.*
3 *Sacerdos detegens confeßionem ſacramentalem deponitur.*
4 *Sacerdotem confeſſionem reuelantem in arctum monaſterium detrudi.*
5 *Peregrinatio ob delictum in clerico ignominioſa.*
6 *Sacerdos reuelans confeſſionem integrè auditam conceſſa abſolutione confeſſo pæna ordinaria punitur.*
7 *Iudicis arbitrio punitur ſacerdos reuelans confeßionē à ſe non integrè auditam.*
8 *Iudicis arbitrio punitur confeſſor reuelans confeſſionem, aſſerendo ſe de confeſsi licentia facere.*
9 *Confeſſionem audiens tanquàm interpres confeſſi eam non debet reuelare.*
10 *Confeſſor licitè aliquando confeſſionem detegit.*

## CASVS CCCCXIIII.

### CONFESSIONEM SACRAMENTALEM detegens qua pœna feriendus ſit.

RECTE ac ſanctè à ſummis Pon
tificibus conſtitutum eſt: non li
1 cere † ſacerdoti ſecretā, atque ſa
cramentalem confeſſionē reuela
re, cap. ſacerdos. de pœnit. diſtin.
6. & cap. omnis vtriuſq; de pœ-
nit. & remiſſ. fuit hoc maximè neceſſarium: verè
enim pauci ſaluti animæ ſuæ conſulerent, ſi pro
pria errata detegi poſſe ſcirent. At cum non ho
mini, ſed Deo confiteri ſe ſciant, arbitrantur,
creduntque illa fore ſecreta. Quæ ſanè ſecreta ſi
violat ſacerdos † ius naturale ſe violare ſciat.
2 Iubet enim ius naturale, ſecreta ab eo, cui man
data ſunt, ſeruari oportere, iuxtà illud Prouer.
cap. 11. relatum in cap. qui ambulat, 5. quæſt. 5.
Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana, qui
autem fidelis eſt, ſeruat amici commiſſum. Iubet
& naturæ lex, non eſſe aduerſus alterum facien-
dum, quod contra ſe fieri non placeret, cap. 1. di-
ſtinct. 1. Et habetur Matthæi c. 7. & l. 1. in princ.
vbi Docto. ff. quod quiſque iuris. Atqui is qui
alteri ſecreta mandat, nil aliud cupit, quàm quòd
illud non reuelari atque detegi, debet ergo & ip-
ſe idem ſeruare. Hinc rectè ſcripſit Scotus in 4.
ſenten. diſt. 21. & cum eo Clauaſius in ſumma
in verbo Confeſsio. l'vltimo. nume. 2. ſigillum
confeſsionis eſſe de iure naturæ. Quod autem ti
more pœnæ, cum amore id facere negligat, ſacer
dos præſtare hoc debeat; ſancitum eſt à Grego-
rio in eo cap. ſi ſacerdos. de pœniten. diſtinct. 6.
ſacerdotem reuelantem hanc confeſsionem ſa-
3 cramentalem fore deponendum, & illi præcipiē
dum, vt peregrinetur, dum in humanis erit. Inno
centius Tertius addidit in cap. omnis. de pœni.
& remiſſ. † ſacerdotem ita ab officio depoſi-
4 tum eſſe in arctum monaſterium detrudendum
atque cuſtodiendum, quæ ſanè pœna loco pere-
grinationis indicta fuit. Quam pœnæ mutatio-
5 nem factam fuiſſe opinor, quòd † peregrina-
tio illa non ſolùm ipſi ſacerdoti, ſed & toti clero
ignominioſa erat. cap. diaconi, 93. diſtinct. & an-
notarunt Calder. conſi. 1. de vita & honeſt. cleri.
& Nauarrus in d. cap. ſi ſacerdos. ad finem. de pœ
nit. diſtinct. 6. Dubitari tamen contingit, an hæc
pœna ſit communis omnibus, quibus non eſt
permiſſum reuelare hanc confeſsionem? Ego
ſoleo diſtinguere atque cōſtituere aliquot caſus.
6 Primus eſt, cùm ipſemet † ſacerdos, qui hanc
ſacram

ſacram confeſſionem integrè audiuit eam reue-
lat, conceſſa iam confeſſo abſolutione, tunc is pu
nitur ea pœna ordinaria d.c. ſi ſacerdos. & d. c.
omnis. & ibidem tradunt omnes.

Secundus eſt caſus, cùm ſacerdos perfectè nō
audiuit confeſsionem; ſed dimiſſit peccatorem
ob id fortè, quòd eum vti impœnitentem, abſol
uere noluit, vel non potuit. Nam etſi hoc caſu
confeſsionem eorum, quæ ſibi ſunt dicta detege
re non poſsit, vt tradit diuus Antoninus in ſua
ſumma, parte tertia, titul. 17. cap. 22 §. 1. poſt Pe-
7 trum Paludanum: attamen ſi detegit † non pu-
nitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria iudici
arbitraria, ita Bernardus Diaz in practica cano-
nica criminali c. 102. nu. 4. in fi.

Tertius eſt caſus, cùm ſacerdos audita confeſ-
ſione & conceſſa abſolutione eam reuelat, aſſe-
rens ſe id facere ex licentia confeſſi: vel ſe hoc
audiuiſſe alia via, quàm illa confeſsionis. Nam, &
ſi duobus his caſibus illi adhibenda nō ſit fides,
quemadmodum annotarunt Lapus alleg. 94.
Quidam presbyter. colum. 2. & Abbas in d. cap.
omnis, Card de Turre Cremata in d. cap. ſacer-
dos. nume. 4. attamen non punitur pœna ordina-
8 ria, † ſed arbitraria. Ita Abbas in d. cap. omnis,
Barba. conſi. 70. colum. 7. lib. 2. Angelus Claua-
ſius in verbo confeſſio. l'vltimo. nume. 21. & Syl
ueſter in verbo confeſsio. il 3. nume. 4. & Diaz
d. cap. 102. nume. 5. Nauarrus in d. cap. ſacerdos.
nume. 163.

9 Quartus eſt caſus, cum † quis alterius con-
feſsionem ſacramentalem interpretis loco audi-
uit. Hinc enim confeſsionem illam reuelare nō
debet, ita D. Thomas & Paludanus in 4. ſenten.
diſtinct. 21. Nauarrus d. cap. ſacerdos. nume. 42.
de pœnit. diſtinct. 6. & idem in Manuali cōfeſſo-
ris cap. 8. nume. 7. & Diaz. d. cap. 102. nume. 4.
Qui idem ſcribunt de quouis alio, qui vel caſu,
vel data opera hanc confeſsionem audiuit. Si er-
go iſti reuelant hanc confeſsionem non pœna or
dinaria, ſed iudici arbitraria puniendi ſunt. ita
poſt Hoſtien. & Collectarium in d. cap. omnis, de
pœniten. & remiſſio. affirmauit Nauarrus in d.
cap. ſacerdos, nume. 42. nec aliter ſentit Diaz d.
cap. 102. nume. 4. ceſſant hæ pœnæ illis caſibus,
10 quibus licitè poſſunt ſacerdos & alij, qui † con-
feſsionem audiuerunt, detegere. Sunt plures ca
ſus, quibus id facere licet, quemadmodum id re
lati Doctores ſcribunt, præſertim Clauaſius in
d. verbo confeſsio. l'vltimo, num. 7. & Sylueſter
in verbo confeſsio. il 3. q. 5.

## *SVMMARIVM.*

1 *Depoſitio clerici à beneficio quid.*
2 *Depoſitionem à degradatione differre.*
3 *Degradatio quid.*
4 *Degradatio duplex.*
5 *Degradatio verbalis quæ.*
6 *Degradationem verbalem non priuare à priuilegio clericali.*
7 *Degradationem verbalem eſſe idem cum depoſitione.*
8 *Degradationis verbalis forma.*
9 *Degradationem verbalem fieri ſolùm in caſibus à lege expreſſis.*
10 *Iudicis arbitrio relinqui, an clerici minores ob patratum ſcelus debeant degradari.*
11 *Degradatum verbaliter viuere debere ſecundùm regulam clericorum.*
12 *Degradatus verbaliter priuilegium clericale non perdit.*
13 *Degradationem verbalem non requirere conſenſum prælatorum.*
14 *Degradatio verbalis præparatoria ad pœnam quando fiat.*
15 *Degradatio verbalis præparatoria ad pœnam priuat degradatum ab omni priuilegio clericali.*
16 *Degradatio verbalis ad pœnam præparatoria requirit conſenſum Epiſcoporum, vel prælatorum.*
17 *Concilium Tridentinum de degradatione clericorum declaratur.*
18 *Degradatio verbalis eſt illa, quæ fieri debet clerico in monaſterium deinde claudendo.*
19 *Clericus degradatus, & in monaſterium clauſus ibi debet eſſe perpetuò.*
20 *Iudicis arbitrio relinquitur, quod tempus dicatur perpetuum, quo clericus degradatus eſſe debet in monaſterio.*
21 *Degradatio realis quę.*
22 *Hæreticus relapſus realiter degradatur.*
23 *Clericus ſalſificans literas Apoſtolicas realiter degradatur.*
24 *Degradatio realis eſt exequutio verbalis.*
25 *Degradationem realem ſolus Epiſcopus facit.*
26 *Cap. degradatio. §. actualis. de pœnis, in 6. declaratur.*
27 *Degradatio actualis ficta quæ.*
28 *Clericus aſſaſinium mandans cenſetur degradatus actualiter fictè.*
29 *Clericus de facto, vel homicidio conuictus, dicitur fictè degradatus.*

## CASVS CCCCXV.

### DEPOSITIO ET CLERICI DEgradatio, quas Latini exauthorationes rectè appellant, quando, & quomodo fieri ſoleāt: & de multiplici earum differentia & effectu.

CVM ſuperiore caſu ſcripſerim,
ſacerdotes ob commiſſum cri-
men interdum deponi, & in ar-
ctum carcerem detrudi, ſubij-
cere volui hunc caſum, quo in-
telligat lector beneuolus, quæ
dicatur hæc depoſitio, & quandiu is in carce-
1 re claudi debeat. Eſt itaque † depoſitio à digni-
tatibus, & honoribus motio. capitulo noui-
mus. de verbor. ſignifi. & cap. 2. de pœnis, in 6.
& declarat Specul. in titul. de accuſat. titul. 2.
verſic.



2 verſi. vel dici poteſt. Et differt † depoſitio à de
3 gradatione. Eſt enim † degradatio ordinum pri-
uatio, quod præcitatis iuribus comprobatur.
4 Degradatio † autem duplex eſt, verbalis, & actua
lis. Verbalis degradatio eſt, quæ verbo fit. Et
hæc verbalis degradatio aliquando eſt vt termi-
nus pœnæ, aliquando vt præambula ad degra-
5 dationem actualem. Eſt enim verbalis † degra-
datio vt terminus pœnæ, quando iudex ipſe ec-
cleſiaſticus non vult progredi ad actualem de-
gradationem, ſed hac verbali contentus eſt. De
qua quidem loquitur Bald. in l. officiales. C. de
Epiſcop. & cler. Et hæc degradatio ſumitur pro
ipſa depoſitione, ſeu priuatione. l. iubemus. §.
œconomus. C. de ſacroſanct. eccleſ. & cap. tuæ,
de pœnis, quo loci Abbas ſcribit, textum illū lo-
6 qui de † degradatione verbali, quæ non priuat
ab omni priuilegio: atque ita non tollit priuile
gium fori, niſi ſequatur incorrigibilitas. c. dictū
diſtinct. 80. c. cum non ab homine, de iudicijs.
& cap. ad audientiam. de crimine falſi: & ſequi-
tur Balneoreg. in iudiciali inquiſitorū, in verbo
7 degradatio. nu. 4 Et † degradationem hanc verba
lem eſſe idem quod depoſitionem, ſcripſerunt
etiam Abb. in cap. ad abolendam. col. penul. de
hęret. in cap. non poteſt. col. 2. de re iud. & in c.
nouimus. de verbo. ſignifi. Decius in cap. at ſi cle
rici. in prin. col. pen. de iudicijs, & Arnaldus Al-
bert. in cap. quoniam. q. 14. nume. 3. de hæret. in
6. Et hæc degradatio fit verbo tantùm, vt ait Spe
cul. in titu. de accuſa. §. 1. verſ. & nota quòd quan
8 do, qui in verſ. item quæritur, ſcribit, hanc † eſſe
formam. Et quia nouimus te commiſiſſe tale
crimen huius degradationis dignum, ideo ſen-
tentialiter dicimus, te eſſe deponendum, prout
te deponimus. Et hæc formula probatur in cap.
accedens, 50. diſtinct. & in cap. veritatis, de dolo
9 & contuma. † Degradatio hæc non fit, niſi in ca-
ſibus à lege expreſsis. Ita ſcribunt Aret. in cap.
cum non ab homine, col. 9. de iudicijs. & ibi De
cius nume. 27. aſſerit, eſſe communem opinio-
nem. Idem affirmarunt Arnaldus Albertinus in
d. cap. quoniam. q. 11. nume. 51. de hæret. in 6. &
Bernardus Diaz in practica Canonica crimina-
li. cap. 90. num. 8. qui tamen exiſtimauit quò
10 ad clericos minores relinqui † iudicis arbitrio.
an degradari debeant ob perpetratum ſcœlus,
pro quo expreſsim à lege indicta non eſt hæc de
11 gradationis pœna. Hic † degradatus verbali-
ter uiuere debet ſecundum regulam clericorum,
cum & clerici nomen retineat. Ita declarandus
eſt Cardinalis de Turre Cremata in cap. dictum
eſt, 81. diſtinct. vt declarat Albertinus in d. cap.
quoniam. infirm. nu. 23. de hæret. in 6. Nō enim
12 ita † degradatus deſtituitur omni ordine & pri
uilegio clericali, vt ſcribit idem Albertinus in d.
13 cap. quoniam. q. 14. nume. 5. in fine. Et hęc † de
gradatio verbalis non requirit conſenſum alio-
rum prælatorum. Ita Albertinus in d. quæſtio.
14 nume. 6. verſi. quod non requiritur, poſt Ab-
batem in cap. non poteſt, de ſenten. & re iud.
14 † Degradatio verò verbalis, quæ eſt præparato-
ria ad pœnam, fit quando iudex vult procedere
ad degradationem actualem, quia quidem actua
li facta relinquit degradatum iudici ſeculari pu-
15 niendum. Et hæc deſtituit † degradatum ab
omni officio, & priuilegio clericali, cap. degra-
datio, in prin. de pœnis. & poſt Baldum in d. l.
Officiales. C. de Epiſco. & cler. ſcribit Albertinus
in d. q. 14 num. 5. Balneoregienſis in iudiciali in
quiſitorum, in verbo degradatio. nu. 1. Et in hac
16 degradatione adhibetur conſenſus prælatorū
in crimine hæreſis, ex d. cap. quoniam, de hæret.
17 in 6. Et † in alijs criminibus conſenſus Epiſco-
porum d. c. degradatio. de pœnis. Eſt autem hic
annotandum, quod quando Canones ſtatuunt
18 † clericum eſſe degradandum & in monaſteriū
detrudendum, intelligunt de verbali degrada-
tione, quæ fit in pœnam, & quam depoſitionem
ſuprà appellauimus. Ita declarat Abbas in cap.
at ſi clerici, in prin. col. 3. de iudicijs, quem ſecu-
tus eſt Diaz in dicta practica criminali. cap. 132.
poſt Felinum in cap. qualiter, il 2. in fine de accu-
ſa. idem ſcripſit Balneoregien. in iudiciali inqui-
ſitorum, in verbo degradatio. num. 3. Cum au-
19 tē clericus ita † degradatus monaſterio includi-
tur, in eo permanere debet perpetuo. Hoc autem
20 perpetuum † iudicis arbitrio intelligitur. Ita
declarat Turre cremata in cap. dictum eſt, num.
21 6. diſtinct. 81. poſt Gemin. & Archid. ibidē † De
gradatio realis eſt, quæ re ipſa fit ab homine in
clericum præſentem abſque alia monitione &
corrigibilitate, ſicuti † in hæretico pertinace,
22 & negatiuo, vel relapſo fit. cap. ad abolendam,
& cap. excommunicamus. de hæret. in cap. ſuper
eo. de hæret. in 6. Hæc etiam † degradatio fit in
23 clerico, qui literas apoſtolicas falſificauit, cap. ad
falſariorum, de crimine falſi. Adhibetur etiā hęc
degradatio contra conſpirantem in clericum,
cap. ſi quis ſacerdotū. 11. q. 3. Et hæc † degrada
24 tio dicitur quædam executio illius verbalis de-
gradationis. Nam primò clericus degradatur
verbis, deinde facto, quòd non aliud eſt dicere,
quàm vti degradatione præparatoria, & poſtea
actuali. Ita Hoſtien. & Butr. in cap. 1. de oblig.
ad ratiocin. & Henricus Boic. in cap. nouimus
de verbo. ſigni. Et de hac degradatione loquun-
tur cap. Epiſcopus. 11. q. 3. & cap. degradatio, de
pœnis in 6. Huius degradationis formam recen
ſent Specul. in tit. de accuſa. §. ſecundo loco. ver.
& nota. Bertachinus in tract. de Epiſcopo lib. 4.
parte tertia, & Albertinus in d. cap. quoniam. q.
14. nume. 8. de hæret. in 6. Quæ ſanè forma de-
ſumpta eſt ex cap. degradatio. §. cleric. tit. de pœ
nis in 6. Et hanc actualem † degradationem fa-
25 cit ſolus Epiſcopus & non plures, cap. degrada-
tio. §. actualis verò, de pœnis in 6. & ſcribit Al-
bertinus in d. q 14. num. 8. in fine, Quod ego in-
telligo, quò ad ipſum actum degradandi: ipſe. n.
ſolus Epiſcopus admonet manum in capite, ma
nibus & veſtibus degradandi. Ita enim de ſo-
26 lo Epiſcopo exequente loquitur † tex. dicto cap.
degradatio. §. actualis, cum §. ſeq. requiritur tamē
pręſentia aliorum Epiſcoporum, vel ſaltem
Abbatum.

Abbatum aut Prælatorum, ſicuti hodie ſancitũ
eſt à ſacroſancto Concilio Tridentino Seſſione
decimatertia. Decretum de reformatione cap. 4.
27 Hæc † actualis degradatio aliquando fictè fit à
lege, vt in cap. 1. de homicid. in 6. quo ſancitum
28 eſt clericum mãdantẽ † aſſaſſinium fieri ipſo iu
re degradatum cenſeri. Ita pariter fictè degrada-
29 tus à lege habetur is clericus, † qui conuictus
vel de furto, vel de homicidio, vel periurio, vel
alio ſimili graui delicto depoſitus eſt ab officio:
&, ſi incorrigibilis erit, excommunicatur, & cre-
ſcente contumatia anathematizatur, & ſi poſtea
in profundum malorum venerit: cum eccleſia
non habeat amplius quod agat; à ſeculari iudice
damnatur. cap. cum non ab homine, de iudicijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicationis pœna grauis.*
2 *Excommunicationem à ſocietate diuina & humana excludere.*
3 *Excommunicatus perſeuerans in ea per annum, qua pœna puniendus.*
4 *Iudicis arbitrio puniri perſeuerans in excommunicatione per annum.*
5 *Perſeuerantia in excommunicatione per annum quid operetur.*
6 *Hæreſis ſuſpectus & excommunicatus ſi intra annum non comparet, damnandus eſt vt hæreticus, & conſequenter beneficijs priuatus eſt, ſi eſt clericus beneficiatus.*
7 *Clericus ob periurium excommunicatus ſi per annum in ea perſeuerat, non cenſetur ipſo iure beneficijs priuatus.*
8 *Sententia declaratoria ſolemni ordine ferri debet.*
9 *Clericus venator iudicis arbitrio punitur.*
10 *Clericus ob venationem excommunicatus, ſi in ea per annum perſeuerat iudicis arbitrio punitur.*
11 *Perſeuerans in excommunicatione per annum cenſetur confeſſus & conuictus de eo crimine, pro quo fuit excommunicatus.*
12 *Pœna duplici nemo puniri debet.*
13 *Contumacia ſola non ſufficit ad condemnationem.*
14 *Præſumptio vehemens ad condemnationem ſufficit.*
15 *Contumacia grauis operatur iuxta qualitatem delicti, ob quod lata eſt excommunicatio.*
16 *Excommunicatio profertur ob delictum principale, nõ ob contumaciam.*
17 *Cap. rurſus, 11. q. 3. declaratur.*
18 *Cap. cum contumacia. de hæret. in ſexto declaratur.*
19 *Dictio, maximè, eſt implicatiua.*
20 *L. 2. C. de requirendis reis declaratur.*
21 *Deponitur clericus ob graue delictum.*
22 *Excommunicationem leui de cauſa non eſſe proferendam.*
23 *Contemptus graue crimen infert.*
24 *Peccatum veniale effici mortale ob complacentiam.*
25 *Peccatum veniale effici mortale ob conſuetudinem.*
26 *Contemptus efficit, vt non obſeruans præcepta conſultiua & perfectionis peccet.*
27 *Contemptus duplex.*
28 *Contemnit impropriè qui frequenter in aliquod vitiũ incidit.*
29 *Contemptus poſitiuus quis.*
30 *Contemptor eſt qui non ſequitur eccleſiæ præcepta.*
31 *Cap. vlt. de pœnis declaratur.*
32 *Contumax poſt annum habetur pro confeſſo & conuicto.*
33 *Decretum ſecundum ob contumaciam interponitur.*
34 *Contumacia immodica, priuat contumacem ſuo iure.*
35 *Excommunicatus ob cauſam ciuilem ſi per annum in ea perſeuerat, pro conuicto & confeſſo habetur.*
36 *Ripæ error.*
37 *Excommunicatus perſeuerans per annum in ea excommunicatione non excluditur à probatione ſuæ innocentiæ.*
38 *Bannitus admittitur ad probandum ſuam innocentiam.*
39 *Innocentiæ probatio nunquàm cenſetur excluſa.*
40 *Cap. rurſus 11. q. 3. declaratur.*
41 *Innocentia probari non poteſt, quando ſtatutum procedit vlterius excludendo probationes.*
42 *Innocentiam probare non poteſt contumax ſæpius citatus.*
43 *Excommunicatus ob crimen notorium ſi perſeuerat in excommunicatione deponi poteſt.*
44 *Clericus excommunicatus celebrans ante annum beneficijs priuatur.*
45 *Clericus excommunicatus celebrando efficitur irregularis.*
46 *Iudicis arbitrio punitur excommunicatus perſeuerans per annum.*
47 *Pœna arbitraria contra perſeuerantem in excommunicatione per annum ex auctoris ſententia.*
48 *Excommunicatus perſeuerans in excommunicatione vltra annum beneficijs priuatur.*
49 *Cap. cum bonæ. de æta. & qualita. declaratur.*
50 *Cap. vlt. de pœnis. interpretatio.*
51 *Sententiam ferri non poſſe lite non conteſtata.*
52 *Excommunicatus ob ciuilem cauſam priuatur beneficijs, ſi vltra annum in ea perſeuerat.*
53 *Hæreſis ſuſpectus eſt, qui vltra annum in excommunicatione perſeuerat.*
54 *Concilium Tridentinum Seſſione 25. cap. 3. de reformatione declaratur.*
55 *Annus perfectus intelligitur vt perſeuerans in excommunicatione beneficijs priuetur.*
56 *Excommunicatus perſeuerans in excommunicatione vltra annum an ipſo iure beneficijs priuetur.*

Perti-



57 *Pertinax an ſit verè hæreticus.*
58 *Excommunicatum vltra annum in ea perſeuerantem non eſſe propriè hæreticum.*
59 *Concilium Tridentinum Seſſione 25. ca. 3. in fi. declaratur.*
60 *Excommunicatus ob ſuſpicionem hæreſis ſi in ea excommunicatione perſeuerat pro hæretico habetur.*
61 *Hæreticum beneficijs priuatum cenſeri.*
62 *Declaratoria requiritur contra excommunicatum perſeuerantem in excommunicatione vltra annũ vt declaretur hæreticus.*
63 *Cap. cum ſecundum, de hæret. in 6. declaratur.*
64 *Hæreſis crimen non priuare hæreticum beneficijs ante declaratoriam.*
65 *Tempus quod ſit expectandum à iudice antequàm declaret excommunicatum perſeuerantem vltra annum in excommunicatione eſſe hæreticum.*
66 *Iudicis arbitrio relinquitur tempus quod eſt expectãdum ad declarandum excommunicatum perſeuerantem vltra annum in excommunicatione eſſe lapſum in hæreſim.*
67 *Iudicis arbitrio relinquitur intra quod tempus interponi debeat ſecundum decretum.*
68 *Praxis procedendi contra excommunicatum, qui vltra annum in excommunicatione perſeuerauit.*

## CASVS CCCCXVI.

### EXCOMMVNICATI PERSEVErantis in excommunicatione per annum, & vltra annum pœna: quidque illa perſeuerantia operetur: Et de contemptu poſitiuo, & priuatiuo aliqua; & eius pœna.

SVPERIORE caſu de depo-
ſitione, degradatione egimus,
& aliqua de excommunicatio-
ne attigimus. Hic locus po-
ſtulat vt alia quædam ſubij-
ciamus.
1 Excommunicationis † pœna non modo gra-
uis, ſed & grauiſſima eſt ijs, q de religione bene
2 ſentiunt. Nam † ab eccleſia, cõmunique homi-
num ſocietate excludit atque ſeparat. c. ad men
ſam, 11. q. 3. Sathanæ & angelis eius traditur. ca.
omnis Chriſtianus 11. q. 3. & tanquam mẽbrũ
à corpore abſciſſum abijcitur. c. nihil 11. q. 3.
Cæterũ grauis eſt & egregia Doctorum diſpu-
3 tio, qua pœna † feriendus is ſit, qui per annũ ac
vltrà in excommunicatione perſeuerat. Scio in
4 terdum eſſe ordinariam; interdum † arbitra-
riam; quemadmodum ſcitè ſenſit Abbas in c.
1. nume. 25. de iud. Cuius quidem traditionem
& doctrinam (quidquid ibidem Decius in ſecũ
da lectura nume. 19. Ripa nume. 77. & Alciat.
nu. 34. cẽſeant) ego ita declarare atque interpre
tari ſoleo. Tres caſus, mea quidem opinione, di
ſtinguendi atque conſtituendi ſunt.
Primus eſt, cùm ſolùm quæritur, quid opere
5 tur † perſeuerantia in excommunicatione per
annum in ea cauſa, & delicto, ob quod lata eſt
excommunicatio. Quo ſanè in caſu vnà cum
Abbate in d. cap. 1. num. 25. ſtatuo; operari
hunc ſolùm effectum & pœnam, vt is excom-
municatus habeatur pro confeſſo & cõuicto de
eo delicto & cauſa, ob quæ fuit excõmunicatus:
nec nouam infert pœnam. Eſt ergo lapſus anni
loco ſolius probationis, & deinde ſẽtentiæ quò
ad illud crimen: facitque perinde ac ſi is excom
municatus ore ſuo fuiſſet delictum confeſſus:
& lata eſſet à iudice ſentẽtia. Quocirca, ſi illud
delictum, ob quod lata eſt excommunicatio, ita
graue eſt, vt is delinquens priuari, & deponi
poſſit, debeat à beneficijs, vel ſententia decla-
ratoria tantùm, vel diffinitiua, priuandus & de-
ponendus eſt. Si verò illud delictum non eſt
ita graue, vt priuationis pœnam vel depoſitio-
nis non inferat, non erit is deponendus, vel
priuandus: ſed pœna arbitraria indicenda, ſi
ordinaria deficit. De ſingulis ita adferri exem-
pla poſſunt.
6 Primum, ſi † clericus in prauam hæreſim la-
pſus credatur, & de crimine hoc inquiratur, ſit
iſte contumax, & ob id excõmunicetur: per an-
num hic in excommunicatione perſeueret: Po
terit iudex pronunciare, ſeu declarare illũ eſſe
hæreticum, & per conſequens eſſe ipſo iure illis
beneficijs priuatum. eã enim pœnam infert lex
ipſo iure contra hæreticum, cap. cum ſecũdùm
in fine de hære. in ſexto, & infrà copioſè decla
rabimus. Quam ſanè aſſertionem probat ca.
cum contumacia, vbi gloſſa de hæret. in ſexto
capella Toloſa. q. 366. Rip. in d. c. 1. nu. 77. ver-
ſi. Secundo reſtringe. de iud. Hac enim declara
tione facta cenſetur iſte verè & propriè hæreti-
cus. ita Francus in d. c. cum contumacia, in 2.
nota. & infrà explicabimus. Secundũ adferri
7 poteſt exemplũ ſecundi caſus: vt ſi † clericus ob
crimẽ periurij, quod ei impingitur, excõmuni-
catus fuit. Non enim crimen hoc infert benefi
cij priuationem ipſo iure, ſed mediante ſenten
tia. ita ſcribit poſt alios Ripa in c. ex parte, num.
10. de reſcript. & probaui ſupra in caſu 319. nu.
5. Qui ergo hanc ob cauſam fuit excommunica
tus, ſi in ea per annum perſeuerat, habetur vt
confeſſus & conuictus de eo crimine periurij,
ita quod iudex, facta declaratione contumaciæ
atque ita annalis perſeuerantiæ, diffinitiuè pro
nũciabit, illum periurum & dignum qui benefi
cijs priuetur: atque ita ſua ſententia priuabit.
Nec ſolemnitas, ordove iudiciarius ſeruatur,
dũ illa declaratoria fertur. Si quidẽ ſufficit ita
8 cum † ſententia diffinitiua pronunciare, quod
annotarunt Bartol. in l. eius qui delatorẽ, 2. no-
ta, de iure fiſci. Marſil. conſi. 10. num. 20. idẽ in
praxi crimi. §. poſtquam, nu. 37. & in ſing. 285.
Neuiza. conſi. 6. nu. 12. & Soc. iun. conſi. 11. nu.
11. lib. 2. Tertium exemplum tertij caſus eſſe
9 poteſt, vt ſi † clericus & beneficiatus Venator

 eſſet.

eſſet. Nam venari prohibetur. cap. 1. & cap. 2. de
cler. vena. & ſcripſi ſupra in caſu 423. Quo lo-
ci dixi, non eſſe ſtatutam certam pœnam, ſed ar-
bitrio iudicis indici clericis in minoribus exi-
ſtentibus. ita Ioan. Andr. & Ioan. de Ana. in cap.
1. de cler. vena. & Bernardus Diaz in praxi cri-
minali canonica cap. 61. nume. 6. Hoc itaque in
10 caſu, ſi † clericus iſte venator fuit excommuni-
catus & per annum in ea perſeuerauerit, pronũ-
ciabitur incidiſſe in illud crimen venationis:
& pœna arbitrio iudicis indicetur: ita verè cen
ſuit Abb. in d. cap. 1. nume. 25. verſic. aut illud
delictũ, de iud. & ibidẽ Dec. in ſecunda lectura
nume. 19. verſic. & ad hoc ẽt non diſſentit. Eſt er
11 go hęc Abbatis vera ſentẽtia, † perſeuerantiã an
nalem in excommunicatione ſolùm hunc effe
ctum parere, vt is excommunicatus habeatur ꝑ
confeſſo & cõuicto de crimine, cuius cauſa fuit
excommunicatus: atque ita pœnam non au-
get. Hanc Abbatis aſſertionem communem eſſe
cenſuit Ripa in d. c. 1. nume. 77. & illam verè
probarunt Butrius ibidem colum. vlt. verſic. pu
to pro concordia. Auffrerius ad capellam Tolo-
ſa. q. 366. & Didacus in cap. alma mater, parte
1. §. 7. nume. 10. de ſenten. excomm. qui eiuſdem
opinionis recenſet Io. Lupi. in c. per veſtras. §.
18. nu. 24. de dona. inter virum & vxorem. Ad-
do Paulũ Gilandũ in tract. de hæret. q. 8. in fi.
Hęc Abbatis doctrina habet duo capita. Primũ
affirmatiuum, quòd hic perſeuerans habeatur
pro confeſſo & cõuicto. Secundũ negatiuũ, ꝙ
hic perſeuerans non puniatur alia pœna, quàm
illa emerita ob crimen, cuius cauſa fuit excom
municatus. Quæ ſanè duo capita ſub vno claudi
poſſunt; ſi ita taxatiuè pronunciamus. Perſeue-
rantem in excommunicatione ſolùm puniri ea
pœna, vt habeatur pro confeſſo & conuicto de
crimine, ob quod excommunicatus fuit. Secun-
di capitis (vt ab eo incipiam) ratio illa eſt, quòd
12 nemo debet duplici † pœna affici. cap. atſi cle-
rici. in fin. de iud. & ibi gloſſa in verbo, duplici.
Nec pœna pœnam parit. cap. quia diuerſitatem.
de conceſſione prębendæ, gloſſa & Doct. in cap.
imputari. de regulis iuris in ſexto. Duplici. n.
pœna hic excommunicatus puniretur: primò,
quia haberetur reſpectus primi delicti pro con-
feſſo & conuicto: id quod pęnam non leuem in-
fert. Secundò, quia noua pœna eſſet, ſi priuare-
tur beneficio pro eo crimine, quod, ſi verè eſſet
confeſſus, priuationis pœnam non inferret. Et
13 quamquam ſola † contumacia non ſufficiat
ad cõdemnationem, capitulo nullus, de pręſum
ptionibus. Attamẽ (inquit Abbas in dicto capi
tulo primo, nume. 27. de iudicijs) contumacia
cum perſeuerantia in excommunicatione ſuffi
14 cit: quia † vehemens efficitur præſumptio, quę
deinde ad cõdemnationem ſufficit. cap. afferte.
de præſumpt. & in ſpecie ſcribunt Ancharanus
& Francus in capitulo cum contumacia, de hæ
ret. in ſexto. Quocirca malè Decius in dicto
capitulo primo, nume. 19. in ſecunda lectura, de
iud. & malè cum eo Ioan. de Selua in tract. de
beneficio, parte tertia quæſtione quarta nu. 53.
reprehendunt Abbatem; ob id quòd non ſuffi-
ciat ſola contumacia, vt priuetur contumax iu
re ſuo. ex l. ſi ideo. ff. de euictio. Non enim Ab
bas hoc negat, immo expreſſim fatetur: ſed in
quit, confeſſionem tacitam & per conſequens
priuationem inferri ex illa contumacia cũ per
ſeuerantia: quæ quidem cum magna ſit, hunc ef
fectũ parit; quod & ipſemet Dec. in l. 2. nume.
31. C. de edendo ſenſit. Hoc itaq; caſu operatur
15 hunc effectum † contumacia hæc grauis iuxtà
qualitatem criminis, ob quod lata eſt excommu
nicatio, in qua quidem conſideratur crimen, vt
cauſa mediata, ſed efficiens: & cõtumacia, vt im
mediata tanquã inſtrumẽtum. Non enim ob ſo
15 lam † contumaciam, ſed propriè ob ipſum cri-
men fertur excommunicatio. vt declarant Ar-
chidiac. & Ioan. de Turre crema. in cap. ſi epiſ-
copi, 11. q. 3. & ſimile quoddam ſcripſi ſuprà in
caſu 287. nume. 26.

Primum autem caput aſſertionis Abbatis ſa-
tis probatur in c. rurſus. & c. quicũque, 11. q. 3.
& in ca. cum cõtumacia. de hæret. in ſexto. Nec
probo, quod ſcribunt Barba. & Ripa in d. cap.
1. de iudicijs. ille nume. 134. verſic. ſed vnũ. iſte
17 nume. 77. quòd † d. cap. rurſus, id factum eſſe,
quia is excommunicatus defecerat in purgatio
ne canonica. Nõ inquam hoc probo, cum is tex
tus in hoc non conſtituat fundamentum. Vl-
tima enim verba illa ſunt, quæ affirmant, hunc
haberi pro confeſſo, dum ibi ſcriptum eſt, excõ
municatum anno elapſo amplius ſuper eo cri-
mine non eſſe audiendum. Et illa prima ver-
ba, confeſſis & conuictis, non ſunt prolata rõne
& cã illius excommunicationis: ſed alia de cã,
vt cum alijs probationibus & medijs accuſati
ita ſunt habiti, quod apertè ſignificant verba d.
cõcilij Chartaginenſis V. paulo ante d. c. rurſus
(quod illius cõtinuatiuũ eſt) relata. Et illud ca-
put Concilij poſitũ ante d. c. rurſus, eſt relatũ
in c. cõfirmãdũ, 50. diſt. Prætereà nec verũ eſt,
quod inquit Barb. in d. c. 1. nume. 134. in fi. d.
c. rurſus, probare cõtrariũ: quod immo omni-
nò priuatur iure ſuo ille excõmunicatus: quia
id intelligit poſt annũ, vt infra ſuo loco decla-
rabimus. Non ẽt placet, quod præcitato loco
18 ſcribit Ripa, illud † c. cum cõtumacia, loqui in
crimine hæreſis: quod ſanè crimen, vt eſt om-
nium grauiſſimũ, ita quoque reddit cõtumaciã
efficaciorem. Nã, ex quo fidei cõtemptũ arguit
c. vl. de pœ. directò reſpicit hæreſim: ꝙ in alijs
criminibus nõ cõtingit. Non ergo ab illo argu-
mẽtari ad cętera omnia licet. Nõ inquã hoc pla
cet, ꝗ cũ rõne contumaciæ nulla ſit inter crimina
dña, qđ apertè ſẽſit Abb. in d. c. 1. nu. 26. nec ali
ter ſẽſit Selua. d. q. 4. nu. 53. ad fin. Et ꝙ dr̃ in eo
crimine hęreſis cõtumaciã inferre cõtẽptũ fi-
dei, falſum eſt, ſi de eo ſolo intelligit Rip. ſiqui
dẽ cõe hoc & cæteris eſt, vt ſuo loco dicã. & in
ſpecie ita dicto c. cũ contumacia, declarat Cal-
der.



der. conſilio quinto. colum. ſecunda verſiculo,
Nec obſtat quòd appoſitio. titulo de hæreti.
Accedit prætereà, quòd opinationem Ripæ
apertè conuincunt verba d. capituli cum con-
tumacia, ibi, in cauſa præſertim fidei, eſt dictio
præſertim, comparatiua, cum idem ſignificet
quòd dictio maximè, vt declarat Alber. in ſuo
19 dictionario in verbo, præſertim, & dictio † ma
ximè, exprimit caſum minus dubitabilem, in-
cludendo etiam magis dubitabilem: vti decla-
rant Decius in l. qui ſe patris. numero decimo
C. vnde lib. & Soci. iun. conſilio 30. numero
41. libro primo, caſus minus dubitabilis in dict.
capitulo, cum contumacia, eſt ille de hæreſi;
magis dubitabilis eſt alterius criminis. Verà
itaque eſt Abbatis ſententia, quæ his rationibus
& iuris locis defenditur. quocirca malè ab
Abbate & communi opinione diſſentiunt Inno-
cen. Archidia. Collecta. & alij, quos recenſet Ri
pa in dict. capitulo primo, numero. 77. Et illo-
rum opinionem videntur ſecuti ibidem Decius
in ſecunda lectu. numero 19. & Alcia. numero
36. & apertius Selua. d. quæſt. 4. numero. 53. Ho
rum diſſentientium à communi multæ ſunt ra-
tiones, multa fundamẽta, quæ hic referre & pro
mea virili confutare non grauabor.

20 Primò itaque perpendunt † l. ſecundam.
C. de requiren. reis, qua probari opinantur, ſo-
lam annalẽ contumaciam operari hunc effectũ,
vt is contumax habeatur pro confeſſo & conui-
cto, & priuetur iure ſuo, vt priuatur is reus in
caſu d. l. 2. Nec hic ſatisfacit reſponſio Ripæ, d. l.
2. loqui in bannitis, & à bãnitis, ad excõicatos nõ
procedere argumentum, vt ſcribit Abbas in ca-
pitulo paſtoralis. §. verùm, numero 19. de appel-
la. Non inquam ſatisfacit, cum argumentum
procedat vbi par eſt ratio, vt hic contumaciæ
eſt, opinor d. l. ſecundã fore intelligendam, vt il-
la pœna priuationis bonorum inferatur elapſo
anno contumaciæ: cum illud tempus intra an-
num cedat commodo ipſius accuſati, vt ſe de-
fendere poſſit. Et ſimili in caſu ſic intelligo. l.
1. §. pen. C. de aſſertio. tollen. qua de re infra in ſe
cundo caſu.

Secundò ita argumentatur Alciatus in d.
21 capitulo primo, nume. 35. ex graui delicto † cle
ricus debet deponi capitu. inuentum. 16. quæſt.
ſeptima, ſed excommunicatio non fit niſi ex gra-
ui cauſa, capitulo nullus, capitulo nemo. 11. quæ
ſtio. tertia. Ergo excommunicatus clericus de-
bet priuari & deponi. Hæc argumentatio non
22 concludit: ſiquidem non negatur † excommu-
nicationem ferri non debere ex quauis leui
cauſa, dict. capitulo nemo, & ſcribit Ioan. de Tur
re Crema. in capitulo ſi Epiſcopi. 11. quæſtio,
tertia, & hodie diffinitũ fuit in ſacroſancto Con
cilio Tridentino Seſſio. 25. capitulo tertio de re-
forma. Attamen ſtat ſimul, quòd grauis ſit cau
ſa, & non inferat priuationem beneficij. potuit
enim eſſe cauſa ciuilis, ob quam interdum per-
miſſa eſt excommunicatio in contumacem, vt
Tridentinum Concilium permittit, & tamẽ nul-
li dubium, cauſam ciuilem non inferre beneficij
priuationem. Et hęc diſputatio eſt, an ſola perſe-
uerantia ita augeat pœnã, vt excommunicatus ꝑ
dat beneficium, quod ex natura criminis, quo ac
cuſatus fuit, non perdit, & dicimus non augere.

Tertiò, mouetur Alciatus. Perſeuerans in
excommunicatione contemnit claues Petri. cap.
vlt. de pœnis, vbi Abbas in 2. notab. Sed contem
ptus grauiſſimum eſt crimẽ, ergo poteſt is excõi-
23 catus deponi. cõtemptum † graue admodum eſſe
crimen vel ex eo conſtat, quòd veniale peccatũ
mortale reddit, ita Baldus & cæteri in d. cap. vlt.
24 † Nullum. n. peccatum eſt veniale, quod nõ fiat
mortale, dum placet, inquit D. Auguſtin. relatus
in cap. vnum Orarium. §. criminis. 25. diſtinctio.
Et ſcribit Abbas in cap. nam concupiſcentiam, in
25 fine de conſtit. † peccatum veniale ob conſuetu
dinem atque ita ob hunc cõtemptum effici mor-
26 tale. Accedit ꝙ † contemptus facit, vt is qui prę
cepta conſultiuã, vel perfectionis non obſeruat,
mortaliter peccet, etſi citrà contemptum peccare
non dicatur, ſi illa non obſeruat. ita ſcribunt Fe
linus & Decius in c. 1. de conſt. ille nu. 21. iſte in
prima lect. nu. 12. idem Decius in ca. cum nõ ab
hoĩe, nu. 7. de iudicijs, pulchrè Alexan. Alenſis in
4 parte ſuæ ſummæ, q. 104. membro 3. Verùm
reſpondetur, ꝙ iſte perſeuerans per annum in ex
communicatione non dicitur propriè contemne
re, ſed impropriè; qui ſanè contemptus impro-
prius non operatur hanc priuationem & depoſi
17 tionem, id quod ſic clarè demonſtratur † contem
ptus altero de duobus modis cõſideratur, nempe
negatiuè & poſitiuè. Primo, negatiuè is contem
nit, qui de re aliqua curam non habet; nullam ta-
men iniuriam, vel irreuerentiã facit. Hic dicitur
impropriè contemnere, & qui ita contemnit nõ
punitur ex contemptu, ſed ex alio delicto, cuius
cauſa contempſiſſe videtur, vt ſi ira, negligentia,
vel cõcupiſcentia. ita declarant Collect. in ca. 1.
de conſt. Cardinal. in cle. 1. in 3. nota. de ſepult.
Sylueſter in ſua ſumma in verbo Cõtẽptus, nu.
1. & Felinus in c. 2. col. vlt. de maio. & obed. Hoc
modo dicitur contemnere iſte excommunicatus
perſeuerans per annum in excõicatione, ex quo
nil aliud agit contra Eccleſiã, quàm ꝙ negligens
eſt, vt ab eo vinculo diſſoluatur: non. n. negat Ec-
cleſiæ auctoritatem & clauium poteſtatem: ſed
tm̃ negligit propriam ſalutem. Non ergo puniri
iſte debet tanquã contemptor, ſed tanq̄ negligẽs
quæ ſane negligẽtia parit pœnã, vt hẽatur pro cõ
feſſo & conuicto de crimine, cuius cauſa fuit ex-
cõicatus. Nã ſi vt contemptor puniretur, vere pę
na criminis hæreſis eſſet puniendus, cum tñ verũ
non ſit eſſe hæreticum, vt relati ſentiunt. Nec ex
tam longa, annali. ſ. perſeuerantia dici põt contẽ
nere propriè, ſed adhuc impropriè, quẽadmodũ
28 videmus à fortiori, ꝙ is dicitur † cõtemnere im
propriè, qui ex negligẽtia, aliave minus iuſta cã
frequẽter in aliquod vitium, putà in ebrietatẽ in
cidit, etſi frequentia illa ad contemptum volun-
tatem pręparet. ita D. Thomas 2. 2. q. 186. arti-
cul. pen. ad vlt. Syluester in d. verbo. contemptus

B 2 nume.

numero ſecundo in fine. Adria.quodlib.6. artic.
2. &alios recenſet &probat Didacus in capitu-
lo alma mater.parte.prima .§.7. nume. 6. verſic.
tertiò inde infertur. de ſententia excommunica-
tion. Et legem non iudicare contemptum in ca
ſu noſtro , vel ex eo conſtat, quòd ei totum an-
num tribuit,vt abſolutionem conſequatur:& an
no ſtatim elapſo non adhuc habeat eum vt hæ-
reticum,quod tamen infrà declarabimus. Se-
29 cundo modo conſideratur † contemptus poſi-
tiuus, vt cùm iuſſus facere,negat velle parere, aſ
ſerens,ſe non teneri;vel cùm dicit aperte,ſe nihi-
li ea mandata facere : vel etiam quando cum ali-
quo actu irreuerentiæ & iniurioſo negligit.
Nã his modis negare dicitur,& ſe legi ſubijci:&
ob id verè & propriè contemnit.ita declarant Di
uus Thomas,Syluester,Adrianus,Didacus & re-
30 lati omnes. Contemptor † etiam dicitur qui
præcepta Eccleſiæ ſequi non vult.Sed illa tranſ
greditur ſine iuſta cauſa.vt declarat Ioan.de Tur
re cremata. in capitulo nulli,numero quinto,di
ſtinctione nona. Quo ſanè in caſu loquitur illud
31 † capitulũ vltimũ de pœnis , quod recenſet Al-
ciatus. Nam ibi ille excommunicatus perſeuera
uit in excommunicatione per biennium & vltrà
contra præcepta Eccleſiæ : quæ iubet ſub pœna
criminis hæreſis, ne tamdiu eo vinculo liga-
tus viuat. Et appellari poteſt hic contemptus
interpretatiuus,ex declaratione Io. de Turre cre
ma.in c.miſſas.nu.2.de conſecr.diſt.1.Qua de re
infrà ſuo loco.

Quarto argumentatur Alciatus aduerſus Ab
32 batem & cæteros. † Contumax poſt annum
habetur pro confeſſo & conuicto, ſecundum
decretum interponitur . capitulo quoniam fre-
quenter § in alijs. vt lite non conteſta. Quod ſa-
nè ſecundum decretum ſententiæ diffinitiuæ æ-
quiparatur, vt ſcribunt Roma. in rubr. ff. de re
iud. & omnes doct.in l. 1 .ff.de iuriſdictione om-
nium iudicum . Quemadmodum ergo ad
33 † ſecundum decretum peruenitur in pœnam
contumacis: ita etiam dicendum eſt, in pœnam
huius excommunicati perſeuerantis , priuatio-
nem beneficij eſſe indicendam ; vt illa pertinacia
puniatur. Sed verè hæc argumentatio retor-
quetur. Quando aduerſus contumacem deueni-
tur ad ſecundum decretum,is contumax non cõ
demnatur ad plus,quàm petitum eſt ab eo, qui
in poſſeſſionem mittitur. Siquidem ſufficit,
quòd is miſſus in poſſeſſionem conſequatur qđ
petit:atque ita contumacia illius tantùm opera-
tur quantum ipſa ſententia. ita ſcribunt omnes
in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damno infecto, vbi
gloſſa ſecunda ſentit, miſſum effici vel domi-
num,vel poſſeſſorem loco contumacis, & ibi de-
clarat poſt alios Viuatus nume. 256. Quemad-
modum ergo ſecũdum decretum non auget pœ
nam contra contumacem : ita nec perſeuerantia
hæc inferre debet priuationem, quam non in-
fert delictum, ob quod lata eſt excõmunica-
tio. Hac reſponſione diluitur conſideratio Bar-
ba.in d.cap.1.num.134. in fine. de iud. dum ad-
uerſus Abbatis ſententiam adfert doctrinam
Bart.in l. Fulcinius. §. vlt.ff. ex quib.cauſ.in poſ
34 ſeſſ.ea,qui ſcribit † contumacem,ob nimiam cõ
tumaciam,priuari iure,quo regulariter non pri-
uaretur. Nam ibi ſcribit Bartolus, aduerſarium
contumacis etiam ex primo decreto facere fru-
ctus ſuos;quos aliàs non fecit. Diluitur inquam
hæc conſideratio,quia rectè procedit, primum il
lud decretum id operari eo caſu quod ſecũdum:
at ſecundum ſolùm transfert vel fructus,vel do-
minium,quod erat contumacis, in eum qui miſ
ſus eſt in poſſeſſionem: non tamen pœnam (vt di
xi) auget.

Quintò mouetur Alciatus aduerſus Abba-
tem ex cap.quicunque,11. q.3. quo probari ait,
quòd ſi quis in cauſis ciuilibus ſtat per annum
excommunicatus , non eſt illi communican-
dum.Nam, ex quo,ob perſeuerantiam illam, lex
contra eum præſumit,quòd non pœnitebit: vide
tur etiam dicendum, quòd debeat deponi. Ve-
rùm facilè reſpondetur, quòd etſi lex præſumit
contra hunc perſeuerantem in excommunica-
tione : attamen ſola illa præſumptio non opera-
tur, vt deponi poſſit,ſed facit, vt citari debeat ad
ſe purgandum: & tunc ſi de nouo erit contumax
declaratur hæreticus vel ſuſpectus de hæreſi : &
ad depoſitionem deuenitur, quod tamen ſuo
loco infra clarius planum faciam. His con-
ſtat receptam Abbatis opinionem ſatis ſuperque
defendi.

Extenditur hæc recepta & vera ſententia, vt
locum ſibi vindicet etiam in cauſa ciuili. Nam
35 & in ea perſeuerantia hæc † excommunica-
tionis efficit, vt is excommunicatus habeatur
pro confeſſo & conuicto. Hanc opinionem
probauit ſolus Didacus in d. cap. alma mater,
parte prima.§.7.nume.10. de ſenten. excomm.
dum generaliter format concluſionem tam in
criminali,quàm in ciuili cauſa : nulla tamen ra-
tione vtitur ad hanc aſſertionem probandam,
quinimmo huius opinionis permultos recen-
ſet,qui tamen hoc vel non ſcribunt, vel ex dia-
metro contrarium ſcribunt, vt Ripa,quem mox
referam. Ego ea ratione opinor hanc tradi-
tionem veram eſſe, quòd ſi perſeuerãtia hęc ope
ratur in cauſa criminali, quę efficaciores & dilu-
cidiores probationes requirit.l vlt.C.de prob. ſi
inquam operatur, vt is pro confeſſo & conuicto
habeatur, quantò fortius in cauſa ciuili. Quocir
ca malè docuit Rip.in d.c.1.nu.77.verſi.declara
modò de iudicijs. dum ſcripſit, hanc perſeueran
tiam per annum in excommunicatione non ope
36 rari hunc effectum in cauſa ciuili. † Errat Ripa,
& dum ſuę opinionis auctores recuſet gloſſam
in cap. contingit.de dolo & contumacia. Abba
tem in d.cap.1.& Roma. ſing. 303. non aduertit
Ripa, illos loqui de depoſitione & priuationne,
quę fit poſt annum excommunicationis : quam
illi negant fieri poſſe, cùm ob cauſam ciuilem la
ta eſt exõicatio. Quorum quidem opinionem
quia falſam infrà demonſtrabimus; fit vt confir-
mari ex ea poſſit, quod nunc dicimus. Vnus

tantùm



tantùm Francus in cap. cum contumacia. in fin.
de hære. in ſexto., ſenſit idem quod Ripa, &
malè ac ille.

Declaratur primò hic caſus, vt non procedat
37 quo ad probationes, quas is † excommunicatus
deducere poteſt ad probãdam ſuam innocentiã,
ſiquidem hæc perſeuerantia prodeſt accuſatori,
fiſco, vel actori, vt releuetur ab onere probandi
accuſationem, vel actionem à ſe propoſitam. Cu-
ius probationis loco lex ſubrogauit fictam hanc
contumacis & excõmunicati confeſſionem. Qua
re alijs probationibus is ſuam innocentiã pro-
bare poterit. ita declarat Rip. in d. cap. 1. num.
77. verſ. tertiò reſtringe, de iud. & verè ante eum
Butrius ibi in fine ex gloſa in d.c. rurſus, 11. q. 3.
& ſenſit Inno. in cap. cum bonæ, nu. 2. verſ. poſt
talem, de æta. & qual. Quorſum ſententia probat
38 l. 2. C. de requiren. reis. Et idẽ de bannitis, † qui
à ſtatuto habentur tanquam confeſſi & conuicti,
docuit Bal. in l. error, num. 14. C. de iuris, & fa-
cti igno. & l. ita demum, num. 6. C. de procura.
Nam (ait ille) ficta confeſſio probationem in con
trarium admittit. Quod multis comprobat Ne-
uiz. conſi. 60. nume. 2. 3. 4. Accedit, quòd nun-
39 quam dicitur † excluſa probatio innocentiæ,
etiam ſi lata eſſet ſententia. vt latè ſcribit Dec. in
cap. ex parte, il ſecondo. numero 7. verſ. decimo
tertiò fallit, de offi. deleg. & in cap. quoniam con
tra, nu. 4. de proba. Nec huic declarationi repu-
40 gnant verba † cap. rurſus, 11. q. 3. quæ innuunt,
hunc perſeuerantem nullatenus eſſe audiẽdum,
quæ ſanè verba ita perpendit contra hanc aſſer-
tionem Barb. in d. cap. 1. num. 134. in fi. de iud.
quia ego reſponderem (quidquid cenſeat Ripa
in d.c. 1. nume. 77.) dictum capitulum rurſus, lo-
qui cum is excommunicatus perſeuerans, cui à
lege data eſt facultas probandi ſuam innocen-
tiam, non ſolùm neglexit, atque ita priuatiuè &
impropriè contempſit : ſed poſitiuè & propriè :
vt quia pluries monitus renuit verbis, vel facto
ſuam innocentiam purgare. & ideo mirum non
eſt; ſi lex eum penitus excludit : quòd hic non
contingit. Et huc facit, quod ſcribit Baldus in
d. licta l. error, numero 14. in fine. quòd quan-
41 do † lex vlterius procedit excludendo proba-
tiones, probari quid non poteſt contra fictam il
lam confeſsionem. Ea eſt ratio, quia eo caſu
dicitur ille verè contumax, cui lex non vult ſuc
curri; at hoc in caſu noſtro non dicitur verus
contumax, ſed fictus, cum impedimenta habere
potuerit, quibus detentus accedere ad iudicium
42 non potuit, ſecus in ſæpius † citato, ita ſenſit
Gondiſl. de Villadiego in tract. de hæret. quæ-
ſtione 12. Nam his dicitur contemnere. ita Fe-
linus in capitulo ſecundo, columna vltima, de
maioritate & obedientia. Ioan. And. in cap. gran
di, de ſupplenda negligentia prælatorum. Sylua-
nus in tract. de recognit. feudi q. 87. in fi. & infra
attingam.

Declaratur ſecundò, vt non procedat hæc do-
43 ctorum opinio, cum crimen eſt † notorium &
dignum, ob quod is excommunicatus perſeue-
rans deponi debeat. Nam tunc non expectato an
no habetur pro confeſſo & conuicto, & deponi
poteſt. Ita Butrius in dicto capitulo primo, co-
lumna vltima, verſic. ſi agitur de priuatione. de
iudicijs. & ibidem Alc. num. 34. arg. cap. euiden-
tia. de accuſa.

Declaratur tertiò, vt non procedat hæc ſenten
44 tia, cum hic † excommunicatus ante annum
celebrat. Nam tunc beneficijs priuatur, vlte-
riori tempore non expectato, ita Butrius in di-
cto capitulo primo, de iudicijs. Ea eſt ratio, quia
45 is † excommunicatus irregularis celebrando ef
ficitur. capitulo ſi quis Epiſcopus. 11. q. 3. qui &
ait priuari. capitulo primo, in fi. de ſententia
& re iudicata in ſexto, capitulo primo, capitulo
is cui. de ſententia excommunicatio. in ſexto, ca-
pitulo clerici. capitulo latores. capitulo illud. de
cler. excomm. miniſtr. & ſcribit Didacus in capi-
tulo alma mater. parte prima. §. 6. numero 9. de
ſenten. excom. Quod intelligitur de excommu-
nicatione maiori, ſecus ſi minori. capitulo ſi cele
brat. de cler. excomm. miniſtr. Didacus, vbi ſu-
pra §. 8. nume. 1.

Declaratur quartò, vt non procedat hæc opi-
46 nio quò ad † aliquam pœnam temporalem,
quam huic perſeueranti per annum indici poſſe
ſcribunt Ioan. de Ana. & Felynus in capitulo po-
ſtulaſti. de homicid. & Didacus in dicto capitulo
alma mater. parte prima. §. 7. numero decimo, ad
finem. De quorum ſententia dubito, cum lege
cautum hoc non videatur, iuxta l. at ſi quis. §
diuus. ff. de religioſ. & ſump. fune. Nec Baldus in
l. prima. C. de maleſi & mathema. id ſcribit, ad
quod Ioan. de Ana. & Felynus citant. Ad horũ
tamen perſeuerantium coercendam audaciam &
pertinaciam ſequerer, ſi iudex eſſem, Ioan. de
Ana. & ſequacium auctoritatem. Pœna hæc qua-
lis eſſe debeat ij non diffinierunt, arbitrariam
47 † itaque indicerem.
48 Secũdus eſt huius diſputationis caſus, cũ † ex
communicatus vltra annum in ea excommunica
tione perſeuerat: tunc priuari beneficijs & digni
tate poteſt. Ita apertè ſenſit Abbas in d. c. 1. nu.
25. verſ. fateor tamen, de iudicijs. & ibi Ripa &
Alciatus, ille num. 78. iſte num. 37. Quæ quidem
ſententia probatur in cap. cum bonæ, de ætate &
qual. Nec aduerſatur, quod ſcribit Ripa in d. c.
1. num. 78. ver. retenta concluſione. de iud. quòd
49 ſcilicet loquatur † d.c. cum bonæ, quando Pon-
tifex de plenitudine poteſtatis proceſsit. Non in-
quam aduerſatur; quia nec poteſtatis plenitudo
prȩſumitur; nec in ea fundamentum conſtituit
textus, ſed in ſola perſeuerantia, quæ contẽpto-
rem illum eſſe ſignificat. Præterea, non obſtat cõ
ſideratio Decij, qui in d. c. num. 19. in 2. lectur.
de iudicijs. diſſentiens à communi, inquit d. cap.
cum bonæ. requirere contumaciam & perſeuerã
tiam triennalem : non ergo annalis ſufficit. Acce
dit (inquit Decius) quòd non tantùm ibi conſi-
deratur tempus triennij, ſed etiam contemptus.
Non inquam obſtat hæc conſideratio; quando-
quidem (vt rectè reſpondet Alcia. in d.c.1. num.


37.)

37. ( is tex. cap. cnm bonæ,non ſe fundat ſuper
triennio, ſed ſuper temporis diuturnitate vltrà
annum. Vnde videmus, quòd etiam bienniũ ſuf
50 ficeret. † c. vlt. de pœnis. qui canon & ſi loqua-
tur de laico: attamen idem cenſendum eſt in cle
rico; cum vel nulla in his ſit differentia; vel ſi
eſt, validius ligatur clericus, vt is qui magis pare-
re tenetur. vt ſcribit poſt Hugonem Io. de Turre
Cremata in c. miſſas. num. 2. de conſecrat. diſt. 1.
Nauarrus in c. 1. §. ingratus. nu. 4. de pœniten. di
ſtin. 5. Nec obſtat, quod de contemptu inquit
Decius: quia ille contemptus, quem interpreta-
tiuum eſſe intelligo, non aliũde colligitur, quàm
ex perſeuerantia. Hæc quoque recepta ſententia
probatur in ſimili ex tex. l. 1. §. penul. C. de aſſer
tione tollen. iuxta ſenſum receptum, reiecto illo
Alciati lib. 3. parerg. iuris. cap. 17. qui verè con-
uenire non videtur. Qua de re hic, quod locus
non requirit, non diſputo. Probat & hanc ſenten
tiam l. 2. C. de requiren. reis. Nec multùm vr-
gent rationes & fundamenta, quibus ab hac opi-
nione diſſentit Decius præcitato loco. Nam,
dum primò inquit, pœnam hanc indicendam nõ
eſſe, quia nullo iure indicta reperitur iuxtà d. l. at
ſi quis. §. diuus. ff. de religio. & ſump. funer. errat
Decius, cum verè indicta ſit; vt iam oſtendimus.
Prætereà errat Decius, dum ſecundo loco ait,
51 hanc pœnam iudici non potuiſſe, † cum ſuper
ea cauſa, pro qua lata eſt excommunicatio, non
fuerit lis conteſtata, iuxtà l. ſi ideo. ff. de euictio.
Errat inquam, quia lata eſt illa ſententia excom-
municationis contra contumacem, qui pro præ
ſenti à lege habetur. §. ſi verò neque, in auth. vt
omnes obed. iudicib. & ideò habetur pro affir-
mante ea, quæ ab aduerſario propoſita fuerunt
eſſe vera, atq; ita cõtumacia eſt loco coteſtationis
litis. Abbas in cap. veritatis. nu. 21. de dolo & cõ
tuma. His defenditur recepta doctorum opinio.
Extenditur hæc iuris & interpretum ſenten-
52 tia, vt locum etiam ſibi vindicet, cum † ob cau-
ſam ciuilem lata eſt excommunicatio. Nam cle-
ricus in ea perſeuerans vltra annum priuari be-
neficijs poteſt æquè ac quando ob cauſam cri-
minalem fuiſſet excommunicatus. Hanc opinio
nem, quam veriſſimam eſſe opinior, apertè pro
barunt Francus in cap. cum contumacia, in fine
de hæret. in 6. & Auffrerius ad Capellam Tolo-
ſa q. 366. in fine, ſenſit & Didacus in cap. alma
mater. parte prima. §. 7. num. 10. verſi. 4. conſide
53 randum, de ſenten. excom. qui aſſerunt, hunc † p
ſeuerantem eſſe de hæreſi ſuſpectum, & condem
nari poſſe (vt mox declarabimus) vt ſuſpectũ: à
quo beneficia auferuntur. Huic opinioni ſuf-
fragatur vrgens ratio, quòd anno hoc elapſo non
conſideratur amplius ſola illa cauſa, ob quam
lata eſt excõmunicatio, ſed noua illa, quæ à per-
ſeuerantia & pertinacia, oriens nouum parit deli
ctum, nempe contemptum interpretatiuum cla-
uis Petri: ob quem contemptum infertur pœna
priuationis beneficiorum, vt iam dictum fuit.
Quemadmodum enim ſupra in primo caſu ſo-
lùm conſideramus cauſam, ob quam lata eſt
excommunicatio, vt priuatio inferri, vel non in
ferri poſſit: & perſeuerantiã ſolum cõſideramus,
vt is excommunicatus habeatur pro confeſſo
& conuicto: ita hoc in caſu ſolùm conſideramus
perſeuerantiam & pertinaciam ad pœnam infli-
gendam. Quæ ſanè pertinacia vniformis eſt qua
uis in cauſa, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit. Nam
ſemper & omni in caſu perſeuerando in ea excõ
municatione dicitur contemnere, imò maior ui
detur contemptus huius excommunicati ex cau
ſa ciuili, quàm illius excommunicati ex cã crimi
nali, ex quo pro re leuiori & quæ minus eum re-
tardare debebat vt ad iudicem iret, quã ſit cauſa
ciuilis, ſpreuit claues Petri. Hodie credo hanc cõ
54 trouerſiã eſſe diffinitam ex conſtitutione † Con
cilii Tridentini ſeſſione 25. cap. 3. de reformatio
ne, quo ſancitum eſt, quòd contra quemcunque
excommunicatum, qui per annum in ea inſor-
duerit, procedi poſſit tanquam de hæreſi ſuſpe-
ctum. Intelligo ex illa dictione, quęcunque, Con
cilium comprehendere excommunicatum, vel
ex cauſa criminali, vel ex ciuili. Cum paulò ſu-
prà ſtatuerit Concilium ob vtranque poſſe excõ
55 municari. Et quod ait † Concilium per annum,
intelligo de perfecto. l. vrbana familia. §. perno-
ctare, de verbo. ſigni. & in ſpecie Francus in cap.
cum contumacia, ſecundo nota, de hæret. in 6.
Hinc intelligimus erraſſe Abbatem in d. cap. 1.
nume. 27. in fine de iud. & Ripam ibidem num.
77. quem ſuprà retuli poſt Roma. ſingu. 303. de
Iſoc heri, Angelũ de Clauaſio in ſumma in ver-
bo. excommunicatio. l. vltimo, nume. 17. & alios
plures, quia aſſeruerunt hunc excommunicatum
ex cauſa ciuili & in ea perſeuerantem etiam per
mille annos nõ poſſe priuari ſuis beneficijs. Hoc
auctoritate gloſſæ in cap. contingit. in verbo nõ
poteſt (dum ait d. cap. rurſus, loqui in cauſa cri-
minali, non autem ciuili) de dolo & contum.
ſcribunt; nec non & ea ſola ratione, ꝙ in cã cri-
minali iuſtè hæc priuatio infertur odio crimi-
nis: quod ſanè odium hac in cauſa ciuili ceſſat.
Hæc ratio debilis, immo falſa eſt, cum (vt iam
admonui) hic non amplius conſideretur cauſa,
ob quam lata eſt excommunicatio, ſed nouum
crimen ab illa perſeuerantia & pertinacia pro-
ueniens. Nec illa auctoritas gloſſatoris in d. cap.
contingit, me multùm mouet. Siquidem proba-
bilis eſt non neceſſaria interpretis auctoritas; &
tantum gloſſæ deferendum eſt, quantùm alteri
interpreti, qui vel iure, vel ratione bona
moueatur, vt ſcribunt omnes in l. 1. ff. ſi certum
petatur.
Cæterùm hac in re dubitari ſolet, an hæc
56 † priuatio inferatur ipſo iure, vel per ſenten-
tiam. Hanc dubitationem in ſpecie hac mouet
Alciatus in d. cap. 1. nume. 37. verſic. Sed dubita-
tur. de iud. Ego hic cenſeo duo eſſe conſideranda
57 Primum eſt, an iſte † pertinax ſit verè & pro-
priè hæreticus. Secundum eſt, an vt talis ſit ipſo
iure beneficijs priuatus. Quo ad primum in ea
58 opinione ſum, † hunc perſeuerantem non eſſe
propriè hæreticum: ſed ſuſpectum tantùm de
hereſi.



hæreſi. ita affirmarunt Ioan. Andr. in cap. vlt. de
pœnis, & d. cap. cum contumacia, de hæret. in 6.
& ibidem Francus & cæteri. Calder. in conſil. 5.
titul. de hæret. Felinus in cap. excommunicamus
colum. 2. de hæret. Paulus Girlandus & Gondiſ-
la. in tract. de hæret. ille q. 8. iſte q. 12. Aufrerius
d. q. 166. in fi. Didacus in cap. alma mater. parte
prima §. 7. nume. 10. verſic. quartò conſideran-
59 dum. de ſenten. excomm. Et † hodie diffinitum
eſt conſtitutione Concilij Tridentini d. cap. 3. in
fine. dum ſanciuit, contra hunc pertinacem pro-
cedi poſſe tanquam contra ſuſpectum de hæreſi.
Erit ergo ille citandus, vt ad iudicium veniat, &
de ea ſuſpicione ſe purget. Quare ſi iuſtam excu-
ſationem probabit, non erit vt hæreticus cõdem-
nandus; ſi vero nullam, vel iniuſtam, declarari
poterit clauium contemptor, & per conſequens
hæreticus d. cap. cum contumacia. & ibi gloſſ. de
hæret. Quod dubium non habet in eo, qui ob
60 cauſam ſuſpicionis † hæreſis fuit excommuni-
catus, & in ea perſeuerauit: vt ibi gloſſa ex eo tex:
tu aſſerit. & probat text. authen. Gazaros. C. de
hæret. & Didacus d. §. 7. nume. 11. Et antequàm
declaretur iſte hæreticus pluries admoneri de-
bet, vt reſipiſcat. ita Butrius in d. cap. 1. colum.
vlt. verſi. dummodo citatus. de iudicijs, gl. Fran.
& Anch. in d. cap. cum contumacia. Quo ad ſe-
cundum, facta ſcilicet ea declaratione, hunc eſſe
61 hæreticum: † ſequitur priuatio beneficiorum
ipſo iure, quod ſenſit Ripa in d. cap. 1. nume. 78.
verſic. ſecundò declara, de iud. & probat apertè
ante eum Butrius ibidem, colum. vlt. verſi. & ſic
poſſet, & rectè. Nam ipſo iure hæreticus priua-
tus eſt beneficijs. cap. cum ſecũdum. de hæret. in
ſexto, & cap. vlt. extra eod. titul. Verum tamen
62 requiritur declaratoria, qua † declaretur illum
incidiſſe in hæreſim, & ob id priuatum eſſe bene
63 ficijs. ita clare probat d. † cap. cum ſecundum.
vbi poſtquam dixit Pontifex, quod ipſo iure bo-
na hæretici ſint confiſcata, ſubijcit in hæc verba.
Confiſcationis tamen executio, vel bonorum ip
ſorum occupatio fieri non debet per Principes,
vel alios dominos temporales (iuxtà Gregorij
Papæ prædeceſſeris noſtri, declarationem) ante-
quam per Epiſcopum, vel aliam eccleſiaſticam
perſonam, quæ ſuper hoc habet poteſtatem, ſen
tentia ſuper eo crimine fuerit promulgata. Hæc
ille. Quæ verba vltima, ne præcedentibus repu-
gnent, ſunt interpretanda de ſententia declarato
ria, qua quidem declaratur factum, nempe cri-
men commiſſum, & per conſequens bona eſſe
amiſſa, fiſcoque inferenda. Quemadmodum d.
cap. cum ſecundùm, in ſpecie ita interpretantur:
Iaſ. in l. ſi quis iniquum. §. quod autem, nume. 4.
ff. quod quiſque iuris. Decius in cap. cum ſecun
dum, 2. lect. nume. 8. de iudicijs. & egregiè decla-
rat Crauet. conſi. 239. colum. 2. Et ex theologis
idem egregiè tradunt Syluester in ſua ſumma in
verbo Aſſaſinus. nume. 4. & in verbo. Hæreticus
il primo, nume. 12. & Dominicus Soto lib. 1. de
iuſtitia & iure q. 6. art. 6. concluſ. 3. Atque ita in
telligi & defendi poteſt opinio eorum, qui dixe-
64 runt, † crimen hæreſis non priuare beneficia-
tum ſuo beneficio ante ſententiam; intelligi in-
quam poteſt ante ſententiam declaratoriam.
Qua in opinione fuerunt Innoc. in cap. cum no-
ſtris, de conceſsione præbendę. Compoſtella. in
cap. conſiderauimus. de electio. & Ancha. conſil.
293. num. 4. quos ſecutus eſt Alcia. in d. c. 1. nu.
37. de iud.
Ambigitur quoque, quantum temporis expe-
65 ctare debeat † iudex poſt annum, antequam ad
eam declarationem & priuationẽ deueniat, Ab-
bas in d. cap. 1. nume. 25. verſi. fateor. de iud. vi-
detur ſentire, eſſe per triennium differendum,
dum declarat d. cap. cum bonæ, de ætate & qua-
litate. Verùm non loquitur Abbas taxatiuè, vt
nec taxatiuè loquitur Alciat. ibi nume. 37. quòd
ſit biennium ex cap. vlt. de pœnis. Quocirca ego
66 hoc totum † iudicis arbitrio tribuo: quemad-
67 modum & iudicis arbitrio relinquitur † quan-
tum expectare debeat iudex, vt ſecundum decre-
tum interponat. vti ſcripſi ſupra caſu 6. Iuſtus
68 itaque ac prudens † iudex, elapſo aliquo tem-
pore poſt annum, citari faciet excommunicatũ
hunc, vt compareat ad allegandum, quare non
declarari debeat hæreticus, cum tandiu in ex-
communicatione inſorduerit, ſi hic nullam iu-
ſtam allegauit cauſam, nullumve impedimen-
tum, quo excuſari poſſit: declarabitur hæreticus.
quemadmodum hanc praxim docent Gundisl.
in tract. de hæret. q. 12. in fine. & Aufrerius ad
capellam Toloſa. q. 366. in fi. idem ſenſit Ioan. de
Ana. in cap. excommunicamus. §. qui autem. in
fine de hæret.

*SVMMARIVM.*

1 *Nuptiæ ſecundæ non benedicuntur.*
2 *Concilium Tridentinum Seſsione 24. cap. 1. de nu-
ptijs benedicendis declaratur.*
3 *Nuptiæ ſecundæ cur non benedicantur.*
4 *Nuptiæ ſecundæ à iure canonico non improbari.*
5 *Mulierem duobus & viginti viris nupta.*
6 *Sacramenta non reiterari.*
7 *Matrimonij ſacramentum eſſe reiterabile.*
8 *Iudicis arbitrio punitur ſacerdos, qui benedixit ſe-
cundas nuptias.*
9 *Cap. 1. de ſecund. nup. declaratur.*
10 *Nuptiæ bigami cũ virgine poſſunt impunè benedici.*

## CASVS CCCCXVII.

### NVPTIAS SECVNDAS NON BEnedici, & qua ratione ita ſancitum: & de pœna ſacerdotis eas benedicentis.

EXPLICABIMVS & nunc caſus ali
quot, in quibus clericus ob à ſe admiſ-
ſos errores vel deponitur, vel ab offi-
cio ſuſpenditur. Inter hos enumeratur, cũ ſecun
das

1 [illegible]as nuptias benedixit. Non enim nuptiæ † ſe-
cundæ benedici poſſunt, vel ſolent. cap. 1. de ſe-
cund. nupt. quam conſtitutionem non corrigi
2 opinor à ſacroſancto † Concilio Tridentino
Seſſione 24. cap. 1. Decretis de reformatione ma
trimonij, quo ſimpliciter conſtitutum eſt, nu-
ptias eſſe benedicendas, de primis enim nuptijs,
non autem ſecundis intelligi exiſtimo. Cæterum
3 dubitari ſolet qua † ratione factum ſit, ne nu-
ptiæ hæ ſecundæ benedicantur? Scribunt alioqui
id factum eſſe ad exhortationem continentiæ,
Quam rationem non probo; tum quia cohorta-
tionis huius nullus eſt effectus, poſteaquàm nu
ptiæ ipſæ ſunt contractæ: tum etiam quia ſecun-
4 dæ † nuptiæ iure ipſo Pontificio non impro-
bantur, toto illo titulo extra de ſecundis nuptijs
Immo octauò nubere permiſſium eſt. c. aperiant.
31. quæſt. 1. Et vſo ipſo compertum eſt, mulie-
5 rem † duxiſſe vigeſimum ſecundum virum:
qui quidem vir & ipſe iam viginti vxores ſepe-
lierat, quemadmodum ex diuo Hieronymo lib.
3. epiſtol. tract. 7. Epiſtola 26. recenſet Boerius
q. 186. in fine. Alij ſenſerunt hoc factum fuiſſe,
6 † ne ſacramenta reiterentur. cap. 1. de ſacra. non
reitera. At rationem hanc reprehendit, & rectè
Anch. in cap. 1. de ſecund. nupt. quandoquidem
non eſt hæc benedictio vnum ex illis ſeptem ſa-
cramentis, quorum reiteratio npn conceditur.
Quocirca tertiam rationem adferunt Ancha. Ab
bas & cæteri in d. cap. 1. de ſecundis nuptijs &
cum eis Bernardus Diaz in pract. canonica cri-
minali. cap. 68. nume. 1. ex. text. in cap. vir
7 autem. de ſecund. nupt. † Quia benedictio ſe-
mel habita durat: & qui tranſit ad ſecundas nu-
ptias communicat ſocio, vel ſociæ eam benedi-
ctionem, quam ſemel eſt conſecutus: ſicuti &
aqua benedicta non benedictæ commiſta bene-
dictionem & ei impertitur. cap. quod in dubijs.
de conſecr. eccl. vel alta. Et vir infidelis per
mulierem fidelem ſanctificatur. cap. 1. 28. q.
1. Dubitari autem contingit, qua pœna punien
dus ſit ſacerdos, qui ſecundas has nuptias bene-
dixit. Recepta magis opinio eſt, pœnam eſſe
8 † arbitrariam. Ita poſt Io. Andreæ, Butrium
& Abbas. cenſuit Diaz in d. practica canonica
criminali. capitulo 68. numero 3. Et ſi is tex-
tus in cap. 1. de ſecund. nupt. indicere videatur
pœnam ſuſpenſionis ab officio & beneficio: &
cum teſtimonio literarum proprij Epiſcopi de-
ſtinandus eſt ad ſedem apoſtolicam. Verùm
9 † is text. cap. 1. loqui mihi videtur de ſacerdo-
te, qui benedixit ſecundas nuptias contractas vi
uente prima. Hæ enim omninò prohibitæ ſunt
graui ſub pœna, vt infra ſubijciemus in caſu
420, quare ſacerdos illas benedicens approba-
re diceretur, quod diuinæ & humanæ legi omni
10 nò repugnat. Pœna autem hæc † arbitraria ceſ-
ſat, cum vir bigamus contrahit cum virgine. Nã
nuptiæ hæ poſſunt benedici. Ita ex opinione di-
ui Thomę & Aſtenſis in ſua ſumma docuit Hen
ricus Boic in capitulo vir autem, de ſecundis
nuptijs. Qua de re deliberandum relinquo,
cum rationi iam commemoratę repugnare vi-
deatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus concubinarius ab officio ſuſpenſus*
2 *Clericus concubinarius deponitur.*
3 *Clericum fornicarium ſimpliciter deponi-*
4 *Fornicationem in Epiſcopo eſſe grauiorem, quàm in ſimplici clerico.*
5 *Iudicis arbitrio clericus concubinarius punitur.*
6 *Concubinarijs triginta pœna indictæ ſunt.*
7 *Clerici concubinarij adulterium committere dicuntur.*
8 *Clerici concubinarij ſacrilegium perpetrant.*
9 *Clerici concubinarii ſtuprum dicuntur committere.*
10 *Clerici concubinarii contra naturam peccant.*
11 *Clerici concubinarii quomodo puniendi ex Concilio Tridentino.*
12 *Concubinatum clericorum variis Conciliis damnari.*
13 *Concubinarii laici quomodo puniantur,*
14 *Concubinæ olim permiſſæ.*
15 *Concubinæ in lege antiqua diuina quæ.*
16 *Concubinæ olim de vxoris ratione aliqua habebant.*
17 *Vxores iniuſtæ quæ apud Vlpinianum.*
18 *Concubinæ nomen olim honeſtum.*
19 *Concubinam habere olim permiſſum non habenti vxorem ex iure canonico.*
20 *Ca. his qui, 34. diſt.*
21 *Concubinæ lege ciuili olim permiſſæ.*

## CASVS CCCCXVIII.

### CONCVBINARIORVM POENÆ tam ex iure Pontificio, quàm Cęſareo: & quę olim concubinę, & quomodo permiſſę.

EST & hic caſus, in quo cleri-
cus vel deponitur, vel degrada-
tur, vel à munere ſuo ſuſpendi-
tur, nempè cum clericus in tur-
pitudine concubinatus manet.
1 Nam clericus † concubinarius
eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio & beneficio.
ita Abb. in capitulo cum non liceat. de pręſcri-
pt. & in capitulo ex parte. in tertio notabili de
teſtib. ex text. in cap. nullus. & in cap. pręter.
32. deſtinct. & idem affirmant Bermondus Cho-
ueronius in tract. de publicis concubinarijs. in
verbo; poſtquàm pręſentes &c. Pręterea & ſe-
cundò infamia notantur. cap. infames 6. q. 1. &
ſcribit Bermondus loco iam allegato, in verbo,
fuerit diſpenſatum. nume. 7. Rurſus & tertiò
2 † indicitur etiam pœna depoſitionis. cap. 1. &
2. diſtinct. 82. & ſcribunt Abb. & alij plerique in
cap. at ſi clerici, de iudicijs. Cum fortius affir-
3 mant, † clericum fornicarium ſimpliciter de-
poni



poni à beneficijs, & ordine: tametſi alij permulti
in ea opinione ſint, quòd ob ſimplicem fornica-
tionem clericus non ſit deponendus, ſed pœna
iudicis arbitrio puniendus. Ita ſcribunt Io. de
Ana. in cap. ſignificauit, de adulter. Anto. Corſe-
tus in ſuo ſingulari, in verbo fornicatio. Decius
in d. cap. at ſi clerici, in princ. de iudicijs, Ioan. de
Selua in Tract. beneficiorum, parte tertia. q. 3.
Marquardus de Suſanis in tract. de publicis con
cubinarijs in verbo, & alios non publicos, num.
10. Quo quidem in loco nume. 15. ſcribit ex ſen
4 tentia Abba. in cap. vlti. de purga. cano. † forni-
cationem in Epiſcopo eſſe grauiorē, & ob id eũ
eſſe omnino deponendum, etſi Corſetus in loco
5 præallegato diſſentiat. Alijs ēt pœnis iudici † ar
bitrarijs punitur clericus concubinarius, ſicuti
ſcribunt Abbas in d. cap. at ſi clerici, in prin. nu.
36. de iudicijs. Bermondus in præallegato tracta-
tu de publicis cõcubinarijs in verbo pęnis alijs.
& Bernardus Diaz in practica canonica crimina
6 li cap. 73. nume. 4. Et † triginta pœnas concubi-
narij enumerat Petrus Rebuffus in tract. de pu-
blicis cõcubinarijs, quem ſanè tractatum ſcripſit
ſuper concordata Regis Franciæ. Et certè aduer
ſus hos clericos concubinarios ſeueri Iudices eſ-
ſe debent, quandoquidem non vnum, ſed plura
ſcelera clerici hi committunt. Nam primò cri-
7 men † adulterij perpetrare dicuntur: cum in aſ-
ſumptione ſacrorum ordinum ſuſcipere dican-
tur Eccleſiam in ſponſam, cui ſaltem implicitè
promittũt continentiã ſeruare. §. ſancimus. verſ.
ſi vxorem, aut concubinã, in auth. de monachis.
8 Secundò † committunt ſacrilegium, ſiquidem
cùm Deo dicati ſunt, ideſt ſacrati, ſi per copulam
carnalem cum muliere ſeparantur à Deo, ſacri-
legi efficiuntur. Id quod in ſpecie ſcripſit Bermõ-
dus in præcitato tractatu de publicis concubina-
rijs, in principio. num. 23. verſi. apparet ex præ-
miſsis. Tertiò (vt idem Bermondus ſubiungit)
9 committunt † ij concubinarij crimen ſtupri.
Quartò (ait idem) committunt crimen inceſtus.
Quintò (addit idem Bermõdus) committunt
10 crimen † contra naturam. Non eſt ergo mirum
ſi tam graui pœna feriendus eſt clericus iſte con-
cubinarius. Et hodie rectè, ſanctèque ſanciuit
Sacroſanctum Concilium Tridentinum Seſſio-
11 ne 25. Decretis de reformatione. cap. 14. † cle-
ricos concubinarios, admonitione prima facta,
perſeuerantes priuari tertia parte fructuum ob-
uentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuo-
rum quorumcunque. Secunda verò monitione
facta perſeuerantes omnibus fructibus priuan-
tur & ab officio & adminiſtratione beneficij ad
tempus arbitrio Epiſcopi ſuſpenduntur. Si ve-
rò adhuc ij perſeuerabũt omnibus beneficijs, of-
ficijs, portionibus & penſionibus ſpoliãtur. Si ve-
rò adhuc in eodem errore perſiſtant, vt quia
dimiſſam repetant, excommunicantur. Cæteri
verò clerici, qui beneficia, vel penſiones non ha
bent, pęna carceris & alia ſimili arbitrio Epiſco-
pi ſecundùm facti & perſonarum qualitatem pu
niuntur. Epiſcopi verò ipſi ſi ab huiuſmodi cri-
minime ſe non abſtinuerint, & à ſynodo prouin
ciali admoniti ſe non emendauerint, ipſo facto
ſunt ſuſpenſi: & ſi perſeuerant etiam ad Sanctiſ
ſimum Romanũ Põtificem ab eadem Synodo de-
feruntur, qui pro qualitate culpæ, etiam per pri
uationem, ſi opus erit, in eos animaduertat. Hæc
ſummatim ex eo Concilio; & verè idem penè
12 ſancitum fuit ex alijs concilijs, † ita enim in cõ-
cilio Rhemenſi ſub Eugenio ſecundo. c. 2. excuſ
ſum in tertio tomo Conciliorũ pag. 358. & aper-
t ius in Concilio Oxonienſi c. & ſi fortè. in tertio
tomo Conciliorum pag. 764. Ita etiam in Cõci-
lio Baſilienſi Seſsione 20. in quarto tomo Con-
ciliorum. pag. 59. & alijs pleriſque, quæ referre
ſuperſedeo. Et illa ipſa pœna ſancita à relato Cõ-
cilio Tridentino in Epiſcopo reperitur iam ſta-
tuta ex c. quorundam. in fin. 34. diſtin.
13 Aduerſus laicos † concubinarios aliæ pœnæ
hodie ſancitæ ſunt, etſi olim concubinatus fue-
14 rit permiſſus. Nam antiqua lege diuina † per-
miſſum fuerat illis patribus habere vltrà vxorē
etiam concubinam ad prolis procreationē. Erat
enim (vt ſcribit eruditiſsimus Lippomanus ſu-
15 per Geneſ. c. 22.) † Concubinæ non illegitimæ
& fornicariæ, ſed vxores minimè principales,
quarum filijs nõ debebatur hæreditas, nec æqua
lis honor, nec ſacerdotium, nec primogenitu-
ra; munera tantùm recipiebant, & mutua ſe cha
ritate complectebantur, & ſeſe iuuabant. Hæc
vir ille doctiſsimus. Et hæc concubina interdum
appellabatur ancilla, vt habetur Geneſ. cap. 35.
Cùm Sara dixit ad Abraham, de Agar concubi-
na verba faciens. Eijce ancillam hanc & filium
26 eius. Habebant hę † concubinæ aliquid de ra-
tione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ:
ſicuti egregiè declarat diuus Thomas in 4. ſen-
tent. diſtinct. 33. q. 1. art. 2. & cum eo Didacus
in epitome de ſponſalibus. parte prima cap. 4.
num. 8. & lex ciuilis appellat has concubinas in-
iuſtas vxores, hoc eſt vxores, quæ dicebantur non
obſeruato ſolemni more, qui in ducendis iu-
ſtis vxoribus ſeruabatur, de quibus quidem in-
17 iuſtis vxoribus loquitur Vlpianus in leg. ſi vxor.
in princ. ff. ad l. Iul. de adulter. quem locum egre-
giè declarant Hotomanus in commentarijs ver-
borum iuris, in verbo vxor, Iacobus Cuiacius
lib. 6. obſerua. iuris, cap. 16. Tiraquel. de legibus
connubial. in gloſſa 6. num. 141. & Iacob. Rænar
dus lib. 4. vario. cap. 16. Et in iure ipſo ciuili ho-
18 neſtum erat hoc nomen † concubinæ; ſicuti
ſcribunt Alciatus & recentiores in l. Maſſurius.
ff. de verbo. ſigni. Aucto deinde genere humano,
prohibitæ fuerunt hæ cõcubinę; & illis tantùm
19 permiſſum fuit habere † concubinam, qui vxo-
re iuſta carebant, ſicuti conſtitutum fuit in Con-
20 cilio Toletano relatum in † cap. is qui. 34. di-
ſtinct. quo loci Geminianus, Archid. & Cardina-
lis de Turre Cremata intelligunt hanc concubi-
nam pro vxore minus ſolenniter ducta. Idem
ſcripſit Marquardus de Suſanis in tract. de Cœ-
libatu. parte tertia. c. 9. num. 1. Et cum illis idem
ſenſit doctiſsimus Cardinalis Palæotus in tract.
de

de nothis & ſpurijs &c. cap. 12. in fine. Quo ſanè in capite pro more eruditiſsimè demonſtrat,
21 olim iure ipſo † Cæſareo concubinatum hunc fuiſſe permiſſum. Hodie verò omnino interdictum eſt quibuſcunque. Et extat hodie ſacroſancti Concilij Tridentini conſtitutio Seſsione 24. Decretum de reformatione matrimonij capitulo. 8.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicis arbitrio interdum puniri adulteros.*
2 *Adulterium iure naturali prohiberi.*
3 *Lex naturalis quæ.*
4 *Ius naturale eſt, quod omnia animalia docuit.*
5 *Animalia bruta ab adulterio abſtinere.*
6 *Elephantes adulteria non nouiſſe.*
7 *Columbæ & Ciconiæ ab adulterijs abſtinere.*
8 *Adulterium lege diuina morte damnari.*
9 *Adulteria iure gentium prohiberi.*
10 *Aegyptij adulteros grauiter puniebant.*
11 *Parthi nullum delictum grauius adulterio mulctabant.*
12 *Palæſtini adulteros morti tradebant.*
13 *Arabi adulteros capite puniebant.*
14 *Locrenſes adulteris oculos effodebant.*
15 *Athenienſes adulteros ignominijs afficiebant.*
16 *Laciadæ morte ignominioſa adulteros feriebant.*
17 *Armeni adulteros ignominioſè damnabant.*
18 *Germanorum pœna contra adulteros.*
19 *Gortinenſes pœna infamiæ adulteros puniebant.*
20 *Cumæorum in adulteras pœna.*
21 *Piſidarum in adulteros pœna.*
22 *Saracenorum pœna contra adulteros.*
23 *Lepreorum pœna in adulteros.*
24 *Adulterium iure ciuili Romanorum damnari.*
25 *Romuli lex contra adulteros.*
26 *Numæ Pompilij lex aduerſus adulteros.*
27 *Adulterium legibus Romanorum vſque ad Cæſarem Auguſtum relegationis pœnam damnatum.*
28 *Auguſti Cæſaris lex contra adulteros.*
29 *Lex Iulia de adulterijs à Cæſare Auguſto lata.*
30 *Pœna capitalis contra adulteros an indicta fuerit à lege Iulia ab Auguſto Cæſare lata.*
31 *Penam legis Iuliæ latæ à Cæſare Auguſto fuiſſe deportationis, vel relegationis ex aliquorum opinione.*
32 *Adulter adulteram non ducit in vxorem.*
33 *Stuprum commitens deportatur.*
34 *Milites ob adulterium in militiam non recipi.*
35 *Militem adulterio damnatum infamia notari & exauthorari.*
36 *Adulterij teſtimonium non eſſe recipiendum.*
37 *Auguſtum Cæſarem filiam & neptem ob adulterium relegaſſe.*
38 *Legem Iuliam ab Auguſto latam pœnam mortis indixiſſe adulteris, ex aliquorum opinione.*
39 *§. item lex Iulia, inſt. de pub. iud. declaratur.*
40 *L. 1. ff. de extraord. crimin. declaratur.*
41 *Iuuenalis locus explicatus.*
42 *Lex Iulia pœnam adulteris amaram quomodo indixerit.*
43 *Matronali veſte priuabantur adulteræ apud Romanos.*
44 *Mulierem dote priuari ob adulterium.*
45 *Virgilij locus lib. 6. Aeneid. declaratur.*
46 *Legis Iuliæ latæ à Cæſare Auguſto contra adulteros pœnam extra ordinem atque ita iudici arbitrariam fuiſſe.*
47 *Tiberij Cæſaris lex contra adulteros.*
48 *Opilij Macrini lex contra adulteros.*
49 *Alexandri, Seueri lex in adulteros.*
50 *L. Caſtitati. C. ad legem Iuliam, de adulter. declaratio.*
51 *Aureliani lex contra adulteros.*
52 *Diocletiani, & Maxim. lex in adulteros.*
53 *L. Tranſigere. C. de tranſ. explicata.*
54 *Conſtantini lex contra adulteros.*
55 *L. quamuis la ſeconda. C. de adult. expoſita.*
56 *Theodoſii temporibus lex in adulteras, & ab eo abrogatio facta.*
57 *Iuſtiniani lex contra adulteros.*
58 *Adulterium iure Pontificio puniri.*
59 *Adulterij pœna in foro conſcientiæ eſt ſacerdoti arbitraria.*
60. *Pena contra adulteros ex Concilio Aureliano.*
61 *Adulteri laici qua pena lege canonica damnentur.*
62 *Adulterium legibus municipalibus damnari.*
63 *Iudicis arbitrio punitur adulterium in ditione Mediolanenſi.*
64 *Gallia qua pena puniat adulteros.*
65 *Gratianopoli pœna pecuniaria adulterium punitur.*
66 *Curia Pariſienſis adulteros morte punitur.*
67 *Papiæ qua pena adulterium puniatur.*
68 *Bononiæ quomodo adulter damnetur.*
69 *Peruſij pena eſt indicta pecuniaria in adulteros.*
70 *Florentiæ pena contra adulteros quæ.*
71 *Taruiſii quæ ſancita ſit pena contra adulteros.*
72 *Nouariæ quæ pena ſit impoſita adulteris.*
73 *Brixiæ pena mortis mulctatur adulterium.*
74 *Patauij quæ ſancita ſit pena contra adulteros.*
75 *Pena grauior contra adulteros eſt etiam iuſtior.*
76 *Adulterium crimen grauiſsimum.*
77 *Adulterium eſſe crimen alia ad ſe trahens.*
78 *Adulterij cauſa maritos occidi.*
79 *Adulterorum pericula & cædes.*
80 *Rodoaldum Longobardorum Regem occiſum cum adultera coeuntem.*

## CASVS CCCCXIX.

### ADVLTERIA LEGE NATVRÆ, gentium & ciuili damnari, & de varijs pœnis tam iure ciuili quam Pontificio & diuino eius de cauſa ſancitis.

AGIMVS ſuperiore caſu de pœnis eorum, qui aduerſus legum ſanctiones concubinas habent, nunc poſtulat hic locus,



locus, vt dicamus de pœnis eorum, qui adulterio ſe maculant. Nam & pœna hæc aliquan-
1 do † arbitraria eſt iudici, ſicuti ex ſententia Accurſij in l. ſi quis viduam. ff. de quæſtio. & Cyni in l. quamuis. C. de adulter. ſcitè reſpondit Baldus in conſilio 429. Super eo, quòd à me, lib. 5. Quo tamen hæc à me dilucidius explicentur, ex ordine dicam, lege ipſa naturę, diuina, gentium omnium, Cæſareo, Pontificio ac tandem municipali, varijs adiectis pœnis, adulterium fuiſſe prohibitum.
Lex † naturæ nos ab adulterio abſtinere opor-
2 tere iubet, auctore Cicerone libro ſecundo de legibus. Cuius verba adſcripſi. Nec ſi regnãte Tarquinio nulla erat Romæ lata lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternam Sextus Tarquinius vim Lucretię Tricipitini filiæ attulit. Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens, & à delicto auocans, quæ non tunc incipit lex † eſ-
3 ſe, cùm ſcripta eſt, ſed tunc cùm orta eſt. Orta eſt autem ſimul cum mente diuina. Hæc Cicero. Cuius ſanè ſententiam vel illud maximè confirmat, quòd ius † naturale illud eſſe dici-
4 mus, quod animalia ipſa docuit. §. primo, inſtit. de iure naturali, gentium, & ciuili, quo loci eruditiſsimè explanat Franciſcus Balduinus, & egregiè Franciſcus Connanus libro 1. commenta. iuris c. 4. † Animalia itaq; bruta pleraq;
5 ſunt, quæ ſummopere adulteria auerſantur, & quanto ea hominibus odio eſſe debeant, indicijs teſtãtur, ſicuti ex multorum obſeruationibus ex noſtris ſcripſit Tiraquellus in commentarijs de legibus connubial. lege decimatertia numero 1. Is enim (vt paucula aliqua hic repetam) tradit, ex obſeruationibus Plinij lib. 8. naturalis hiſtoriæ, cap. 5. & Æliani lib. 1. hiſtoriæ animalium. † Elephantes adulteria nõ no-
6 uiſſe. Ita † Columbas & Ciconias adulteria de-
7 teſtari, ſcribunt idem Ælianus libro 15. hiſto. ani. Plin. lib. 10. c. 34. & Ariſtoteles li. 9. hiſto. animal. cap. 7. qui quidem ſcribit, idem eſ-
8 ſe in Turturibus. Lex † autem diuina antiqua grauiter damnauit adulteria. Nam adulter & adultera morti adiudicabantur, vt ſcriptum eſt Leuit. cap. 20. & Deutero. cap. 22. genus autem mortis erat lapidatio. Ita etiam adulteria damnauit lex diuina euangelica, vt ſcribitur
9 Ioan. cap. 8. Iure † gentium adulteria prohiberi argumento ſunt nationes penè omnes, quæ adulteros grauiſsimis pœnis mulctare ſolent, quemadmodum copioſè recenſet Tiraquellus in præallegata lege decimatertia, numero ſecundo de legibus connubial. Et aliqua hic percurrã, alijs nonnullis minimè cõtemnẽdis adiectis.
10 Ægyptij, † (vt ab antiquiſſimis his populis exordiar (in adulterio deprænſum, virgis cedebant ad mille plagas, mulier naſo mutilabatur. Ita Diodorus Siculus lib. 1. Biblioth. vbi & quoque illud ſcribit, & qui mulierem liberam violaſſet, virilia apud eoſdem amputari; quoniam vno crimine tria non parum crimina complexus eſſet, iniuriam, corruptelam, & liberorum confuſionem. De Ægiptijs his idem ſcribit Io. Boemus lib. 1. de moribus omnium gentium. cap. 5.
11 Parthi † nulla delicta adulterio grauius vindicabant; teſte Iuſtino lib. 41. hiſtoriæ: pœnam tamen, qua in ea re vtebantur, non indicat ipſe Iuſtinus.
12 Palæſtini, † quę eſt Iudæa, adulterium morte puniebant, vt legitur Geneſ. c. 26. Idem de tota ipſa Iudæa ſcribit Ioannes Boemus lib. 2. de moribus gent. cap. 4.
13 Arabi † quoque morte adulteriũ plectabãt, vt ſcribunt Strabo libro decimoſexto Geographiæ, Euſeb. libro ſexto de præpara. euang. & capitulo octauo. & Ioannes Boemus lib. 2. de morib gent. cap. 1.
14 Locrẽſes † ex Seleuci lege adultero oculos effodiunt, vt ſcribit Valerius Maximus libro ſexto cap. 5.
15 Athenienſes † ſanciuerunt ſua lege, licere vni cuique in adulteram obuiam factam, quidquid libitum erat, præter mortem inferre: mortem autem ob id non licebat, quo diutius in ignominia viueret, vt ſcribit Demoſthenes in oratione aduerſus Nereæam. Adulterum autem in concubitu vxoris deprehenſum licebat marito impune occidere, & Pauſanias ſcribit, hanc Draconis legem fuiſſe. Plutarchus verò in vita Solonis tribuit Soloni, & alia ſcribunt Polydius lib. 2. hiſtoria. & Ioannes Boemus lib. 3. de moribus gentium. cap. 2. Et fortè fuit hæc lex Argiui Hyetti, qui Molurum in adulterio cum propria vxore deprehenſum occidit. vt ſcribit Cælius Rhod. lib. 11. lect. antiq. cap.
16 25. Laciadę, vel (vt alij legunt) Placiadæ Atticæ Regionis populi (vt ſcribunt Suidas & Plutarchus in adagijs.) ignominioſa pœna adulteros mulctabant. Nam impactis impudẽdam corporis partem raphanis, qui miræ magnitudinis apud eos eſſe dicebantur, vel ſi raphani deerant, Ligonis ligno, populo ſpectan-
17 di exhibebantur. Armeni † idem obſeruabant, vt ſcribit Lucianus in vita Peregrini philoſophi.
18 Germani † adulterã ita puniebant, reſectis capillis, nudatam coram propinquis maritus domo exactam, toto vico verberibus agebat. Ita ſcribunt Cornelius Tacitus de moribus Germanorum, & Ioannes Boemus libro tertio de moribus gentium. cap. 12. Et idem hodie obſeruari in aliquibus regionibus teſtatur glo. in cap. de benedicto. 32. quęſtione 1. Corti-
19 nenſes, † qui Cretam inſulam incolunt, adulteros molli lana coronabant, ita molliorẽ eius naturam exprobrantes, atque ita per Ciuitatem ad magiſtratus traducebant: in reliquũ autem vitæ tempus habebantur ignominioſi, indignique, qui nullum dignitatis gradum in adminiſtratione Reipublicæ conſequerentur,
auctor

auctor eſt. Ælianus libro duodecimo de varia hi
ſtoria.
20 Cumæi, † ſi qua in adulterio mulier depre
henſa fuiſſet, hanc in foro deductam & ſaxo im
poſitam, ſpectandam omnibus proponebant;
inde ſuper aſino collocatam, & ita per totam
Ciuitatem circumductam in eundem locum
reſtitui oportebat. Ita ſcribit Plutarchus in
problemat. capitulo 115. & meminit Alciatus
libro ſecundo parerg. capitulo 47. poſt Tira-
quellum ante memoratum.
21 Piſidæ † idem, penè ſua lege ſanciuerunt.
Nam apud eos adulterij conuictus per vrbem
vnà cum muliere circumducebatur ſuper aſi-
nos ad aliquot dies, teſte Stobæo ſermone 42.
qui Nicolaum quendam recenſet.
22 Saraceni, † quos Turcas nunc appellamus,
in adulterio deprehenſum vnà cum adultera
abſque miſericordia, & abſque mo. a lapida-
bant. auctor eſt Ioannes Boemus lib. 2. de mori-
bus gentium. cap. 11.
23 Leprei † quos deprehendebant adulteros
per triduum vinctos circa Ciuitatem ducebãt,
mox toto vitæ tempore contemptibiles habe-
bant, vt ſcribit Cœlius Rodiginus libro 21. le
ctio. antiq. cap. vlt.
24 Iure † ciuili Romano ( vt de eo nunc aga-
mus ) adulterium varijs pœnis pro temporum
25 varietate fuit mulctarum. † Romulus Roma-
næ vrbis conditor in adulteras legem hanc ſan
ciuit, adulterij conuictam vir, & cognati, vti vo
lent, necanto, ita ex Dionyſio Halicarnaſſ. li. 2.
antiq. Roma. ſcribit, ex noſtris doctiſſimus Frã
ciſcus Balduinus in commentarijs In leges Ro
26 muli, lege decimaquinta. † Numa Pompilius
verò (ſi credimus Feſto Pompeio lib. 4. de ver-
borum veterum ſignifi. & Gelio lib. 4. voc. at-
tica. cap. 3.) de mulieribus alienis viris ſuccum
bentibus in hæc verba conſtituit. Pellex ædem
Iunonis ne tangito. Si tanget Iunoni crinibus
dimiſsis Agnam fœminam cædito. Deinde
27 adulteria alijs legibus † vſque ad tempora le-
gis Iuliæ ſola relegationis pœna vſque ad du-
centeſimum lapidem puniebantur. Quod ex
Cornelio Tacito libro ſecundo hiſtoriæ, colli-
gi poſſe exiſtimat Tiraquellus in præallegatis
commentarijs de legibus connubial. lege 13.
num. 3. Immo ſcribit Liuius libro decimo ab
vrbe cõdita, Fabium Gurgitem, aliquot matro-
nas adulterio damnatas pecunia mulctaſſe. Au-
28 guſtus † tandem Cæſar legem tulit, quã Iuliã
Vlpianus in l. 1. ff. ad l. Iul. de adulter. appellat.
Cęterum duæ hic explanandę ſunt dubitatio-
nes, quæ mirificè noſtros torſerunt. Prima eſt,
29 an † lex hæc Iulia lata fuerit à Cæſare Augu-
ſto, vel à C. Iulio Cæſare. Exiſtimarunt aliqui
legem hanc fuiſſe C. Iulij Cæſaris, qua quidẽ
in opinione fuerunt Accurſius in d. l. 1. & alij
nonnulli in §. item lex Iulia in inſtit. de publ.
iud. Rectius ſenſerunt alij, qui Auguſto Cæſa
ri legẽ hanc vnà cum Vlpiano in d. l. 1. tribue-
runt. Ita ſanè affirmant eruditiſsimi Andreas
Tiraquellus quem paulò ſupra cõmemoraui,
Balduinus, & alij in d. §. item lex Iulia. Ioan.
Coraſius lib. 2. miſcella. iuris. cap. 1. nume. 8.
Briſſonius libro ſingulari ad legem Iuliam de
adulterijs. Et in hanc adducti ſunt ſententiã, ꝙ
apud Suetoninm in Auguſto Cæſare cap. 34.
ita ſcriptum ſit. Leges retractauit & quaſdam
de integro ſanxit. vt ſumptuariam, & de adul-
terijs, & de pudicicia. Et Plutarchus in apophe
teg. de eodem Auguſto verba faciens ita ſcribit.
Cum de adulteris legem tuliſſet, qua ſanxerat,
quo pacto rei iudicandi, ac puniendi forent,
deinde ira lapſus adoleſcentem, qui de Iulia ip-
ſius filia eſſet inſimulatus, percuteret manibus
ille proclamauit, legem tuliſti ò Cæſar. Quo
verbo tanta pœnitentia, & triſtitia affectus eſt
Auguſtus, vt illo die cœnare recuſauerit. Ob
hanc autem legem Horatius lib. 4. Carminum.
Ode. 5. Auguſtum celebrat,

*Nullus polluitur caſta domus ſtupris.*
*Mos & lex maſculoſum domuit nephas,*
*Laudentur ſimili prole puerperę,*
*Culpam pœna premit comes.*

Et Cæſarem Auguſtum, non autem C. Cæſa-
rem huius legis auctorem argumento & illud
eſſe poteſt, quod ſcribit Suetonius in ipſius C.
Cæſeris vita cap. 52. cum ait, Helium Cinnam
Tribunum plebis plerisq; confeſſum fuiſſe ha-
buiſſe ſe ſcriptam, paratamque legem: quã Cę-
ſar ferre iuſſiſſet, cum ipſe abeſſet, vti vxores li
berorum quærendorum cauſa, quas & quot du
cere vellent, liceret. Hoc enim argumentum eſſe
poteſt. C. Cæſarem non habuiſſe animum co-
ercendæ libidinis, ſed laxandæ potius, cum &
ipſe mulieroſus eſſet.
Secunda eſt dubitatio, quæ hac de lege Iu-
30 lia † haberi ſolet, an ab ea capitalis pœna fue-
rit ſancita? Hæc dubitatio adeo ambigua eſt, vt
permulti extiterint, qui eam diffinire auſi non
ſint, ſicuti Accurſius in l. Seio. ff. de teſtibus. &
in l. ſi quis viduam. ff. de quęſtio. Cynus in l.
quamuis. C. de adulter. & Bart. in d. l. ſi quis vi-
duã. Et verè, quantũ potui mea diligentia conſe
qui, variæ fuerunt hac de controuerſa opinio-
nes. Vna fuit opinio eorum, qui ſcripſerunt,
31 † pœnam capitalem non fuiſſe à Cęſare Au-
guſto ſancitam; ſed deportationis, vel relegatio
nis. Qua ſanè in opinione fuerunt Florianus à
Sancto Petro in l. 1. C. de hæred. inſti. Comen.
in conſi. 154. Et ex recentioribus Alciatus lib.
5. paradoxo. cap. 8. Iacobus Cuiacius, Frãciſcus
Balduinus & Hotomanus in. §. itẽ lex Iulia. in
inſt. de pub. iud. Didacus in Epitome de ſpõſal.
parte ſecũda c. 7. nume. 16. verſi. ſed quod ante.
Briſſonius libro ſingulari ad legem Iuliam de
adulterijs in verbo. Qui ſtuprum, adulterium-
ve &c. Quæ quidẽ opinio vel ex eo primò pro
batur, quod ſi pœna capitis fuiſſet indicta, fru-
32 ſtra ſancitum fuiſſet, adulteros † non poſſe adul





terio cõmaculatas ducere l. Claudius, ff. de his,
quib. vt indig. & l. ſi quis viduã. ff. de quæſtio.
quod ſanè. l. ſi quis viduam. reſpõſum eò magis
33 vrget, dum ait, eum † qui ſtuprum commiſit
atque ita duplex delictum ſolùm deportari: Er-
go multò mitiori pœna ſolus adulter, adultera-
ve. Ita etiam ſuperuacaneè fuiſſet reſpõſum ab
Arriano in l. qui cum vno. §. adulterij. ff. de his
34 quib. vt indig. inter † milites non eſſe recipi-
endos adulterio fœdatos. Ita quoque fruſtrà in
l. 2. §. miles ff. de his, qui nota. infam. fuiſſet re-
35 ſpõſum, † militem adulterio damnatũ infamia
notari & inſignijs militaribus exauthorari. Et
tandẽ fruſtra in l. ſcio. & in l. ex eo. ff. de teſtib.
36 fuiſſet reſponſum, † adulteri teſtimonium non
eſſe recipiendum. Cæterum illud magis vrget;
37 quòd apud Suetonium in Cæſare † auguſto
cap. 65. legimus verba hæc. Iulius filiam & ne-
ptem omnibus probris cõtaminatas relegauit,
relegatiſque, vt mox ſubijcit, omnes vſum vi-
ni, omnemque delicatiorem cultum ademit, ne
que adiri à quoquam liberto, ſeruoque, niſi ſe
cõſultò permiſit. idem apertius ſcriptũ reliquit
Cornelius Tacitus lib. 1. hiſtoriæ auguſti. & li.
4. Idem legimus apud Velleium Paterculum li
bro poſteriore ad Vinc. & apud Senecam li. 6.
de Beneficijs cap. 32. Et non ſolùm Cæſaris Au
guſti filia & neptis ob commiſſum adulterium
relegationis pœna dãnatæ fuerunt: ſed & Vſti-
lia, quæ Titidio Labeoni nupſerat, quemadmo-
dum idem Cornelius Tacitus ad finem, libro ſe
cundo, memoriæ prodidit. His accedit aucto-
ritas diui. Auguſtini libro tertio de Ciuitate
Dei capit. 5. qui ſcripſit, adulteria Romæ morte
punita non fuiſſe.
Secunda verò fuit opinio eorum, qui ſcripſe
38 runt † pœnã mortis à lege Iulia indictam fuiſ-
ſę adulteris, Quam quidem opinionem pro-
barunt Hoſtien. in ſumma titul. de adulterijs. §.
quæ pœna. colum. 1. Coraſius lib. 2. miſcella. iu
ris. c. 1. Quorum quidẽ opinio fulcitur illo tex
39 tu † . §. item lex Iulia. inſt. de publ. iud. Cuius
verba hæc ſunt, Lex Iulia. de adulterijs coercen
dis, temeratores aliarum nuptiarum gladio pu
nit. Verùm Io. Fabri, Hotomanus, Cuiacius, Bal
duinus & reliqui, id referunt ad legem Iuliam
in genere: & omnium apertius ita ſcripſerunt
Cõmẽ. in cõſi. 154. & Didacus in Epitome de
ſpõſal. parte ſecũda cap. 7. num. 16. verſ. Sed ꝙ
ante iura. Quod ita declaro, lex Iulia prima
fuit, quę adulteros pœnis affecit. Hęc aliorũ Cę
ſarum, puta Conſtantiani, Maximiani & Diocle
tiani ſanctionibus aucta eſt: Has omnes Codicis
Compoſitores ſub eodem titulo ad legem Iuliã
de adulterijs in Codice clauſerunt. Iuſtinianus
itaque legem Iuliam appellauit in eo. §. item lex
Iulia, non illam ſolius Cæſaris Auguſti, ſed &
aliorum.
Secundò exiſtimant alij ſententiã hanc pro-
40 bari † in l. 1. ff. de extraordi. crimin. Cùm
ait, ſolicitatores alienarum nuptiarum, item-
que matrimoniorũ interpellatores, & ſi effectu
ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem
pernicioſę libidinis extra ordinem puniri. Si
ergo (aiunt hi interpretes) effectu ſolicitatores
hi potiũtur, pœna gladij plecti debent. Verùm
facilè poteſt euitari, ſi dicimus, adulteros ipſos
ordinaria pœna relegationis, vel deportationis
fuiſſe mulctatos: ſolicitatores verò ipſos ſola
pœna extraordinaria, arbitrio nempè iudicis,
quæ tamen eſſet pœna inferior à deportatione,
vel relegatione.
Tertiò itaque adfertur pro hac opinione au-
ctoritas Suetonij in Auguſto, capitulo quinqua
geſimoquarto, qui ſcribit, Auguſtum ipſum Cę
ſarem mori coegiſſe Proculum, vnum ex acce-
ptiſſimis libertis, compertum adulterare matro
nas. Cæterùm dicere poſſumus, Auguſtum ex-
cedere voluiſſe terminos à ſe latæ legis ob per-
ſonæ vilitatem, & delicti frequentiam, quod cũ
matronis exercebat ille.
41 Quartò ſolet perpendi auctoritas † Iuuena-
lis qui in Satyra ſecunda de Cæſare Auguſto lo
quens ita ſcripſit.

*Qualis erat nuper tragico pollutus adulter*
*Concubitu, qui tunc leges reuocarat amaras*
*Omnibus atque ipſis Veneri, Martique timendas*

Non enim Iuuenalis dixiſſet, leges has tam a-
maras eſſe & omnibus timendas, niſi vltimi ſup
plicij pœnam ſanciuiſſent. Verùm reſponderi
42 poteſt, † atrocem & amaram viſam fuiſſe le-
gis Iuliæ pœnam, nõ ob relegationem ipſam ſo
lam, ſed ob alias ei adiunctas pœnas. Nam &
ea lege damnatæ mulieres nec nubere, nec teſti
monium ferre poterãt, vt ſupra admonuimus.
43 Hoc amplius † matronali veſte depoſita togam
induere cogebantur, quò à matronis diſcerne-
rentur. Erat & pergraue, quòd in ipſis rebus ve
nereis deprehẽſos, cædere quibuſdam perſonis
permittebat. Accedebat, quòd adulterij con-
44 uicta † mulier dotis parte mulctabatur. Quod
& ante legem Iuliam ſeruatum Valerius Maxi-
mus libro octauo, capitulo ſecũdo indicat. His
itaque amara & atrox lex Iulia potuit videri.
45 Quintò adfertur auctoritas † Virgil. lib. 6.
Æneid. dum ita cecinit.

*Quique ob adulterium cæſi &c.*

Is enim vt legum Romanarum peritiſſimus
viſus eſt ſentire ſua illa ætate, quæ Cæſare Au-
guſto imperante erat, pœnam adulterij mortis
fuiſſe. Verum adferri is locus non merebatur.
Quandoquidem Seruius optimus, atque proba
tiſſimus Virgilij interpres locũ illum ita expla-
nanit. Si occiſi, Aegyſthum ſignificat Thyeſtæ
filium. Etſi re vere cæſi, Saluſtiũ, quem Milo
depræhenſum ſub ſerui habitu verberauit in a-
dulterio ſuæ vxoris filiæ Syllæ. Hæc Seruius
Qua ex re intelligimus Virgilij locum huc non
pertinere.
Tertia itaque fuit opinio exiſtimantiũ, adul
46 terij pœnã tempore Cæſaris Auguſti fuiſſe † ex
tra ordinem, atque ita arbitrariã. Ita verè exiſti-

marunt Accurſius in l. ſi quis viduam. ff, de quę
ſtio. & ibidem Bartolus in fine: dum vltimo lo
co viſus eſt ſequi opinionem Cyni. Et apertius
idem ſenſit Baldus in cōſi. 426. Super eo libro
quinto. Et horum ſententia comprobari poteſt
quòd pro perſonarū & facti qualitate pœnam
ipſam variaſſe Cæſarem Auguſtum, qui ali-
quos relegauit, aliquos mori coegit; vt ſupra
expoſuimus.

47 Tiberius † Cæſar relegationis ſola pœna a-
dulteros mulctauit, ſicuti memoriæ proditum
eſt à Cornelio Tacito libro ſecundo his verbis.
Adulterij grauiorem pœnam deprecatus, vt
exemplo maiorum à propinquis ſuis vltrà
ducenteſimum lapidem remouerentur, ſuaſit.
Scribit idem Tacitus ad finem ipſius libri ſe-
cundi imperante ipſo Tiberio, grauibus Sena
tus decreris libidinem fœminarum fuiſſe coer
citam, profertque exemplum Vſtiliæ, quæ Tili-
dio Labeoni nupſerat, adulterij conuictam in
inſulam Seriphum abditam fuiſſe. Aliquando
etiam adulteras pro arbitrio propinquis ipſis
puniendas reliquit; auctor eſt Suetonius in Ti
berio, capitulo trigeſimo quinto. Matronas (ait
Suetonius) proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſa-
tor publicus deeſſet, vt propinqui more maio-
rum de communi ſententia coercerent, auctor
fuit.

48 *Opilius* † *Macrinus* (vt in eius vita ſcribit
*Capitolinus*) milites quoſdam qui hoſpitis ſui
ancillam corrupiſſe arguebantur, duobus mirę
magnitudinis bobus, quos ſubito aperiri iuſ-
ſerat, incluſiſſe, capitibus, vt ſecum colloqui poſ
ſent, exertis. Quamquam & ille pro innata cru
delitate adulterij reos ſemper viros ſimul iun-
ctis corporibus incendiſſe dicatur.

49 Alexander † Seuerus pœnam capitalem a-
dulterijs indixiſſe viſus eſt, vt extat eius conſti-
50 tutio in † lege caſtitati. C. ad legem Iuliam de
adulterijs. Verùm ex recentioribus aliqui exi-
ſtimarunt verba illa, ſi quocumque modo capi
talem euaſerit pœnam. à compoſitoribus Co-
dicis fuiſſe in eo reſponſo addita: quandoqui-
dem (vt ſcribunt ij) Conſtantinus omnium pri-
mus pœnam ſanciuit in adulteros capitalem, vt
mox dicemus. Alij verò permulti pœnam hanc
capitalem accipiunt pro relegatione & depor-
tatione, quæ quidem capitales ſunt, lege ſecun-
da. §. capitalia. ff. de pub. iud. Ita huius opinio-
nis multos recenſet Didacus in epitome de ſpō
ſal. parte ſecunda capitulo ſeptimo numero de-
cimoſexto.

51 Aurelianus † (vt in eius vita ſcriptum reli-
quit Flauius Vopiſcus) militem, qui adulterium
cum hoſpitis vxore commiſerat, ita puniuit, vt
duarum arborum capita inflecteret, quæ ad pe
des militis deligata ſubitò dimitteret, vt ſciſ-
ſus ille vtrinque penderet. Idem ancillam ſu-
am, quæ cum ſeruo adulterium fecerat, capite
puniuit.

52 *Diocletianus* † & Maximianus pœnam in
53 adulteros capitalem indixerunt. † l. tranſige-
re. C. de tranſact. Cuius verba adſcripſi. Tranſi
gere de crimine capitali, excepto adulterio, pro
hibitum non eſt: in alijs autem publicis crimi
nibus, quę ſanguinis pœnam non ingerunt, trā
ſigere non licet. Et quamquam pœna capitalis
& illa dici poteſt, quæ relegationis vel deporta-
tionis ſolummodo eſt, lege ſecunda. §. capitalia.
ff. de publ. iud. Attamen hoc in reſponſo de pœ
na capitali, qua ſanguis effunditur, vel ex eo eſt
intelligenda, quod ſubdit in oratione aduerſati
ua, quæ priorem interpretatur: in aljis autem
publicis criminibus, quæ ſanguinis pœnā &c.
Et reſponſum hoc ita ſunt interpretati ibidem
Salyc. & alij ibidem: & Tiraq. de legib. connu-
bial. l. 13. nume. 5.

54 Conſtantinus † lege ſanciuit, adulteros gla-
dio puniendos eſſe, vt extat eius conſtitutio
55 in † l. quamuis, la ſeconda. C. ad legem Iuliam
de adult, Et verè interpretes penè omnes intel-
ligunt, pœnam mortis naturalis fuiſſe ex ea con
ſtitutione indictam adulteris. Ita ſenè gl. in l.
quod ait. §. ignominiæ. in verbo, infamis. ff. de
his, qui not. infam. Bald. ibi, & idē in l. ſi quidē
in fi. C. de cōtrahenda & committenda ſtipula
tione. Albericus in l. tranſigere. colum. 1. C. de
tranſactio. Alexand. in conſ. 13. colum. 1. lib. 7.
Curtius Senior in cōſi. 37. Cōſiderato thema-
te. colum. 4. Et hanc fuiſſe primā cōſtitutionē,
qua adulteris indicta fuit pęna vltimi ſupplicij,
exiſtimauit Briſſonius libro ſingulari ad legē Iu
liam de adulterijs. Cæterùm Tiraquellus in ſæ
pius citatis commentarijs de legibus connubia
libus, lege decimatertia, numero tertio in fine.
credidit verba illa poſtrema legis quamuis, fuiſ
ſe addita a Triboniano Codicis compoſitore:
quandoquidem in Codice Theodoſiano lib. 9.
tit. 7. è quo deſumpta eſt lex illa quāuis. nō ſunt
adſcripta verba illa.

56 Theodoſii † tempore mulier, quæ fuiſſet in
adulterio deprehenſa, in anguſto proſtibulo in
cludebatur, mittebaturque qui cum ea palæ-
ſtram veneream exercerent, atque interim tin
tinabula percutiebant, vt eius ſono res ea om-
nibus innoteſceret. Quem tamen turpem mo-
rē aboleuit Theodoſius, & alias pœnas in adul-
teros ſanciuit. auctor eſt Socrates in hiſtoria tri
partita libro quinto capitulo decimooctauo.
Non tamen ille commemorat quam pœnā ſan
ciuerit Theodoſius.

Hæ ſunt ſanctiones aduerſus adulteros ante
Iuſtinianum promulgatas, quas recto hoc ordi
ne, quem obſeruauit hactenus nemo, recenſere
voluit, vt intelligat ſtudioſus lector, vanam eſſe
illam noſtrorum diſputationem, dum conten-
dunt, an iure Digeſtorū pœna vltimi ſupplicij
indicta fuerit contra adulteros. Hæ enim cōſti-
tutiones, quæ ante Iuſtinianū multos annos edi
tæ ſunt, manifeſtè indicant, cognitam fuiſſe pœ
nam vltimi ſupplicij contra adulteros antequā
Pandectæ ipſæ componerentur.

Iuſti-



57 Iuſtinianus † tandem ſanciuit, adulteros pę
na mortis naturalis eſſe feriendos, adulteras
verò verberibus cœſas in monaſterium detru-
dendas data poteſtate marito intra biennium,
ſi hoc exiſtimauerit, eam inde reuocandi, quo
tranſacto, aut viro præmortuo, eam raſo capite
monaſtico habitu indui, & illic omni vitæ tem
pore manere iubet. Sicuti extat Iuſtiniani con
ſtitutio in authen. vt nulli iudicium &c. §. ſi ve
rò quando. Quæ conſtitutio eſt etiam relata in
authentica ſed hodie. C. ad legem Iuliam de
adulter. Et hanc Iuſtiniani conſtitutionem paſ
ſim obſeruari teſtantur Boerius q. 297. nume.
12. & Grammaticus deciſio. 31. qui & in Cu-
ria Burdegalenſi ac Neapolitana obſeruatā ſcri
bunt. Et communem hanc eſſe opinionem fir-
marunt Alex. in cōſi. 13. nume. 3. lib. 7. Roland.
in conſ. 74. num. 8. lib. 1. & Clarus in practica
criminali. §. adulterium. verſicul. ſed quęro, quę
ſit pœna.

58 Iure † Pontificio, quod in aliquibus Iuſti-
niani ſanctionem eſt inſecutum, varijs pœnis
59 adulteria puniuntur. In foro † conſcientiæ
indicitur pœnitentia ſacerdotis arbitrio. Abb.
in cap. at ſi clerici, de iud. & eſſe receptā opi-
nionem ſcribit Bermondus de concubinarijs,
ſub rub. de adulterio. nume. 3. In foro verò con
60 tentioſo ex † Concilio Aurelia. vt eſt relatū in
c. ſi quis clericus. 81. diſtinct. ita fuit ſancitum.
Si quis clericus adulteraſſe aut confeſſus, aut
conuictus fuerit, depoſitus ab officio, commu
nione conceſſa, in monaſterio toto vitæ ſuę tem
pore detrudatur. Qua de re ſcribunt gloſſ. in
cap. lator 2. q. 7. & alij commemorati à Bernar
do Diaz in practica canonica criminali, c. 79.
& à Didaco in epitome de ſponſal. parte ſecun.
da. cap 7. num. 19. & alios recenſet Iulius Cla.
rus in d. §. adulterium. verſic. ſed quæro, quæ
ſit pœna. Et ſcribunt Diaz & Didacus, hos cle
ricos effici etiam infames. Ex Concilio vero An
cirano c. 20. non niſi ſeptem annos pœnitentiā
agere debet. Quid autem ſancitum hodie eſt ex
Sacroſancto Concilio Tridentino expoſuimus
ſuperiore caſu, etſi in eo de ſolis cōcubinis actū
61 ſit † Laici verò adulterium committentes tam
maſculi quàm fœminæ excommunicantur. cap.
intelleximus. de adulter. Et præterea fœmina
in monaſterium detruditur, & ſi maritus nolit
eam recipere, ibi cogitur perpetuò eſſe, & pœ-
nitentiam agere, c. gaudemus. de diuor. id quod
iam ſtatutum fuerat à Iuſtiniano, vt ſupra dixi-
mus. Qua de re ſcribunt Didacus & Clarus in
præcitatis locis, qui tradunt, hunc eſſe vnum
ex caſibus illis, in quibus iudex eccleſiaſticus
iuſdicit in laycos.

62 Legibus † verò municipalibus, vel vſu aut
placitis ſupremorum iudicum hodie variant
admodum pœnæ aduerſus adulteros, adulte-
63 raſque. In dictione † Mediolanenſi arbitra-
ria penè eſt hæc adulterij pœna, Nam fœmi-
næ fuſtibus cæduntur, & in exilium arbitra-
rium mittuntur. Ita aliquando decreuiſſe ſa
pientiſſimum Mediolanenſem Senatum teſta
tur Clarus in dicto § adulterium. verſic. in Se-
natu autem, qui etiam adiungit, & aliquando
64 ſolùm virgis cæſam fuiſſe adulteram. † In Gal
lia vel non puniūtur adulteri, ſicuti ex Ioan. Fa-
bri, Tiraquello, Boerio. Igneo, & Guglielmo Be
nedicto annotauit idem Clarus, vel leui admo
dum pœna mulctantur: quandoquidem ſcribit
65 Guido Papæ quæſtione 206. in vrbe † Gratio-
nopolitana adulteros mulctari pœna centum
ſolidorum. Guglielmus Benedictus in capit.
Raynutius. in verbo cuidam, Petro. nu. 63. de
teſta. ait, eſſe pœnam ſexaginta ſolidorum. Por-
rò Craue. in conſi. 137. numero decimo. ſcri-
bit, eſſe ſolùm pœnam decem ſolidorum. Ve-
rùm tamen Paponi. Areſtis Galliæ libro vigeſi-
moſecundo titulo nono areſto. 4. atteſtatur, ſer
uum quēdam laqueo fuiſſe ſuſpenſum ob adul-
terium cum eius domina perpetratum. Scribit
ēt Tiraquellus de legibus connubialibus lege
66 decimatertia, numero octauo. † Curiam Pari
ſienſem damnare cōſueuiſſe adulteros pro qua-
litate delicti & perſonarum, vel virgis cædi, vel
aliter puniri: atque ita ſenſit ille, pœnam eſſe
67 arbitrariam. Papiæ † ſtatuto illius Ciuitatis
in Criminalibus ſtatuto 79. ſub rubrica de pœ
na raptoris & carnaliter cognoſcentis mulierē.
adulter ſi in domo mariti delictum perpetraue
rit, punitur pęna vltimi ſupplicij & publicatio-
nis bonorum, vel altero eorum arbitrio iuſdi-
centis, inſpecta qualitate facti & perſonarum.
Si verò extrà domum mulctatur pœna ducenta
rum librarū. Idem penè ſtatuitur de adultera.
68 Ita etiam † Bononiæ punitur adulter pœna du-
centarum librarum, vt refert Barbat. in cōſilio
69 63. colum. 1. libro quarto. Ita † Peruſij pœna
eſt ducentarum librarum, vt recenſet Corneus
70 in conſ. 114. columna prima lib. 1. † Florētiæ
verò pœna librarū mille mulctatur adulter, vt
teſtatur Barbatius in conſilio 87. columna
71 quinta libro tertio. † Taruiſij bona mulieris
adulteræ ſolummodò publicantur, vt ſcribit
Ancharanus in capitulo primo quæſt. 12. prin.
72 de conſtit. Nouariæ † verò teſte Signorol. in
conſilio 58. adulter pœna centum librarum pu
nitur, ſi vim fecit. Si verò vim nullam adhi-
buit; quinquaginta tantùm. Mulier verò com
73 buritur vel dotem perdit pro viri voluntate.
† Brixiæ extat ſtatutum 71. in criminalibus
ſub rubrica. De pœna mulieris habentis ma-
ritum committentis ſtuprum, ſeu adulterium,
quo ſancitum eſt, adulteram morte naturali
74 plecti. Huius verò Ciuitatis Patauij † ſtatuto
ſub rubrica de adulterio, raptu &c. capitulo ſi
mulier aliqua &c. cautum eſt, quòd adulter pu
niatur in libris quingentis paruorum: Adulte-
ra verò, volente viro, perpetuò carceri inclu-
datur. Prætereo hic alias permultas leges mu-
nicipales Italiæ, quas longum eſſet recen-
75 ſere. Iuſtiores † ergo ſemper exiſtimaui le-

 ges.

ges illas vel municipales, vel communes, quæ
acerbiſſima pœna adulteria mulctarunt. Quan-
76 doquidem ſit † adulterium crimen grauiſſi-
mum. Diuus enim Petrus exiſtimauit crimen
hoc eſſe cæteris grauius. capitulo quid in om-
nibus, trigeſima ſecunda quæſtione ſeptima. Et
idem ſcripſerunt ex noſtris plures, quos copio
sè commemorat Tiraquellus de legibus connu
bialibus, lege 13. numero nono. Nec ſanè mi-
77 rum, cum † adulterium quoddam veluti vitio
rum agmen trahat. Et vt Diodorus Siculus
veriſsimè ſcribit libro primo Biblioth. ad eã,
quæ marito infertur, iniuriam, corruptelam
quoque, ac deprauationem morum, prolis con
fuſionem, matrimoniorum perturbationẽ ad-
78 iungat. † Hinc maritorum cædes; vt Candau
lis Lydij extat exẽplum apud Iuſtinum libro
primo, & Herodo. libro primo. Vriæ libro ſecũ
do Regum cap. 11. Fabij Fabricani, de quo
Plutarchus in paralelis. Romani Argyropſli
Conſtantinopolitani Imperatoris, cuius memi
nit Egnatius in epitome ſua. Hinc etiam ipſo-
79 rum † adulterorum pericula; docet ſiquidem
quotidiana experientia in adulterio deprehen-
ſos occidi: Et non ſolùm id euenit in tenuis
fortunæ hominibus, ſed & in maximis: quem
80 admodum aliquando euenit in † Rodoaldo
Longobardorum Rege, qui in libidine depre
henſus cum matrona interfectus eſt; vt teſta-
tur Paulus Diaconus, contigit & idem in Ioan
ne 12. Pontifice Max. qui in adulterio com-
prehenſus itidem interfectus eſt, auctor eſt Pla
tina in illius vita.

*SVMMARIVM.*


1 *Iudicis arbitrio aliquando puniri ducentem vno tẽpore plures vxores.*
2 *Vxores plures habens legem diuinam offendit.*
3 *Geneſ. cap. 2. exponitur.*
4 *Diui Hieronymi locus.*
5 *Diui Chryſoſtomi locus.*
6 *Theophilacti locus.*
7 *Geneſ. cap. 4. declaratur.*
8 *Vxorum pluralitatem lege diuina antiqua non damnari ex aliquorum opinione.*
9 *Gen. cap. 2. declaratur.*
10 *Lex vim ſuam tunc obtinet cùm ab hominibus recipitur.*
11 *Lex diuina antiqua de pluralitate vxorũ vſu non recepta ab antiquis illis patribus.*
12 *Abraham duas vno tempore vxores habuiſſe.*
13 *Iacob duas duxiſſe vno tempore.*
14 *Moyſes vir duarum.*
15 *Salomon ſeptingentas vxores & trecentas concubinas habuiſſe.*
16 *Lex diuina antiqua de pluralitate vxorum vſu recepta.*
17 *Diſpenſatio de ducendis pluribus vxoribus ex diuina inſpiratione.*
18 *Deus declarare potuit legem ſuam de vxorum pluralitate.*
19 *Pontifex Maximus iuſtis de cauſis diſpenſare poteſt circa legum conſtitutiones.*
20 *Diſpenſationes quatuor cauſas requirere.*
21 *Toſtati Abulenſis opinio de pluralitate vxorum reiecta.*
22 *Tolerantiam non excuſare à peccato.*
23 *Diui Auguſtini locus declaratus.*
24 *Lex inſpirata quę.*
25 *Scripturam non eſſe de eſſentia legis.*
26 *Legis eſſentiam eſſe & in ſcriptura ſecundùm aliquos.*
27 *Lex, vt obliget promulgari debet.*
28 *Ratio naturalis deriuata à principijs naturalibus vim coactiuam non habet.*
29 *Legi inſpiratæ quomodo derogetur.*
30 *Diui Auguſtini locus explicatus.*
31 *Peccati cognitio per legem eſt.*
32 *Vxorum pluralitatem damnari à lege antiqua diuina ex recepta Theologorum ſententia.*
33 *Vxorum pluralitatem lege Euangelica damnari.*
34 *Diui Matthæi cap. 19. declaratur.*
35 *Bigamiam non damnari.*
36 *Proximum circumuenire non licet.*
38 *Circumuenire quid ſit.*
39 *Diui Pauli locus declaratur.*
40 *Caietani error.*
41 *Diui Pauli locus à Caietano malè explicatus.*
42 *Aegyptios permiſiſſe vxorum pluralitatem, exceptis ſacerdotio fungentibus.*
43 *Argumentum à ſenſu contrario ob ſenſum malum reijci.*
44 *Argumentum ab vnius incluſione interdum ceſſare.*
45 *Concilio Tridentino damnari pluralitatem vxorum.*
46 *Vxorum pluralitatem lege naturali damnari.*
47 *Lex naturalis quæ.*
48 *Vxorum pluralitas multis rationibus naturalibus damnatur.*
49 *Vir duabus eodem tempore debitum reddere non poteſt*
50 *Poſsidere eandem rem vno tempore duo inſolidum non poſſunt.*
51 *Lex naturæ eſt, alteri ne feceris quod tibi fieri non vis.*
52 *Vxor & maritus ſocij ſunt.*
53 *Societas ęqualitatem ſummè deſiderat.*
54 *Legi naturali repugnare, quæ ſunt contra naturale deſiderium.*
55 *Legi naturali repugnare, quæ reddunt actionem inconuenientem fini.*
56 *Matrimonium tria bona habet.*
57 *Matrimonij finis ſacramentum, ideſt inſeperabilitas.*
58 *Maſculus in generatione agit.*
59 *Matrimonium eſſe remedium contra concupiſcentiam.*







60 *Mulieri nil magis diſplicere quàm debito coniugali fraudari.*
61 *Papirij prætextati egregium figmentum contra matronas Romanas.*
62 *Vxorum pluralitas diſcordiam parit.*
63 *Rachelis, & Lyæ vxorum Iacob diſsidium.*
64 *Socrates vir duarum vxorum.*
65 *Euripides vir duarum pluralitatem vxorum damnauit.*
66 *Durandi opinio de pluralitate vxorum.*
67 *Matrimonij finem non eſſe operum communicationem.*
68 *Geneſ. cap. 2. declaratur.*
69 *Mulier quomodo à Deo ſit data in viri adiutorium.*
70 *Mulieris opera in domo quæ propriè.*
71 *Seruatoris noſtri cum vna ſola eccleſia ſua connubium.*
72 *Vxorum pluralitas à multis nationibus probata.*
73 *Iudæi plures vxores ducebant.*
74 *Thraces plures vxores ducere conſueuiſſe.*
75 *Aegyptij plurium viri.*
76 *Naſomones plures vxores ducebant.*
77 *Medi pluralitatem vxorum probabant.*
78 *Parthi plures vxores ducebant.*
79 *Perſæ vxores plures probabant.*
80 *Pœnęs pluralitate vxorum gaudebant.*
81 *Numidæ & Mauri plurium viri.*
82 *Tartari plures vxores ducebant.*
83 *Germani olim plures vxores habebant.*
84 *Lacedemonij plures ducebant.*
85 *Athenienſes vxores plures ducebant.*
86 *Brachamani pluralitate vxorum vtebantur.*
87 *Legem naturalem plures offendiſſe difficile eſt dictu.*
88 *Idolis deſeruiſſe barbaros multos.*
89 *Vxorum pluralitatem lege ciuili damnari.*
90 *Cap. Cæſaris lex de vxorum pluralitate non recepta.*
91 *Valentiani lex de pluralitate vxorum.*
92 *Valerianus, & Galienus ſua lege vxorum pluralitatem damnarunt.*
93 *Iudæos plures vxores ex lege Cæſarea habere non poſſe.*
94 *L. nemo la 1. C. de iudæis, declaratur.*
95 *Cap. quod propoſuiſti 32. q. 7. exponitur.*
96 *Vxores plures ducens vno tempore infamia notatur.*
97 *Iudicis arbitrio puniri ducentem vno tempore plures vxores.*
98 *L. 2. C. de inceſt. nup. declaratur.*
99 *Delicta puniri grauius ob frequentiam.*
100 *Caroli Regis Francorum egregium factum.*
101 *Vxores duas tantum ducens relegatur & bonis priuatur, ex aliquorum opinione.*
102 *Stupri pœna quæ.*
103 *Vxores duas ducens pœna mortis puniri poteſt.*
104 *Pœna capitalis dici poteſt & illa, quæ citra mortem eſt.*
105 *L. eum qui duas. C. de adulter. expoſita.*
106 *Adulterium etiam cum ſoluta committi.*
107 *Adulterium cum ſoluta non committi ſecundum aliquorum opinionem.*
108 *L. 1. C. de adulter. declaratur.*
109 *L. inter libertas. §. primo ff. de adulterijs, declaratur.*
110 *Stupri pœna interdum arbitraria.*
111 *Stupri pęna aliquando eſt mortis naturalis.*
112 *Vxorum pluralitas iure Pontificio damnata.*
113 *Vxores plures ducens pœna publicationis bonorũ punitur.*
114 *Vxores plures ducens vti ſuſpectus de hæreſi damnatur.*
115 *Patauij qua pęna puniatur ducens vno tẽpore plures vxores.*
116 *Maritos plures ducens qua pœna puniatur.*
117 *Maritos plures ducens infamia notatur.*
118 *Mulier credens primum virum defunctum excuſatur ſi alterum ſuperinducit.*
119 *L. miles. §. mulier. ff. de adulter. declaratur.*
120 *Iudicis arbitrio punitur mulier, quæ vno tempore plures viros duxit.*
121 *Iudicis arbitrio relinquitur, quod longum tempus dicatur, quo expectauit mulier virum quem credebat mortuum, vt alteri potuerit nubere.*
122 *L. Vxores. ff. de diuortijs, declaratur.*
123 *Conſtantini lex de pluralitate maritorum.*
124 *§. nouimus. in authen. de nuptijs, declaratur.*
125 *§. quod autem. in auth. vt liceat matri & auiæ, declaratio.*
126 *Mulierem non poſſe ducere ſecundum, niſi ſciat certe mortuum eſſe primum, ex lege canonica.*
127 *Concilium Conſtantinopolitanum de pluralitate maritorum.*
128 *Iudicis arbitrio relinqui, qualiter mors viri probetur, vt mulier ſit certa, & poſsit ſecundò nubere.*
129 *Mulier nupta ſecundo, viuente primo, quem viuere ignorabat, reuerſo primo cum eo redire debet, ſecũdo marito relicto.*
130 *Mulier dubitans de vita primi viri non poteſt à ſecundo viro petere ſibi reddi debitum, ſoluere tamen iuſtè poteſt.*


## CASVS CCCCXX.

VXORVM AC MARITORVM
pluralitatẽ improbari lege antiqua diuina,
lege euangelica, naturali, ciuili,
& Pontificia:
et inibi de pœnis eorum, qui duas vno tem-
pore vxores ducunt, vel duos
viros habent.

CVM de adulterij pęnis diſputa
tũ à nobis ſit ſuperiore caſu, diſ
ferendum nunc eſt de pęnis eo
rum, qui vno tempore plures
vxores, vel plures viros habent:
nã & hi adulterio ſe fœdare di
cũt. Hi pariter certis in caſibus pęna arbitraria
1 puniũt. Eſt. n. & in iudicis † arbitrio ꝓ qualitate

facti & perſonarum modò graue, modò leuem
his pœnam indicere. Verùm quo facilius à me
tota hæc egregia & non iniucunda tractatio ex
plicetur, paulo altius exordiar. & planum prius
faciam, eum, qui duas vel plures vno tempore
ducit vxores, non modò antiquam legem diui-
nam lædere, ſed etiam euangelicam, necnon ius
ipſum naturale, legem Cęſaream, & poſtremo
loco Pontificiam.
2 Legem profectò † diuinam antiquam offen-
dere eum, qui duas eodem tempore habet vxo
3 res oſtendit, quod ſcriptum eſt Gene. † cap. 1.
Hoc nunc os ex oſſibus meis & caro de carne
mea. Hæc vocabitur virago, quia de viro ſum-
pta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem
ſuum, & matrē & adhærebit vxori ſuæ: & erunt
duo in carne vna. Dixit, & adhærebit vxori, ſin
gulari numero, vt intelligeremus, vnam & non
duas eſſe poſſe ac debere. Et ſubiungit, & erunt
duo in carne vna. Non dixit, erunt plures.
Quę ſanè interpretatio ab omnibus recipitur,
tum à diuo Hieronymo in cōmentarijs ad Euā
4 gelium diui Matthæi. † Hieronymi verba hęc
ſunt Hęc in exordio Geneſis ſcriptum eſt. Dicē
do autem, maſculum & fœminā, oſtendit, ſecū
da vitanda coniugia. Nō enim ait, maſculum &
fœminas, quod ex priorum repudio quęrebatur
ſed maſculum fœminam, vt vnius coniungis
conſortia necterentur. Et dixit, propter hoc re-
linquet homo patrem & matrem & adhærebit
vxori ſuæ, ſimiliter ait: adhærebit vxori ſuæ, nō
vxoribus, & erunt duo in carne vna: præmium
nuptiarum è duobus vnam carnem fieri, Caſti-
tas iuncta ſpiritui vnus efficitur ſpiritus. Hæc
Hieronymus. Qui quidem lib. 1. contra Iouinia
num, idem penè repetit his verbis. Vna coſta
principio in vnam mulierem verſa eſt. Et erunt,
inquit, duo in carne vna. Non dixit tres, neque
quatuor. Alioqui non duo, ſed plures. Primus
Lamech ſanguinarius & homicida vnam carnē
in duas diuiſit vxores; fratricidium & bigamiā
eadem cataclyſmi pœna deleuit. Hactenus Hie
5 ronymus. Placuit & hæc interpretatio † Chry-
ſoſtomo homilia. 63. ſuper Matthæū, cùm ſcri-
pſit hæc verba. Conſiderandum autem eſt, quia
non auctoritate ſolùm ſcripturæ, verùm etiam
rerum dignitate ſententiam ſuam corroborat.
Non enim dixit: quia virum & mulierem vnam
ſolūmodo fecit, verùm etiā quia iuſſit, vt vnus
vni coniungatur. Nam ſi voluiſſet alteram con
duci vxorem, vni viro creato multas cōformaſ-
ſet mulieres: nūc verò vt creationis & ſanctio
nis modo, vnā vni perpetuò coniungi, & nun-
quam reſcindi oportere docuit. Hæc ille. His ac
6 cedit Theophylactus † in cōmentarijs ad Mat-
thæum, qui ſcribit hęc verba. Ab initio enim
vnum coniunxit Deus vni: atque ita non opor-
tet vnum virum coniungi multis, neque mulie
rem vnam viris multis, ſed eos ſicut ab initio cō
iuncti fuerunt manere: neque abſque cauſa co-
habitationē diuellere, hactenus Theophylactus
Et multo apertius interpretationem hanc pro-
bauit Innocentius Tertius in cap. gaudemus
de diuor.
7 Huc pertinet, quod legitur † Geneſ. cap. 4
Lamech, ꝙ duas duxerit vxores, adulterij crimi
ne damnatū fuiſſe. Hæc vera ſentētia ab omni-
bus ſacris Theologis recipit᷑, excipio hic Toſta
tum Abulenſem in cōmentarijs ad Euangeliū
Matthæi c. 19. q. 30. Durandum in 4. ſenten. di
ſtinct. 33. q. 1. & Caietanum, quem infra comme
8 morabo. † Hic ſcripſerunt, lege ipſa diuina mini
mè prohibitam fuiſſe pluralitatem vxorum.
Horū argumentatio partim confutabo nunc. &
partim infra cum de Euāgelica & iuris natura-
lis prohibitione diſſerā. Nunc enim tria tātùm
argumenta, quę huc verè pertinent, diſſoluam.
Primò itaque exiſtimant aliqui verba illa
9 Geneſ. cap. 2. fuiſſe ſolius Adami primi paren-
tis, non autem Dei rerum omnium cōditoris,
Huic ſanè difficultati facile occurritur, Deum
ipſum locutū fuiſſe per os Adami, ſicuti Serua
tor noſter Matthæi cap. 19. atteſtatus eſt in hęc
verba. Non legiſtis (Phariſæos alloquebatur)
quia qui fecit ab initio maſculum & fœminam
fecit eos, & dixit, propter hoc dimittat homo
patrē & matrem & adhęrebit vxori ſuæ, & erūt
duo in carne vna. Et apertius ita explicant diui
Hieronymus & Chryſoſtomus, quos ſupra cō-
memoraui. Et clarius Theophilactus, q. poſtea
quā ſcripſit verba illa iam à me recitata, ita ſu
biūxit. Non dixit aūt ego feci (de Seruatore no
ſtro Chriſto loquebatur Theophilactus) maſcu
lū & fœminā, ne plus eos exaſperaret, ſed is, qui
fecit, indeffinitè, atq; ita dicit, maximæ curæ fuiſ
ſe Deo coniugij bonum. Vnde permiſit etiam
parentes dimitti, & viris adhærere. Quomodo
autem in Geneſi ſcriptum eſt, Adam dixit: pro-
pterea deſeret ac cœtera? dicimus igitur, quòd
id, quod Adam dixit, ex Deo dixit, atque ita ſer-
mo Adæ, Dei eſt. Hæc Theophilactus.
Secundò excitatur difficultas, quod etſi illa
Gene. cap. 2. dici potuerit lex attamen ob cōtra
riam obſeruationē legis effectum conſecuta nō
10 eſt, † lex enim tunc effectum ac vim legis obti-
net, cùm ab hominibus recipitur, ſicuti ꝓbat c.
leges, vbi Io. de Turre Crem. 4. diſtinct. & egre
giè Abbas in c. cum olim, nume. 4. de cler. con-
iug. & confert cap. 1. de tregua & pace. vbi co-
pioſè Felinus & vberius Rolandus à Valle in
tract. de lucro dotis. q. 99. Et illis accedunt Soc.
iun. in conſi. 32. nume. 44. 46. lib. 3. & Pariſ. in
11 cōſi. 47. nume. 34. lib. 3. Quod verò † lex hęc de
ꝓhibita pluralitate vxorum recepta nō fuerit
ab hominibus tēpore illo veteris legis. vel ex eo
conſtat, ꝙ antiquo illo tēpore reperti ſunt quā-
plurimi ex ſummis illis patribus, qui & duas &
plures duxerunt vxores, quemadmodum legi-
12 mus Gene. cap. 6. Abraam † ſummum illum Pa
triarcham duas eodē tempore habuiſſe vxores
13 Sarā & Agar. Ita † Iacob Lyam & Rachel du-
xit, Geneſ. c. 29. imò habuiſſe quatuor Geneſ.
cap. 30. ſcriptum eſt. Et Helcana duas habuiſſe,
nempè Annā ſterilē & fœnennam, legitur lib. 1.
Regum



14 Regum. cap. 1. † [redacted]
15 Et † Salomon ex eo tantùm fuit re-
prehenſus, quòd plurimas, non autem duas ha-
buerit. Habuit enim ſeptingentas, & concubi-
nas trecentas, vt ſcriptum eſt li. 3. Regum. c. 11.
& apud Ioſephum li. 8. antiquita. Iudaicæ capi-
tulo ſecundo. Hinc legimus Deuthero. c. 21. ver
ba hæc; Si habuerit homo vxores duas, vnā di-
lectam, alteram odioſam, genueritque ex ea li-
beros &c. Quæ ſanè verba innuūt eo iure anti
quo permiſſum fuiſſe viro duas habere vxores.
Huic difficultati reſpōdetur altero de duobus
modis. Et primò negando illam maiorem argu-
menti propoſitionem; quòd non fuerit illa lex
16 vſu recepta: quia immo † fuit recepta, cum Ge-
neſ. c. 4. Lamech (vt diximus ſupra) ea fuerit
damnatus. Et ab Adamo vſque ad Abraam duę
interceſſerūt ætates. Illa enim Abraami fuit ter
tia. Et ab Adamo, & Abraam nnmerat Adon
Viennenſis in Cronicon annos ter mile ducen-
tos & ſeptuaginta: Gerardus verò Mercator in
à ſe diligentiſsimè conſcripta Cronologia, di-
numerat annos ter mile centum & quadragin-
ta. Eo aūt toto tēpore vnum vnam tantùm du-
xiſſe conſtat: & ob id diuinam legem vſu maxi
mè receptā fuiſſe. Ab Abramo aūt citrà multos
poſt annos diuina quadā diſpenſatione fuit per
miſſum Abramo primum, mox alijs, vt duas du
cerent vxores. Quam † ſanè diſpenſationē re-
17 uelationem diuinam appellant diuus Auguſti-
nus libro de bono coniugali, & Diuus Thomas
in 4. ſentent. diſtinct. 33. q. 1. art. 1. & 2. idem fa-
cit Innocentius Tertius Pontifex Maximus in
cap. gaudemus. de diuortijs. Diuinæ huius in-
ſpirationis ratio ea fuit, quam diuus Ambro-
ſius vel verius Auguſtinus cap. obijciuntur 32.
q. 4. (ex Auguſtino. n. li. 22. contra Fauſtū cap.
47. ſumptū eſt) recēſet, nempe gratia propagan
dæ ſobolis. Potuit enim † Deus legem ſuam
18 cauſa maioris boni declarare atq; diſpenſare.
id quod affirmant Scotus, & cæteri in 4. ſenten.
diſtinct. 33. Illis enim temporibus vrgebat ne
ceſſitas quædam, cum perpauci tunc eſſent Dei
cultores, & multi ex ſantiſsimis illis Prophetis
& Patriarchis erant procreandi, qui fidem, &
religionem diuinam tuerentur atque augerent.
Ita etiam videmus permiſſum eſſe, & † Pontifi
29 ci Maximo & cæteris huius ſęculi principibus
ex cauſa declarare atq; diſpenſare contra à lege
ſancita. c. propoſuit. de conceſsione præbendæ
& capitulo ſecundo de filijs presbyter. in ſexto.
Modò concurrant quatuor illa † requiſita, nē-
20 pè neceſsitas, vtilitas, cōgruitas. & honeſtas, quę
concurrebant eo tempore, quo Deus diſpenſa-
uit, vt antiqui illi patres duas haberent vxores.
Quæ ſanè requiſita explicat ſatis diligenter Io.
de Turre cremata in cap. dixit Sara. nume. 7.
32. q. 4. Quo quidem in loco nu. 6. rectè demō
ſtrauit diſpenſationem illam fieri potuiſſe, cùm
non repugnaret primis principijs iuris natura-
lis, ſed concluſionibus tantùm ab eo iure dedu-
21 ctis. Nec mihi probatur illa † Toſtati abulen-
ſis loco ſupra citato opinio exiſtimantis, hanc
non Dei diſpenſationem, ſed tolerantiam quan
dam & (vt dicere aliquando ſolemus) diſſimu-
lationem fuiſſe. ſicuti hodie toleratur meretri-
cium, vt maius delictum euitetur. cap. hac 31.
q. 1. & c. meretrices 32. q. 4. Hæc ſanè Abulen-
ſis opinatio ab omnibus reijcitur, quòd nō eſt
credendum, Deum ipſum voluiſſe patres illos
22 peccare: non enim † tolerantia à peccato excu
ſat, etſi à pœnis temporalibus illum faciat im-
munē. ſicuti in ipſo meretricio, qđ etſi tolere-
tur à Principibus ſæculi, non tamen meretrices
ipſæ peccato carent. cap. illi qui. vbi Archid. &
Turre cremata in fine 6. q. 1. & ſcribunt Theo-
logi in 4. ſent. diſtinct. 37. q. 8. Sylueſter in ſum
ma in verbo, homicidium, il 1. q. 2. dum ſimile
de homicidio affirmant.
Tertiò excitatur difficultas, ex auctoritate
23 diui † Auguſtini libro de virginibus, cùm ſcri
bit in hęc verba. Antiquis iuſtis non fuit pec-
catum, quòd pluribus fœminis vterentur, nec
contra naturam hoc faciebant; cum non laſci-
uiendi cauſa, ſed gignendi hoc facerent, nec cō-
tra morem: quia eo tempore ea fiebant: nec cō
tra præceptum; quia nulla lege erat prohibitū.
Hæc Auguſtinus: qui quidem manifeſtè affir-
maſſe videtur, lege diuina antiqua prohibitā
non fuiſſe vxorum pluralitatem. Verùm reſpō
detur, hanc Auguſtini auctoritatem non repu-
gnare, quandoquidem loquitur ille de lege diui
na ſcripta & promulgata. Ita intelligit etiā di-
uus Ambroſius in libro de Patriarchis, ſicuti re
latū eſt in c. dixit Sara. 32. q. 4. Cū dixit, Abraā
adulterium non commiſiſſe, quia lege diuina
adulterium non erat prohibitum; & tamen La
mech de adulterio fuit damnatus. Geneſ. cap. 4.
intellexit ergo diuus Ambroſius de lege ſcripta
ſicuti gloſſa in d. c. dixit Sara. expoſuit. Et diui
Auguſtini locum ſic apertius declarauit diuus
Bonauentura in 4. ſenten. diſtinct. 33. q. 2. quem
ſecuti ſunt ibidem cæteri, & idem ſcripſit Al-
phonſus de Caſtro lib. 11. aduerſus hæreſes. in
verbo matrimonium. hæreſi quarta. Qui vel ex
eo cōprobat, quòd ante legem Moyſi, à quo lex
ſcripta fuit & promulgata, fuerunt illi patres,
qui inſpiratione diuina plures duxerunt vno tē
24 pore vxores. † Leges enim, quæ ante nec ver-
bis, nec literis traditę fuerāt: ſed cordibus à Deo
impreſſæ, vt dicebat Turre cremata in d. cap. di-
xit Sara. nume. 6. in fine. Quo fit, vt mirum non
ſit, ſi non peccarunt antiqui illi patres, qui ea-
dem diuina inſpiratione, qua legem cordibus
ſuis infixerāt, ab illa receſſerint. Hinc intelligi
mus, nil obeſſe obiectionem eorum, qui dixe-
runt, non referre, quòd lex ſcripta fuerit, vel nō
25 fuerit, cum ſcriptura † legi eſſentiam non tri-
buat, quemadmodum permulti ſcripſerunt in
rub. de conſtit. quo loci Beroius nume. 78. aſſe-
rit receptam eſſe opinionem. Nam primò dice-
re poſſumus, & alios forte plurimos in ea fuiſſe
26 opinione, quòd de legis † eſsentia ſit ipſa ſcri-
ptura,

ptura, vt ſcribũt multi relati à Felino & Decio
in d. rubr. de conſt. colum. 6. ubi recentiores in
annotationibus ad Decium aſſerunt, poſterio-
rem hanc eſſe crebriorẽ. Et huc pertinet, quòd
dicebat diuus Thomas 1. 2. q. 90. art. 4. in fine,
27 quòd cum promulgatio † legis omninò ne-
ceſſaria ſit, ut obliget, cap. in iſtis 4. diſtinct. per
ſcripturam lex perpetuò promulgatur: & ob id
lex à legẽdo uocata eſt, quia ſcripta eſt. ex Iſido-
ri ſentẽtia. Et dicebat idem diuus Thom. quòd
28 illa, quæ † naturalis ratio diſtat, quaſi ex pri-
mis principijs legis naturę deriuata, nõ habent
uim coactiuam per modum præcepti abſolutè,
niſi poſtquam lege diuina & humana ſancita
ſunt. Et hoc illud eſt, quod dicebat diuus Au-
guſtinus, quod non faciebant patres illi contrà
præceptum, quia nulla lege erat prohibitum.
Præterea & ſecundò obicẽ hunc diſſoluere ita
poſſumus, quòd & ſi ſcriptura eſſentiã legi non
tribuat: attamen ita eſſe conditam oſtendit &
probat apud oẽs, ea propter non licet ab ea uni
cuique recedere eo ſub prætextu, quòd ita pla-
cuerit legis conditori, niſi noua ipſa conditoris
29 volũtas probetur, id quod in lege non † ſcri-
pta & cordibus ſolùm infixa nõ contingit. Nã,
qui legem ſecretò reuelatam habet, eadẽ reue-
latione ab ea recedere & tutum & liberum erit.
Quocircà antiqui illi patres, quibus lex cordi-
bus à Deo fuerat infixa, eadẽ Dei uolũtate rece
dere ab illa potuerunt: quippè quòd, qui legis
uinculum iniecerat, illud etiam diſpenſatione
ſua diſſoluerat. Illis autem ſolùm, quibus diſpẽ
ſatio fuit reuelata, non autem cæteris omnibus
licuit. Quod autem de lege ipſa ſcripta Augu-
ſtinus ſenſerit, uel ex eo cõſtat, quòd alioqui ſibi
30 parum conſtans fuiſset: Cum libro † de bono
coniugali cap. 15. ſcripſerit in hęc uerba. Nõ eſt
enim propagandi neceſſitas, quæ tunc fuerat,
quando & parentibus coniugibus alias propter
copioſiorem poſteritatem ſuperducere licebat,
quod nunc certè non licet. Nam tantum affert
oportunitatis ad aliquod iuſtè agẽdum, ſiue nõ
agendum temporum ſecreta diſtinctio, vt nũc
melius faciat, qui nec unã duxerit, niſi ſe conti-
nere non poſſit. Tunc autem etiã plures incul-
pabiliter ducebant, & qui ſe multò facilius cõ-
tinere poſſent, niſi aliud pietas illo tẽpore po-
ſtularet. Hæc diuus Auguſt. qui dum antiquos
illos patres, ob iuſtam neceſſitatis cauſam excu
ſat, legem ad fuiſſe præſupponit, alioqui non
fuiſset opus excuſatione, ſi nulla lex extitiſset;
quippè quòd ibi nullum eſt peccatum, ubi nul
la eſt lex prohibens, ſicuti ait Apoſtolus ad Ro-
31 manos cap. 3. per legem cognitio † peccati. Ne
ergo hac notetur inconſtantia D. Auguſt. di-
cendum eſt, eum in illo de uirginibus libro de
lege ſcripta loqui. Accedit, quòd credendum
eſt, ipſum diuum Auguſtinum noluiſse diſsen-
tire à cæteris patribus, ut à Hieronymo, Theo-
philacto, & alijs, quos commemoraui iã ſupra
& alios mox recenſebo. Pręterea, eſto (quod ta-
men conceſserim nunquam) diuum Auguſtinũ
ſenſiſſe, lege hac diuina pluralitatem uxorum
minimè prohibitam fuiſſe, qua ratione fit, ut ſi
certandum eſt auctoritatibus ſanctorum patrũ
uni ſolo Auguſtino credere uelimus, & non cæ
teris, nempè Hieronymo, Chryſoſtõmo, Theo-
philacto & reliquis. Nam uerè cęteri poſterio-
res ſacrarum literarum interpretes ita cum eis
32 ſenſerunt, ſicuti † Magiſter ſententiarum in 4.
ſent. diſt. 33. & ibidem diuus Bonauentura q. 2.
Richardus q. 1. Paludanus q. 2. qui ita receptũ
eſſe teſtatur. & Io. Maior. q. 1. Ambroſius Catha
rinus lib. 5. contra Caie. cap. de ſacramẽto ma-
trimonij. Dominicus Soto q. 1. ar. 2. Petrus So-
to in commentarijs de inſtitutione ſacerdo-
tum, titul. de indiſſolubilitate matrimonij, Al-
phonſus de Caſtro lib. 11. aduerſus hæreſes. in
uerbo, matrimonium, hæreſi quarta. Ioan. de
Turre cremata in cap. recurrat, & in cap. dixit.
Sara. 32. q. 4. & Arnaldus Albertinus in tract. de
agnoſcendis aſſertionibus catholicis. q. 23. nu.
14. 15. His planum fecimus, lege diuina ueteri
prohibitam fuiſſe uxorum pluralitatem.
33 Lege † euangelica pluralitatem hanc uxorum
prohibitam omninò fuiſſe ac eſſe conſtat ex
34 eo, quod legitur Matthæi † cap. 19. Non legi-
ſtis, quia, qui fecit ab initio maſculum & fœmi-
nam fecit eos. Et dixit, propter hoc dimittet
homo patrem & adhęrebit uxori ſuæ, & erunt
duo in carne una. Itaque iam non ſunt duo; ſed
una caro. Quos ergo Deus cõiunxit homo nõ
ſeparet. Dixit & hoc in loco Seruator noſter, ad-
hærebit uxori ſuæ, & non uxoribus ſuis; dixit
etiam, & erunt duo, non autem tres, uel plures.
Et poſt pauca eodem in loco ſubiunxit idẽ Ser
uator. Dico autem uobis; quia quicunque dimi-
ſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & a-
liam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxe-
rit, mœchatur. Si ergo dimiſſa prima non licet
ducere ſecundã, multominus utranque retine-
re licet. Nam magis conceditur habere unam
poſt aliam; quàm duas ſimul. ait enim Apoſto-
lus ad Corinth. 1. ca. 7. Mulier alligata eſt legi
quãto tẽpore uir eius uiuit, quòd ſi dormierit
uir eius, liberata eſt, cui autẽ vult nubat: tantùm
in Domino. Et diuus Hieronymus dicebat, non
35 damno † bigamos, nec trigamos; id quod rela-
tum eſt in ca. aperiat 31. q. 1. His accedit, quòd
36 lege euangelica nemini licet alterum † circũ-
uenire, uel ſupergredi, ut teſtatur Apoſtolus ad
Theſſalo. 2. ca. 4. Cùm ait, ne quis ſupergredia-
tur, neque circũueniat in negotio fratrem; quo
niam iudex eſt Dominus de his omnibus. Eſt
37 † circumuenire, per dolum & fraudẽ decipe-
re. Supergredi uerò eſt plus accipere in negotio
quàm dare. Atqui ex eadem lege euãgelica, qui
duas ducit uxores, primam dicitur circumue-
nire, & illam ſupergredi. Ergo lege ipſa euãge-
lica prohibetur quis duas uno tempore habere
uxores. Illa minor ita probatur. Nam qui pri-
38 mam duxit uxorem, cũ ea dicitur inire † con-
tractum, quo vir ipſe corpus ſuũ obligat vxo-
ri, & vice verſa ipſa mulier obligat ſuũ viro: at-
que



que ita celebratur contractus, do, vt des. Hunc
iniri contractum inter virum & vxorem oſten-
39 dit † Apoſtolus ad Corinth. 1. c. 7. Cùm ſcri-
bit hæc verba. Mulier ſui corporis poteſtatem
non habet, ſed vir. Similiter autem & vir ſui
corporis poteſtatem non habet, ſed mulier. No
lite fraudare inuicem &c. Hæc Paulus. Vir ergo
ille, qui cum prima contraxit, & corpus ſuum ei
tradidit, ſi cũ ſecunda cõtrahit, nil habet, quod
ei tradat, cum in primam totum tranſtulerit. Et,
quemadmodum ſubiungit Paulus, ſi fraudare
non poteſt primam, dicendum eſt, nil ſecundę
amplius dare poſſe: cum prima iam totius facta
ſit domina. Et iuris eſt regula, quòd ius alicui
quæſitum ab eo inuito auferri non poteſt, l. id
qđ noſtrum. de regulis iuris. Quòd lege ipſa euã
gelica prohibita ſit hæc vxorum pluralitas affir-
mant Theologi illi omnes, quos paulò ſuprà
cõmemoraui. Quocircà mirari non ſatis poſsũ
40 Thomam † Caietanum virum alioqui erudi-
tiſſimum in commentarijs ad caput decimum
Marci Euangeliſtæ, & ad cap. 19. Matthęi exiſti
maſſe, legem de pluralitate vxorum in libris ca
nonicis ſcriptã nõ eſſe, fauens hac in parte per-
ditis Anabatiſtis, qui plures eodem tempore li
cere ducere falsò credebant. Et magis miror,
quod idẽ Caietanus in cõmentarijs ad epiſto-
41 las † Pauli ad Thimotheum prima cap. 3. expo
nẽs hęc Apoſtoli verba. Oportet enim Epiſco-
pũ irreprehenſibilẽ eſſe, vnius vxoris virũ &c.
dixerit, ob id, quod ſolis Epiſcopis dempta eſt
facultas hæc habendi plures vxores, cæteris per
miſſum fuiſſe. Quaſi quòd hac in re imitatus ſit
42 Apoſtolus morem † Ægyptiorum, apud quos
(vt ſcribunt Diodorus Siculus lib. 2. rerum an
tiq. & Tertulianus libro de exhor. caſtita.) idem
apud Romanos obſeruaſſe Pontifices Maximos
& Flamines Diales plures habere vxores libe-
rum cuique erat, exceptis ſacerdotibus. Hęc ſa-
nè Caietani argumentatio indigna certè eſt vi
43 ro tã inſigni, quandoquidẽ † argumentũ à ſen
ſu cõtrario ob eo ductum nullo iure recipitur,
cùm malus inde & legibus contrarius prouenit
ſenſus, ſicuti noſtri ſcribunt in l. 1. in vlt. nota.
ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſd. poſt Bal-
dum in l. conuenticulã. C de epiſcop. & clerici.
Hic aũt malum inde prouenire ſenſum & legi-
bus repugnantẽ ex iam dictis clarũ eſt. Huc per
44 tinet, quod Caietani † argumentum ab exclu-
ſione vnius ad alterius incluſionem ducitur. iu
xta cap. nonne. de pręſumpt. & l. cum prætor. in
prin. ff. de iud. Nam à pluralitate vxorum exclu
dendo Epiſcopum, includere videtur cæteros.
Quod ſanè argumẽti genus ceſſat, quãdo illud,
quod excluditur, alia lege incluſum reperitur,
vt declarat Decius in l. 1. in tertia lectura nume.
84. ff. ſi certũ petatur. Prohibitio aũt pluralita-
tis vxorum etiã quò ad cæteros omnes præter
Epiſcopos incluſa iam eſt in illo, c. 19. Matthæi,
& Apoſtoli ad Corinth. 1. c. 7. Quocircà rectè
45 à Sacroſancto Concilio † Tridentino Seſſione
24. de ſacramento matrimonij, canone ſecũdo
ita diffinitum eſt. Si quis dixerit, licere Chriſtia
nis plures ſimul habere vxores: & hoc nulla le
ge diuina eſſe prohibitũ, anathema ſit. Et idem
iam fuerat ſancitum in Concilio Cõſtantiniẽſi
ſexto cap. 87. Demonſtrauimus hactenus lege
diuina antiqua ac etiã euangelica permiſſum nõ
eſſe vxorum pluralitatem.
46 Lege † naturali nunc facilè etiam aperie-
mus non licere cuiquam duas vno tempore ha-
37 bere vxores † legem naturalem appellamus
hìc naturalem illam rationem, quę nil aliud eſt,
(vt diuus Thomas in 4. ſenten. diſtinct. 33. q.
1. artic. 1. dicebat) quam conceptio hominis na
turaliter indita, quæ dirigitur ad conuenienter
agẽdũ in actionibus proprijs. Permultæ itaque
48 ſunt rationes † naturales, quæ manifeſtè ſigni
ficant, permiſſam non eſſe hanc vxorum plurali
tatem. Et primo, quia iam demonſtrauimus le-
ge diuina & veteri & noua, vnum eſſe vnius tan
tum & virum & vxorem. Inde ergo ſequitur, vt
paulo ſuprà dicebamus, quòd obligatio facta ſe
cundæ eſt impoſſibilis: quia quod iam vnius fa-
ctum eſt, ſine eius conſenſu, alteri concedi nõ
poteſt. Homo enim vnam ducens, ei ſui corpo-
ris poteſtatem ita tradit: vt neceſſe habeat red-
dere debitum cũ petierit, ſicuti ipſemet Apoſto
lus ad Corinth. 1. c. 7. vtrumque affirmat; & re-
latũ eſt in c. debitum, de biga. Quod ſanè debi
48 tum eodem † tempore duabus reddere non
poſſet, ſi ambæ peterent. Et huc pertinet textus l.
3. §. ex cõtrario. ff. de acquirẽda poſſeſſione, quo
40 loci iuriſconſultus ait, † plures eandem rem
inſolidum poſſidere non poſſe: contra naturam
quippè eſt, vt cum aliquid ego teneam, tu quo-
que idem tenere videaris.
51 Secundò accedit, legem † naturæ eſſe, alteri
ne feceris, quod tibi non vis fieri. cap. ius natura
le, diſtinct. 1. Atqui vir nullo modo vellet, quod
vxor alium virum haberet. Ergo nec viro conue
nit alteram ſuper inducere. Id quod comproba-
52 tur tertiò, quia † vir & vxor dicuntur ſocij. Ge
neſ. cap. 3. & in l. aduerſus, C. de crim. expil. hæ
red. appellatur mulier ſocia viri diuinę & huma
53 nę domus. In † ſocietate autem præcipuum
omnium eſt æqualitas, l. ſi non fuerint. ff. pro ſo
cio. Quæ ſanè æqualitas erit, ſi, quemadmodum
(vt infra probabimus) vxor duos viros habere
non poteſt, vel debet, ſi inquam nec vir duas du-
cat eodem tempore vxores. Quartò, huc per-
tinet, quod quidquid eſt contra deſideriũ natu
54 rale, legi † & rationi naturali repugnat. Atqui
zelus viri ad vxorem, & vxoris ad virum natu-
ralis eſt, quia in omnibus inuenitur. Cum verò
zelus ſit amor non patiens conſortium in ama
to, contra legem naturæ videtur, plures vxores
eſſe vnius viri. Id quod infra confirmabimus,
Quintò vrget maximè, quòd illud eſſe dicitur
55 contra legem ſeu † rationem naturalem, quãdo
reddit actionem incõuenientem fini, quem na
tura ex opere aliquo intendit, vt diuus Thomas
in 4. ſentẽ. diſtinct. 33. q. 1. arti. 1. hac de re verba
faciens, dicebat. Atqui habere duas vxores red-
dit

dit inconuenientē finem matrimonij, qui dici
tur ipſius matrimonij bonū. Illud enim impe-
dit. Ergo repugnat naturali rationi habere plu
56 res vxores. Illa minor ita probatur. † Matrimo
nium tria habet pro ſui fine. Primus finis eſt
prolis procreatio & educatio. Hic finis eſt com
munis omnibus animantibus, atque ita eſt ſecū
dùm legem naturæ generis, vt ſcribit Ariſtote
les lib. 8. Ethico. Secundus eſt finis, operum,
quę in vita ſunt neceſſaria, communicatio. Et
propterea dixit Deus. faciamus adiutorium ei ſi
mile. Geneſ. capitulo ſecūdo. Tertius eſt finis ſi
gnificatio Chriſti & Eccleſiæ. Qui ſanè finis ap
57 pellatur † ſacramentum, ideſt, inſeparabilitas;
c. omne itaque 27. q. 2. Ille primus finis corre-
ſpondet matrimonio hominis inquantum eſt
animal. Secundus finis reſpondet matrimonio
hominis inquantum eſt homo. Tertius finis re-
ſpondet matrimonio hominis inquantum eſt fi
delis, & eo ſacramenti vinculo ligatur. Plurali-
tas itaque vxorum non impedit primum finē,
ſed magis illum auget: cum homo facilius ex
multis mulieribus multos filios ſuſcipere vale
at, quàm ex vna ſola. Nam ſcribit Ariſtoteles li
58 bro decimoquinto de animalibus, quòd † ma-
ſculus in generatione gerit ſe erga fœminam, vt
agens circa materiam, quæ patitur. At natura
agentis non repugnat in plures materias vim
ſuam ſimul exercere, immo conducit: quia ſi
mulier vna eſt inuiſa, altera erit grata, ſi vna ſte-
rilis, altera erit fœcunda. Id quod, niſi & re ipſa
& quotidiana experientia clarum non eſſet, exē
plis multis illuſtrarem. Sed illud ſufficiat, quòd
iam ſupra commemorauimus ex lege diuina an
tiqua, qua diſpenſatum fuit cum patribus illis,
vt procreādæ ſobolis gratia plures eodem tem-
pore vxores ducerent. Et alia, quæ infra citabi-
mus, huc pertinent. Secundum verò finem ma
trimonij impedit pluralitas hæc vxorum: & ſi
non omninò tollat. Nam primò ſua virtute fru-
59 ſtraretur, † matrimonium, quod eſt remedium
contra cōcupiſcentiam. ait enim Apoſtolus ad
Corinth. 1. c. 7. qui non poteſt ſe continere nu
bat, fruſtraretur inquā, quia vir forte magis di-
lectam complectetur & alteram cōtemnet, ei
que petenti debitum reddi non reddet, vel, ſi
reddet, non tātum quantū illa cupit. Et propte-
rea illam ex ſocia & vxore efficiet ſibi hoſtem.
60 cum † mulieribus nil diſpliceat magis, quàm
ita decipi & fraudari, teſtes eſſe poſſunt matro
næ illæ Romanæ, quas egregium illud Papyrij
figmentum àd inſaniam propè adegit. Cum
61 enim † Papyrium inſtanter interrogaſſet ma-
ter; quid in Senatu egiſſent patres, eā ita eluſit.
Actum enim in Senatu dixit, vtrum vtilius vi-
deretur, magiſque ex Repub. eſſe, vnusve vt
duas vxores haberet, an vt vna apud duos nu-
pta eſſet. Quod vbi illa audiuit, domo trepi-
dans egreſſa, ad cæteras matronas retulit poſtri
dieque ad Senatum copioſæ matrumfamilias
cateruæ confluxerunt, deprecantes vna potius
vt duobus nupta fieret, quàm vni duæ. Senato-
ribus verò, quæ illa mulierum intemperies, &
quid ſibi poſtulatio iſthæc vellet, mirātibus, &
non vt paruæ rei prodigium, illam verecundi ſe
xus impudicam inſaniam paueſcentibus, puer
Papyrius publicum metum demit. Nam in me
dium curię progreſſus, quid ſibi mater audire
inſtitiſſet, quid matri ipſe ſimulaſſet, ſicuti fue-
rat, enarrauit. Huius egregij figmenti memine
re Gellius lib. 1. noct. attica. c. 23. & Macrobius
lib. 1. ſatural. cap. 6. Satis enim intelligebant
matronæ hæ tantas eſſe nō poſſe hominis vnius
vires, vt duabus ſatisfacere valeat. Eundem etiā
62 ſecundum matrimonij † finem impedit hæc
pluralitas, cum diſcordiam inter ipſas mulie-
res ac etiam contra virum parere ſoleat, quę ſa
nè diſcordia in cauſa eſt, ne mutua auxilia &
63 opera præſtentur. Exēplo ſunt † Rachel & Lya,
Geneſ. cap. 30. Hæ tametſi ſorores eſſent & am-
bæ nuptæ vni Iacob: attamen magnum ſemper
inter eas extitit diſſidium: nec vna ferre pote-
rat alteram, & quòd viro magis una vteretur q̄
altera. Si inter Rachel & Lyam, quæ ſorores e-
rant, tanta fuit hac de cauſa diſcordia & conten
tio, quanto magis credendum eſt, & fuiſſe & fo
re inter eas, quæ ſanguine coniunctæ non ſunt?
Cuius ſanè rei certum nobis pręſtat exemplum
64 vnus ſapientiſſimus † Socrates. Hunc tradit
Gellius libro primo noct. attica. c. 17. ſimul mo
roſam illam Xantippem & Myrtonē Ariſtidis
neptem habuiſſe vxores. Proinde admirante Al
cibiade, in quem tandem vſum aleret duas mu-
lieres rixoſas, nec eas domo exigeret? Hæ, inquit
Socrates, me domi docēt tolerātiam, qua in pu-
blico vtendum eſt, harum moribus exercitatus,
commodior ero ad aliorum conſuetudinem.
Huius etiam rei meminit Diogenes Laertius in
65 eiuſdem Socratis vita. Quocircà & † Euripi-
des, qui pariter duas vxores propè inuitus ha-
buit, vt ſcribit Gell. li. 15. noct. att. cap. 20. dice-
bat in Andromache.

*Nunquam duplicia connubia.*
*Collaudauero mortalium.*
*Neque binas matres habentes liberos.*
*Rixas quidem domorum.*
*Triſteſque offenſas.*

Nec hic repugnat, quod dicebat Durandus
66 † in 4. ſenten. diſtinct. 33. q. 1. hoc argumen-
tum ductum ab euitanda diſcordia pacis & trā
quillitatis impeditiua, non ſatis concludere, cū
id non ſit per ſe, ſed per accidens, ex quo à mu-
lierū malitia prouenit, & propterea naturali iu
ri non repugnat. Verius enim eſt, diſcordiam il
lam & pacis perturbationem non à malitia mu
lierum, ſed ab amore, quo virum mulier natu-
rali affectione quadam proſequitur, deſcende-
re. Nō enim fert amor conſortem in re amata.
Ea propter non fert primæ vxoris erga virum
amor, vt vir ipſe alteri ſe cōiungat. Et quo plus
iungeret ſe vir alteri, eo magis zelus illius pri-
mæ inardeſceret. Huic autem ſententiæ obſtare
magis videtur, quod ſcribit idem Durandus lo
67 co iam cōmemorato, cum ait, quod † cōmuni-
catio



nicatio operum non eſt neceſſarius finis in ma-
trimonio, cum vir in opere aliquo faciendo me
lius adiuuari poſſit per alium virum, quàm per
68 mulierem. Et licet † Geneſ. c. 2. dixerit Deus,
ſe feciſſe adiutorium homini: attamen intelligi
tur ex diui Auguſtini interpretatione quò ad fi
liorum procreationem & educationē. id quod
ſcripſit & diuus Thomas in ſumma, prima par-
te. q. 92. artic. 1. in reſponſione. Reſpondetur
69 huic obiectioni, quòd etſi mulier † data ſit viro
in adiutorium procreationis filiorum, vt ta-
men inde fit, vt excludantur aliæ cauſæ. Si qui-
dem idem diuus Thomas in eadem q. 92. arti.
2. Scribit, fœminam datam fuiſſe viro non ſo-
lùm ob generationis neceſsitatem, ſed etiam
ob domeſticam vitam, in qua aliqua ſunt opera
viri propria, & alia mulieris. Id quod Ariſtote-
lis lib. 8. Ethico. teſtimonio comprobauit. Quo
circà verum minimè illud eſt, omne opus me-
lius poſſe præſtari per virum, quàm per mulie-
rem. Nam & in tertio œcono. ſcriptum reliquit
70 Ariſtoteles, quædā eſſe propria † mulieris ope-
ra in domo, quæ ab ea melius, quàm à quouis
homine præſtantur. Quod verè dicebat diuus
Auguſtinus intelligitur, cùm abſolutè loqui-
mur de viro & fœminā. Nos verò comparati-
uè loquimur de muliere ad virum. Sunt quæ-
dam opera, quæ nec virum decent, nec ab eo ita
cōmodè quàm à muliere fieri ſolent. Id quod
Caietanus ad diuum Thomam d. q. 92. artic. 1.
vberiùs explicat. His conſtat pluralitatem vxorū
impedire ſecundùm hunc finem matrimonij.
Tertium autem finē matrimonij impedire hāc
pluralitatem certum eſt. Quandoquidem vnū
71 tantùm fuit Seruatoris noſtri Chriſti † cū Ec-
cleſia vna connubium, non verò cum pluribus.
Et quamquam ex pluribus fidelibus conſtet Ec
cleſia: attamen vna ſola eſt, ob vnam fidem, &
vnum baptiſma. Et hinc ſcriptum Cantic. cap.
6. Vna eſt colūba mea, perfecta mea &c. & apud
Apoſtolum ad Corinth. 2. cap. 11. Deſpōdi vos
vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. vir
ginem dixit, non virgines. Et eo maximè, quòd
Chriſtus vnicam ſibi vniuit naturam, qua ſigni
ficauit Chriſtianorum matrimonium vnum eſ
ſe oportere. Rationi itaque naturali repugna-
re hactenus demonſtrauimus, quòd vir plures
habeat vxores.

Quæ ſanè vera & recepta ſententia lucidior
apparebit, ſi prius confutabimus vnam ſatis ſo-
lidam eiuſdem Durandi argumētationem. Scri
bit ille. Durum & irrationabile eſſe, per plures,
qui ſolùm ſub iure ipſo naturali vixerunt, pec-
caſſe, & obid damnatos fuiſſe, quod eodem tem
pore plures duxerint vxores. Sicuti vſu multa-
72 rū gentiū † comprobari poteſt, vt ex noſtris co
pioſè cōmemorat Andreas Tiraquellus vir mul
tæ lectionis in tract. de legib. connub. lege ſepti
ma, nume. 16. & fortè prius Alexand. ab Alexan
dro libro primo dierum Genial cap. 24. cuius
Tiraquellus non meminit, & illis alios ego ex
73 ordine magis adiungam. Et de Indis † dicam
primùm. Hi plures vno tempore ducebāt vxo-
res. auctores ſunt Cicero lib. quinto Tuſcula.
quæſtio. Solinus Polyſtor. cap. 55. Strabo libro
15. & ex recentioribus idem teſtatur Ioan. Boe-
mus Aubanus libro ſecundo de moribus, & le-
74 gibus omnium gentium, c. 8. † Thraces idem
pariter obſeruarunt, ſicuti ſcribunt Solinus c.
16. Pomponius Mela. lib. 2. de ſitu orbis, capitu-
lo ſecundo. Herodotus libro quinto. hiſtor. cap.
primo, Alexand. ab Alexand. libro primo die-
rum genial. cap. 24. & Ioannes Boemus libro ſe
cundo de moribus & legibus om. gent. capitu-
75 lo quinto. † Aegyptij quoque plures ducunt
vno tēpore, ſacerdotibus exceptis. Sicuti à Dio-
doro Siculo lib. 2. hiſtor. memoriæ proditum
eſt. Idem teſtatur Ioannes Boemus libro primo
capitulo quinto. Sic † Naſamones plures ha-
bere vxores ſcribit Herodo. libro quarto hiſto.
& meminit Pontifex in capitulo recurrat, 32. q.
77 4. † Ita Medi, vt tradunt Alexand. ab Alexand.
libro primo dierum genial. cap. 24. & Ioannes
78 Boemus in d. lib. 1. cap. 5. † Parthi quoque plu
res habere conſueuerunt vxores. actores ſunt
diuus Clemens libro nono recognit. capit. 7.
Euſebius Cæſarienſis lib. ſexto, euangelicæ præ-
parati. capitulo octauo, & Iuſtinus hiſtoricus
lib. 41. qui de his ita ſcribit. Vxores dulcedine
variæ libidines plures ducunt, nec vllum gra-
uius flagitium quàm adulterium vindicant.
Quæ ſanè verba ad literam propè recenſuit, &
Ioannes ille Boemus in d. lib. 2. cap. 6. De Cire-
niacis idem ſcribit Pomponius Mela libro pri-
79 mo cap. Perſę † idem obſeruant, ſi fidem ad-
hibemus Ammiano Marcellino lib. 23. Herod.
lib. 3. Straboni lib. 15. Alexand. ab Alexan. lib.
primo dierum genial. cap. 24. & Ioanni Boemo
d. li. 2. c. 7. qui ſcribit in hæc verba. Vxores du-
cunt ſinguli multas, aluntque propagandæ ſo-
80 bolis gratia, pelliceſque plurimas. De † Peonis
idem tradit Herodo. in Leypſichore. Sic de Ge
lonis Flaccus li. 7. argonauticon, illo carmine.

*Hæi mihi, vel ſæua coniux non vna Gelono.*

81 De † Numidis & Mauris idem teſtatur Sa-
82 luſtius in Iugurta. † De Tartaris Io. Boemus
d. libro ſecundo capitulo decimo, & Alexan. ab
Alexand. d. libro primo dier. genial. cap. 24. Ger
83 mani † olim duas vxores habere conſueuiſſe
oſtendit Cæſar ad finem libri primi ſuorum
commētariorum, de bello Gallico, cum ſcribit
Arioniſtum Germanum duas vno tempore ha-
buiſſe vxores, vnam natione Sueuam, alteram
Noricam. Idem de Germanis manifeſtius ſcri-
bunt Ioannes ille Boemus lib. 3. cap. 13. & Ale-
xand. ab Alexand. d. cap. 24. Et eodem in loco
84 Alexander de † Lacedemonijs idem tradit, qui
Lycurgi lege ita cautum fuiſſe ſcribit. Et idem
85 affirmant de † Athenienſibus. id quod expreſ-
ſius aſſeruerunt Diogenes Laertius in vita So-
cratis. & Gellius lib. 15. noct. attica. c. 20. Cum
86 de Euripidis vxoribus verba facit. De † Bra-
chamanis Alexand. ab Alexand. d. c. 24. vbi &
de Siculis idem ait. Id quod & Aelianus li. 13.
de

de varia hiſtoria ſenſit, cum ſcribit, Diony-
ſium duas habuiſſe vno tempore. Eſt itaque ar-
duũ, dicebat Durandus (vt ad eum reuertar) ꝙ
tot tantique ſub lege naturali viuentes, in eam
87 † naturalem legẽ peccauerint, ſi vxorum plura
litas eo iure prohibita eſt. Huic obijci reſponde
tur, mirum non eſſe, ſi Barbari hi omnes, quos
recitauimus in hunc errorem inciderint: cũ &
88 his maiores cõmiſerint. Nam † idolos colue-
runt, & nephandũm ſodomiæ vitium, quod le-
gi, rationique naturali repugnare ſciebant. Et ſi
percurrimus auctores iam commemoratos, qui
de ferinis horum moribus ſcripſerũt, multa cer
tè inueniemus ab illis factitata, quæ nec ferę ip
ſæ beſtiæ (vt ita loquar) feciſſent. Non ergo mi
rum ſi & pluralitate vxorum vſi ſunt.
89 Lege † ciuili permiſſam non fuiſſe vllo tem
pore vxorum pluralitatem id ſignificat, ꝙ nec
legibus duodecim tabularũ, nec poſterioribus
data vnquam fuit facultas iſta. Quinimò reie-
90 cta fuit lex, quam iuſſu † C. Cæſaris ſcriptam
habuit, vt refert Hælius Cæcina, ſicuti Claud.
Suetonius in ipſius Iulij Cęſaris vita, capit. 52.
ſcriptum reliquit. Ita pariter recepta non fuit
91 lex illa, quam promulgauit † Valentianus. Is
enim ſeueræ coniugis prædicatione in Iuſtinæ
amorem pellectus, cum neque ſubnixum iam li
beris matrimoniũ ſoluere, & vxori, ex qua Gra-
tianum ſuſceperat, repudium mitteret, ſuſtine-
ret neque frenis amorem, quo puellam tanto-
perè ſibi laudatã deperibat, cohibere poſſet, al-
teram Seueræ Iuſtinæ ſuperinduxit, ex quo Va
lẽtinianum iuniorẽ ſuſtulit. Ac vt facti eius tur-
pitudinẽ amoliretur, lege ſanxit, vt cuilibet duas
ſimul vxores habere liceret, quemadmodũ me-
moriæ prodiderunt Socrates lib. 4 hiſtoriæ ec-
cleſiaſt. cap. 30. Caſſiodo. lib. 8. eiuſdem hiſto-
riæ, cap. 11. & Nicephorus Caliſtus in eadẽ hi-
ſtoria. lib. 11. cap. 33. & Paulus Diaconus li. 11.
append. ad Eutropium. Cæterùm (vt dixi, &
iam relati auctores affirmant) ea lex accepta nõ
fuit. Quinimò Cæſares alij ſuis legibus expreſ
ſim hanc vxorum pluralitatem damnarunt. Si-
92 cuti † Valerianus & Galienus in l. eũ, qui duas.
C. de adulter. ita Diocletianus & Maximia. in l.
93 2. C. de inceſtis nup. immo & † Iudæis plures
vxores vno tempore habere interdixerũt Theo-
94 dos. & Arcad. in † l. nemo, la 1. C. de Iudæis,
& declarat Bal. in conſil. 428. inquiſitio prædi-
cta, col. 2. ver. hoc præmiſſo. lib. 5. qui ait, non
procedere in Iudæo, qui iuxta ritum ſuum pri-
mam repudiauit, & ſecundam duxit. His acce-
dit, q̃d Iuſtinianus in §. affinitatis. inſt. de nup.
aſſeruit, Romæ non licere vno tẽpore duas ha-
bere vxores. Idẽ lege Põtificia ſancitum fuit ab
Inno. iij. in c. gaudemus. de diuortiis. Nec repu
95 gnat tex. † c. quod propoſuiſti. 32. q. 7. cùm ait
quòd ſi mulier infirmitate correpta nõ poteſt
reddere debitũ, vir poterit aliam ducere, modo
primæ non ſubtrahat ſubſidij opẽ. Vera ſiquidẽ
eſt interpretatio. cęteris exploſis, Gregoriũ il-
lũ loqui de ea infirmitate; quę matrimoniũ diri
mit. Sicuti eſt frigiditas, vel maleficium, iuxta
c. conſultationi, de frigid. & malef. Cum. n. pri-
mam habere non poſsit vt vxorem, ſaltem habe
re debet vt ſororem, vel vt ſociũ, ſicuti ait idẽ
Gregorius in c. requiſiſti. 33. q. 1.

De pœnis, quibus hi plures vxores vno tem
pore habentes, puniri debent, agendũ nunc eſt.
96 Et primùm illud annotandum erit, † hos infa
mia notari. l. 1. in fi. & l. quid ergo. ff. de his. qui
nota. infam. ac in l. eum, qui duas. C. de adulte.
Alia etiam indicitur pœna, quam capitalem ali
qui eſſe voluerunt, alij nequaquam. Ego exiſti-
97 mo † arbitrio iudicis pro qualitate perſonarũ
& facti hos eſſe feriendos. id quod manifeſtè
ſcripſerunt Præpoſ. in c. 2. nu. 2. de ſponſa. duo.
& Bernardus Diaz in pract. cano. criminali, c.
74. nu. 9, poſt Butrium, quem vterque eorum re
98 cenſet. Quorum ſanè ſententiã probat. † l. 2.
C. de inceſt. nup. cuius hęc ſunt verba Neminẽ,
qui ſub ditione ſit Romani nominis binas vxo
res habere poſsit, vulgò patet, cum ẽt in edicto
prætoris huiuſmodi viri infamia notati ſint.
Quamobrẽ cõpetens iudex inultam eſſe non pa
tietur. Hæc poſtrema verba ſignificare mihi vi-
dentur, expreſsim ſancitum non eſſe qua pœna
hi mulctentur, ſed iudicẽ ipſum pœnã indicere
debere. Iudex ergo iſte poterit aliquando pœnã
mortis naturalis indicere ei, qui plures q̃ duas
duxit vxores. Ita ſcripſit Gramma. voto, 17. nu-
mero 5. qui manifeſtè cenſuit, ob tanti ſceleris
reiterationem, quo tot ſtupra commiſit, & tot
virginum & matronarum pudicitiam violauit,
pœna capitis hunc eſſe mulctandum. Nam & vi
99 demus (ait ille) † crimina multa, etſi aliàs nõ
digna mortis pęna, ea tamen puniri, cũ perſæpe
ab eodem perpetratum fuit. Exempla, quibus
rem hanc comprobauit Grammaticus, nõ huc
adferam. Et hęc ſententia obſeruata aliquando
fuit apud Gallos & forte Tholoſæ, vt ſcriptũ re
liquit Ægidius Boſſius in tract. cauſarum crimi
nal. tit. de coitu damnato. numero 78. ait enim
ſe audiuiſſe à Prępoſito Tholoſano Regio Sena
tore egregium hoc factum in Gallia eueniſſe.
Duxerat quis vno tempore quatuor vxores, &
cum capite eſſet mulctandus, ad locum ſuppli-
100 cij ducebatur, obuiam habuit iſte † Carolum
Regem, qui illum ad ſe vocari iuſsit: & vocatũ
interrogauit, qua de cauſa morti traderetur, cui
reſpondit, quòd quatuor duxit vxores vno tem
pore. tunc Rex, ego qui Rex ſum vnam tantùm
habere, tu verò quatuor habere voluiſti, nonne
te pudet? Tum ille damnatus ſubiunxit: decre-
ueram ego etiam vnicam habere, bonam tamẽ,
at cũ primã duxiſſem, malã ſum expertus, pro-
pterea ſecundam accepi, quam cum primę ſimi
lem inueniſſem, accepi tertiam, & eadem ratio-
ne quartam duxi cæteris longè peiorem, quare
oĩo ſtatuerã à ducendis vxoribus nõ ceſſare do-
nec vnam inueniſſem, quæ bona eſſet. Quo lepi
do reſpõſo delectatus Rex, illũ morte liberauit.
101 Secundus eſt caſus, qñ quis duas † vxores
tantùm duxit. Hoc caſu ex recepta magis Do-





doctorum opinione pœna eſt publicationis par
tis bonorum & relegationis, ſi eſt perſona hone
ſta: ſi verò vilis eſt, pœna aliqua corporali affici
tur, vt fuſtigationis. Ita ſcripſerunt Salycetus in
l. eum qui duas. C. de adulter. Angelus Aretinus
in tracta. maleficiorum, in verbo. *Che hai adulte-
rato la mia donna*. nume. 65. & ibidem Auguſti-
nus Ariminen. in additio. Alexand. in conſ. 165.
libro ſeptimo, quos ſequutus eſt Didacus in epi-
tome da ſponſal. parte ſecunda, capitulo ſeptimo
§. 3. numero ſexto. & hanc opinionem probauit
etiam Senatus Mediolani, teſte Aegidio Boſſio
in tractatu cauſarum criminalium. titulo de coi-
tu damnato. numero 78. Nam ſtuprum iſte
102 commiſiſſe dicitur. d. l. eum. qui duas. † ſtu-
pri autem pœna eſt publicatio bonorum & rele-
gatio, vel fuſtigatio. vt illi ſcribunt, & explicaui
ſupra caſu 288.

Cæterùm verius eſſe exiſtimo, & hunc, qui
103 duas † duxit vxores pœna capitis puniri poſ-
ſe. Id quod probat Theophilus in ſuis Inſtitu-
tionibus titulo de nuptijs. §. viximus iam, cuius
hæc ſunt verba, Porrò capitalis in eos pœna
conſtituta eſt, qui binas nuptias contrahunt. Et
104 quamquam, pœna † capitulis intelligi poſſit
de pœna citrà mortem naturalem. l. ſi neceſſe. §.
deportatus. ff. de bonis libe. & l. edicto. ff. de bon.
poſſ. & ſcripſi ſuprà in caſu 306. Attamẽ hic in
telligo de pœna mortis naturalis. Nã pœna adul
terij iure nouiſſimo eſt mortis, vt ſuperiore caſu
diximus. Porrò iſte, qui duas duxit vxores. adul
terium cum ſecunda commiſiſſe dicitur, vt pro
105 bat textus dictę † legis eum qui duas. C. de a-
dulter. in illis verbis, etiam crimen ſtupri, à quo
tu remota es &c. Illa dictio etiam, implicat a-
lium caſum cum primo, ac ſi dixiſſet; non ſolùm
ille adulterium commiſit, ſed etiam ſtuprum. Et
106 † adulterium committi ſiue ſolutus ad con-
iugatam accedat, ſiue coniugatus ad ſolutam, ſi-
cuti & quando coniugatus coniugatam cogno-
ſcit. vt probatur in capitulo primo, 34. diſtinct.
& ibi ſcribunt Docto. & Angelus Clauaſ. ac Syl.
ueſter in ſumma in verbo, adulterium, & Iulius
Clarus in practica criminali, §. adulterium. ver
ſicul. tribus modis. Nec obſtat, quod iure ciuili,
107 ex aliquorum opinione, † adulterium non
committatur, quando coniugatus cognoſcit ſo-
lutam; vt tradunt Cynus & cæteri in l. 1. C. de a-
dulter. & in d. l. eum, qui duas. vbi Salycetus. C.
eo. Guido Papæ conſi. 153. colum. 2. Alexand. in
conſi. 139. col. ult. li. 1. Ang. Aret. in. §. nouiſſimè
inſt. ad S. C. Orficia. Soc. Sen. in conſi. 148. col. 2.
li. 1. & Dec. in coſi. 311. col. 2. Roland. in conſi.
74. nu. 12. li. 1. Nam verius exiſtimo adulterium
etiam committi, iure ciuili inſpecto, quando cõ
iugatus ſolutam cognoſcit. vt eo textu l. eum,
108. qui duas, probatur. Nec repugnat † l. 1. C. eo.
qui relati Doctores mouentur, quandoquidem
probat ſolummodò, mulierem non poſſe accuſa
re virũ ſuum de adulterio, etſi vir poſſit accuſa
re mulierem. Et differentiæ rationem adferunt
ibi Cynus & cæteri, & melius Tiraquellus de le-
gibus connubialibus lege prima, numero 43. &
109 44. Nec etiam repugnat. † l. inter liberas. §.
1. ff. de adulter. & l. inter ſtupru m. ff. de verb. ſig.
Cùm dicunt adulterium in nuptam committi.
quia reſpondetur, non inde fieri, quin & à viro
reſpectu ſui thori, quem violat, committatur, li-
cet accuſatio ceſſet. Nam is textus. §. 1. facilè intel
ligi poteſt de non coniugato, qui non coniuga-
tam cognoſcit. Cæterùm, quia ſatis intelligo eſſe
admodum difficile ab ea inueterata opinione re
cedere, ea propter alia ratione noſtram hanc ſen-
tentiam ita confirmo. Admiſſo itaque hunc,
qui duas duxit vxores, ſola pœna ſtupri eſſe
110 mulctandum: attamen cum † ſtupri pœna ſit
iudici arbitraria, vt ſcripſi ſupra in caſu 288. &
iudex poteſt indicere aliquando pœnam mortis
naturalis, ſicuti hoc in caſu, in quo ſtuprator iſte
dolo, fraude, & perſuaſionibus decepit ſecundam
mulierem, cui ſuaſit ſe non eſſe alteri alligatum,
& ideo poſſe eam ducere. Cum enim his dolis
111 & fraudibus † ſtuprum committitur, pœna
eſt mortis naturalis. Ita declarant Baldus in l. ra
ptores. C. de epiſcop. & cleri. & Angelus in
tractatu meleficiorum. in verbo, *che hai adultera-
to la mia donna*. nume. 55. Cum itaque (vt dixi)
hic adſit iſte dolus & deceptio, pœna hæc impo-
ni iure poteſt. Quam ſanè opinionem proba-
runt Romanus ſing. 531. Tuſcis. & Moderni Pa
riſien. in annota. ad Alexand. in conſilio 165. li-
bro ſeptimo, & prius Butrius, quem ſequutus
eſt Præpoſitus in capitulo ſecundo, numero ſe-
cundo de ſponſa duo. & magis in ſpecie Bermõ
dus in tractatu de publicis concubinarijs. in ver
bo, monemus omnes laicos. numero tertio, qui
manifeſtè ſcripſit, hanc pœnam eſſe iudici arbi-
trariam, & iudicẽ poſſe arbitrari vſq; ad mortẽ.
112 Punitur † ẽt pœna publicationis bonorum, ita
ſcribit Girlandus in tractatu de pœnis omniſa-
113 riam coitus. q. 14. numero tertio. † Iure etiam
Pontificio punitur iſte, qui duas habuit vxores,
publica ignominia. capitulo de benedicto. 32. q.
prima, quod notarũt Abbas in capitulo cum ha-
beret. colum. 2. de eo qui duxit in matrimonio,
quam poll. per adulter. & Didacus in epitome
de ſponſal. parte ſecunda cap. 7. §. 3. nume. 6. Ber
mõdus in tract. de publicis concubinariis, in ver
bo, monemus omnes laicos, nu. 2. qui à teſtimo-
nio ferendo repellitur. Quib. accedit Rom. ſing.
531. Tuſcis. qui tamen loquitur de muliere, quę
duos duxit viros. Qua de re infra dicemus. Puni
114 tur etiam iſte † tanquàm ſuſpectus de hæreſi.
ita tradunt Gemi. & Franc. in c. accuſatus. §. ſanè
de hæret. in 6. Io. Lupus in repe. c. per veſtras. §.
17. nu. 25. de dona. inter virum & vxo. & Gon-
dislaus de Villadiego in tract. de hęreticis. q. 9.
quos ſecutus eſt Didac. in d. §. 3. nu. 6. verſ. ſuſpe-
ctus ẽt. & p̃ter eũ copioſè diſſerit Arnal. Alber. in
tract. de agno. aſſertio. cath. q. 25. nu. 55. & n. 60.
Balneoregien. in iudiciali inquiſitorũ. in verbo,
ſuſpicio nu. 18. in fi. Bermõdus vbi ſupra nume

ro quarto. Alijs pœnis apud Hiſpanos puniri
hunc multarum maritum ſcribit Didacus, illa
115 non repeto. Hic † Patauij ex ſtatuto ſub ru-
brica de adulterio, inceſtu &c. punitur pœna
quingentarum librarum: & per annum carceri
includitur.

De mulieribus, quæ plures vno tempore vi-
ros ducunt, dicendũ nunc eſt. Quæ ſanè plura-
116 litas † maritorum multò magis repugnat legi
antiquæ diuinę, euãgelicæ, ac iuri naturali, quàm
ipſa vxorum pluralitas. Id quod vno ore admit
tunt ſacri illi Theologi, quos longa ſerie ſuprà
commemorauimus, & maximè Dominicus So-
to in 4. ſenten. diſt. 33. q. 2. art. 3. qui multis rõni
bus & argumentis comprobat. Et rõni naturali
repugnare hanc maritorum pluralitatem aduer
ſus Platonem egregiè diſputat Lactan. li. 3. diui
na. inſtit. c. 21. Qua rõne fit, vt mulier iſta eiſdẽ
pœnis, immo & grauioribus ferienda ſit, quibus
& viri, qui plures duxerunt mulieres. Et iure ip
117 ſo Pontificio illa his † irrogatur ignominia, vt
capilli & veſtis pars anterior & poſterior abſcin
datur, vt ex gl. in c. de benedicto. 32. q. 1. annota
uit Roma. in d. ſing. 531. Tu ſcis, & Abb. in ca. cũ
haberet. de eo, qui duxit in vxorem, quam pol-
luit per adulter. Et hic Patauij eadem pœna indi
cta eſt ex iam relato ſtatuto.

Declaratur hæc ſententia, vt locum non ha-
118 beat in ea, quæ probabiliter credidit † primũ
virum deceſſiſſe, ſicuti euenit in ea, quæ virum in
militiam profectum diu expectauit, & de eius
morte nuntium aliquod habuit: & fama de eius
morte ita exiſtente, duxit alterum, non punitur
119 aliqua pœna. ita probat † l. miles. §. mulier.
ff. ad legem Iuliam de adulter. Cuius verba cum
valdè egregia ſint, adſcribere volui. Mulier cum
abſentem virum audiſſet vita functum eſſe, alij
ſe iunxit: mox maritus reuerſus eſt. Quæro quid
aduerſus eam mulierem ſtatuendum ſit? Reſpon
di tam iuris, quàm facti quæſtionem moueri.
Nam ſi longo tempore tranſacto ſine vllius ſtu-
pri probatione, falſis rumoribus inducta, quaſi
ſoluta priore vinculo legitimis nuptijs iuncta:
quod veriſimile eſt, eam deceptam fuiſſe, nihil
vindicta dignum videri poteſt. Quòd ſi ficta ma
riti mors, argumẽtũ faciẽdis nuptijs probabitur
pręſtitiſſe cum hoc facto pudicitia laboret, iudi-
cari debet pro admiſſi criminis qualitate. Hacte
nus Papin. qui ex poſtremis illis verbis, iudica-
120 ri debet pro admiſſi criminis qualitate, † tri-
buit arbitriũ iudici, vt pro qualitate criminis pę
121 nã imponat. Ita pariter iudicis arbitrio † reli-
quit Papinianus, quod longum tempus dici poſ-
ſit tranſactum, vt inde fama exiſtẽte de viri mor-
te, ducat alterum: non enim quod tempus illud
eſſe debeat Papiniani temporibus erat lege diffi-
nitum. Longum hoc tempus deinde diffiniuit
122 Iulianus † in l. vxores. ff. de diuortijs. Qui qui-
dem quinquennium expectandum eſſe ſtatuit.
Quod ſanè reſponſum non Iuliani, ſed Tribo-
niani verba eſſe affirmat Iacobus Cuiaccius in
commentarijs ad Nouellam 22. Conſtantinus
123 † verò in l. vxor. C. de repud. ſanciuit mulie-
rem expectare debere quadriẽnium, intra quod
ſi nullum habuit indicium ſoſpitatis eius, liberè
alteri poteſt nubere. Cæterùm Iuſtinianus in
124 † . §. nouimus. in authen. de nuptijs. & in. §. q
autem. in authen. vt liceat matri & auiæ &c. ali-
ter diſſiniuit. Nam in eo. §. nouimus. ſanciuit,
corrigendo Conſtantini conſtitutionem, mulie-
rem expectare debere per decennium virum,
quem ſæpius literis interpellauit, vt ad ſe reuer-
teretur, & reuerti noluit. Sed verè ea non fuit
mens Conſtantini in d. l. vxor. C de repud. vt
ſanciret, de matrimonio mulieris, quæ quidem
ſciebat virum ſuum viuere, etſi ad ſe reuocare
non poterat: ſed ſtatuit Conſtantinus de mulie-
re illa, quæ de mariti ſoſpitate, hoc eſt, an viue
ret, indicium nullum habuit: quaſi quòd præ-
ſumptio eſſet eum deceſſiſſe. Quocirca errorem
125 fortè ſuum agnoſcens ipſe Iuſtinianus † in
. §. quod autem. in authen. vt liceat matri & a-
uiæ. duo ſtatuit.

Primum, quòd & ſi diu maritus in militiam
ſit profectus, & nullas ab eo literas accipere po-
tuerit mulier de eius reditu, quem exoptabat,
quòd nihilominus quandiu ille vixerit, non poſ
ſit mulier alteri nubere. Et rectè ſanciuit Iuſti-
nianus. Nam quos Deus coniunxit, nemo ſepa-
rare poteſt. Matthæi ca. 19.

Secundum vero eſt, quod ſanciuit Iuſtinia-
nus, vt ſi mulier accepit virum ſuum, qui fuerat
in militiam profectus, obijſſe, non prius alterum
ducere poſſit quàm adeat militiæ Chartularios,
qui deſcriptos milites habent; vel Tribunũ mi
litum, & de viri illius morte acceperit teſtimo-
nium. Immo ſtatuit Iuſtinianus mulierem hanc
adhuc expectare debere per anni ſpacium à die
accepti teſtimonij. Et idem quod Iuſtinianus
penè ſtatuerũt ſummi Pontifices, quorum Con
ſtitutiones hac in re, quæ de magno in eccleſia
ſacramento eſt, obſeruandæ ſunt. Iure inquam
126 Pontificio ſancitum eſt, † mulierem non
poſſe ſecundò nubere, donec vſque dubia eſt de
vita mariti abſentis. Vbi verò de illius mor-
te probabilis certitudo habita fuerit, liberè po-
terit nubere: ita conſtitutum fuit in capitulo
cum per bellicam. trigeſima quarta quęſtione ſe-
cunda, in capitulo in præſentia. de ſponſal. & in
capitulo dominus. de ſecundis nuptijs. His Pon-
tificijs conſtitutionibus addo ego canonem con-
127 cilij † Conſtantinopolitani celebrati ſub Con
ſtantino Pogonato, & Iuſtiniano eius filio, qui
ſanè canon excuſſus eſt in ſecundo Concilio-
rum volumine canone nonageſimotertio. Etſi
dubitent aliqui, an Concilium illud pro genera-
li & œcumenico recipiendum ſit: cuius rei iu-
dicium Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vt de cę
teris omnibus relinquimus. Illud etiam hac in
128 re annotandum eſt iudicis † arbitrio relinqui,
qualiter mors viri abſentis probetur, vt inde cer
ta reddi poſſit vxor. Ita ſcribunt Abbas & Præ-
poſ.



poſ. in cap. in præſentia. de ſponſa. Aufrerius in
annota. ad Capellam Toloſa. q. 316. & Didacus
in epitome de ſpõſal. parte ſecunda. cap. 17. §. 3.
nume. 4. Id quod intelligo etiam de milite, cuius
mors probari non poteſt teſtimonio tribuni mi
litum, vel cartularij, iuxta conſtitutionem Iuſti-
niani in d. §. quod autem. in authen. vel liceat ma
tri & auiæ. Euenire interdum poteſt, vt nec hi
ſciant, an viuat ille, vel deceſſerit. Eſt etiam hic
129 notandum, quòd reuerſo † viro illo, qui cer-
to mortuus credebatur, mulier relicto ſecundo
viro ad primum redire tenetur; ſicuti illis con-
ſtitutionibus Põtificijs fuit ſancitum, præſertim
in dicto capitulo dominus. de ſecundis nuptijs,
quo loci & illud eſt diffinitum, quòd ſi conſtan-
te ſecundo matrimonio mulier probabili qua-
130 dam dubitatione † heſitare cœpit de primi vi
ri vita, coniugale debitum reddere quidem po-
teſt & debet, petere autem non poteſt. Id quod
egregiè declarat benè eruditus Nauarrus in c.
ſi quis autem. nu. 84. & alijs ſequentibus. de pœ
nit. diſtinct. 7.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium ſpirituale contrahi inter clericum & eccleſiam.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui iuſtas cauſas, ob quas clericus, vel monachus relinquere poteſt religionem.*
3 *Religionem quatuor modis clericus vel monachus egredi dicitur.*
4 *Monachus vel clericus relinquendo prorſus vitam monaſticam grauiter Deum offendit.*
5 *Nemo debere deſerere bonum, quod ſemel eſt complexus.*
6 *Manendum eſſe in ea vocatione, in qua ſumus vocati.*
7 *Apoſtatæ qui.*
8 *Apoſtatæ infames.*
9 *Apoſtatarum pœnæ plures.*
10 *Diſpenſat Papa cum monaco, vt relicta religione vxorem ducat.*
11 *Iudicis arbitrio eſt, quæ dicatur cauſa iuſta, ob quã conceditur monaco relinquere religionem & vxorem ducere.*
12 *Cauſa iuſta vt monachus, relicta religione, vxorem ducat, eſt regni conſeruatio.*
13 *Raymirus Aragoniæ Rex monachus relicta religione vxorem duxit, ex diſpenſatione Papæ.*
14 *Monachus ad regulam laxiorem quando ire poſſit.*
15 *Opus cœptum non deſerendum.*
16 *Monachus ad laxiorem tranſiens diſpenſari debet.*
17 *Papæ ſumma poteſtas diſpenſandi cum monacho tranſeunti ad religionem laxiorem.*
18 *Religiones quatenus ſub certa regula ſunt, iuris eſſe poſitiui.*
19 *Papa liberè diſpenſat in his quæ ſunt poſitiui iuris.*
20 *Cauſa iuſta in monacho tranſeunte ad religionem laxiorem declaratur auctoritate Papæ.*
21 *Iuſta cauſa tranſeundi ad aliam religionẽ, quæ.*
22 *Regulæ religionis inobſeruantia præſtat iuſtam cauſam recedendi ab ea.*
23 *Cauſa ex perſona monaci vt iuſtè eat ad laxiorem.*
24 *Iudicis arbitrio eſt cauſa, vt monachus eat ad religionem laxiorem.*
25 *Infirmitas iuſtam præbet cauſam monaco eundi ad religionem laxiorem.*
26 *Neceßitas excuſat.*
27 *Aeris mala temperies excuſat ne citatus ad locum eat.*
28 *Iuſtam cauſam, vt monachus ad aliam religionem tranſeat, quis iudicet.*
29 *Iudicis arbitrio quæ cauſa ſit iuſta tranſeundi ad aliã religionem laxiorem.*
30 *Monachus ad ſuam religionem celeriter reuerti debet.*
31 *Iudicis arbitrio quando monacus dicatur celeriter reuerti ad ſua clauſtra.*
32 *Iudicis arbitrio punitur monachus non rediens ad ſuam religionem.*
33 *Monachus de licentia ſuperioris tranſiens ad laxiorem non efficitur apoſtata.*
34 *Monachus quando ad parem religionem poßit tranſire.*
35 *Inconſtantia damnatur.*
36 *Monachus quando ad religionem arctiorem ire poſſit.*
37 *Monachus debet petere licentiam tranſeundi ad religionem arctiorem.*
38 *Monachus prius debet inuenire religionem arctiorem antequam ſuam relinquat.*
39 *Religio arctior quæ.*
40 *Monialis quando ad aliam religionem tranſire poſſit.*

## CASVS CCCCXXI.

### RELIGIONEM DESERERE quando quis omninò poſſit: & quando ad laxiorem, parem, vel arctiorem ire liceat; dilucidè & copioſè explicatum.

DISSERVIMVS ſuperiore ca-
ſu de improbitate eorũ, qui plu-
res vno tempore vxores, vel plu
res viros ducunt, ac etiam de il-
lorum pœnis. Verùm cum inſtar
matrimonij temporalis ſit ſpiri-
1 tuale, quod inter clericum & † eccleſiam con-
trahitur. cap. inter corporalia, de transl. epiſ. &
ſcribunt Abb. in c. vt clericorum, de vita & ho-
neſt. cler. & Euerardus in centuria legali in arg.
à matrimonio temporali ad ſpirituale. Eapro-
pter hic dicendum nobis eſt de pœnis clericorũ,
qui relicta eccleſia ſua vxore prima ad aliam trã
ſeunt. Et primum dicemus de clericis regularib.
hoc eſt, qui monaſticam vitam ſunt profeſſi. Hi
monaſterium, quod iam ſunt ingreſſi deſerere,
& aliò ſe transferre liberè non poſſunt, ſed mul-
ta neceſſaria requiruntur, quorum magna pars
2 † iudicantis arbitrio pendent, vt mox planum
faciam.

3 faciam. Solet enim monachus quatuor † modis
egredi monaſterium. Primò, ex toto deſeren-
do vitam monaſticam ad ſæculum reuertendo.
Secundò, ingrediendo aliam religionem laxio-
rem. Tertiò ingrediendo parem. Quartò in-
grediendo arctiorem. De ſingulis ex ordine
4 dicamus. Quando † primo illo modo mona-
chus clauſtra & monaſterium deſerit, Deum an-
te omnia offendit, atque ita grauiter peccat.
5 Nam ſcriptum eſt Lucæ cap. 9. † Nemo mit-
tens manum ad aratrum, & reſpiciens retro a-
ptus eſt regno Dei. Sunt enim hi inſtar filio-
rum Iſrael, qui corde reuertebantur in Aegy-
ptum, vt legitur Exodi cap. 16 Et canis ad vo-
mitum reuerti dicitur, vt ait diuus Petrus epi-
ſtola 2. cap. 2. Dicuntur & hi ſpernere Dei præce
6 ptum, quo iuſſit, vnumquenque in ea † vocatio
ne, in qua vocatus eſt, manere oportere. vt ſcri
ptum eſt apud diuum Paulum ad Corinth. 7. Et
idem Apoſtolus ad Hebræos cap. 10. Cum ait.
Nec deſerentes collationem veſtram: ſicut eſt
conſuetudinis quibuſdam, admonet religionis
profeſſos conſtantes & ſtabiles eſſe oportere: de
bere obliuiſci eorum, quæ retro reliquerunt
exemplo filiorum Loth, Geneſ. cap. 19. Hi e-
tiam legem Pontificiam & Cæſaream offen-
7 dunt, cum † Apoſtatæ efficiantur. cap. vlt. di-
ſtinct. 50. *vbi Archid.* & *Turre Crema* & cap. 1.
vbi gloſſ. & Docto. de apoſta. & de his loquitur
diuus Auguſtinus in capitulo quantumlibet.
47. diſtin. cum dicit, Nunquam peiores, quàm
qui in monaſterijs defecerunt. Et hi ſi ætate ma-
8 iores ſunt efficiuntur † infames, imò excommu-
nicati cenſentur. cap. ſi quis à vero. 3. quæſtio. 4.
& cap. ſi autem. 11. quæſtio. 3. & ſcribunt An-
gel. Claua. in ſumma, in verbo Apoſtata. nume.
2. & Syluester Prierius in ſumma in verbo, Apo
ſtata. numero vndecimo, quo loci Syluester plu-
9 res alias pœnas huic † apoſtatæ indictas recen-
10 ſet. Diſpenſat tamen † aliquando Pontifex
Maximus vt monachus exire poſſit monaſte-
rium, & ducere vxorem, modo magna & vr-
genti ex cauſa id faciant. Ita affirmarunt diuus
Thoma in 4. ſenten. diſtinct. 34. quæſt. 1. arti-
culo quarto. Angelus Clauaſ. in ſumma in ver-
bo matrimonium. Impedimento 18. nume. 2.
gloſſa & Docto. in cap. cum ad monaſterium.
de ſtatu monac. Anchar. in conſi. 339. colum. 2.
Baldus in l. ſi tibi. in fine ff. de adoptio. Socinus
ſen. in conſ. 28. col. vlt & in conſi. 92. col. 2. lib. 1.
Iaſon in l. ſi arrogator, nu. 5. ff. de adoptio. & in l.
vlt. nu. 2. C. de tranſact. Decius in cap. quę in ec-
cleſiarum. nu. 13. de conſtit. Gozadi. in conſi. 51.
nu. 18. Rubeus in conſi. 147. nu. 8. Pariſius in cō
ſil. 68. nume. 148 lib. 4. & Ripa in cap. Cum M.
Ferrarienſis. nume. 76. de conſtitutio. Quæ au-
tem iuſta ſit cauſa diſpenſandi, lege diffinitum
11 non eſt, & ob id † relinquitur iudicis arbitrio,
nempe ipſi ſummo Pontifici. id quod & cæte-
ris in diſpenſationibus, quæ non niſi ex cauſa
poſſunt concedi, ſcribit Syluester Prierius in
ſumma, in verbo diſpenſatio. nume. 3. Et ma-
12 gna † ac iuſta creditur cauſa, cum pro alicu-
ius regni conſeruatione diſpenſatur, vt mona-
chus exeat monaſterium & vxorem ducat, pro-
13 lemque procreet, ſicuti aliquando euenit † in
Raymiro Rege Aragoniæ, cuius rei meminit
Anchara. in dicto conſil. 33. column. 3. & aper-
tius hiſtoriam receuſet Raphael Volaterranus
libro ſecundo Geographiæ. cap. vltimo. Scri-
bit etiam Arnaldus Albertinus in tract. de agno-
ſcendis aſſertio. Cathol. quæſtio. 23 nume. 41.
Alexandrum Sextum Pont. Maximum diſpen-
ſaſſe cum Cæſare Diacono Cardinale, vt depoſi
to galero Cardineo vxorem duceret filiam Du-
cis Valentiniani Galli.
14 Secundo modo egreditur † monachus mo-
naſterium & religionem, quam iam ingreſſus
eſt, cum ad latiorem ſe transfert. id quod vel
ſua ipſa ſponte facere non poteſt. Nam & hic
locum habent & rationes & auſteritates, quas ſu-
periore caſu commemoraui, quibus fuit de-
monſtratum, ab ea vocatione, in qua à Deo
quis vocatus eſt, non eſſe temerè diſcedendum,
ſicuti temerè is recedit, qui ſua ſponte recedit.
Dicebat enim in collationibus patrum Neſto-
rius Abbas, cuius auctoritatem probat diuus
Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtio. vlti. articulo
15 octauo, in reſponſione; vnicuique † vtile eſ-
ſe ſecundùm propoſitum, quod elegit, ſummo
ſtudio ac diligentia ad operis arrepti perfectio-
nem peruenire feſtinet: & nequaquam à ſua,
qua elegerit ſemel profeſſione diſcedat. Et ſcri
bit diuus Thomas, monachus hunc tranſire
non debere ſua ſponte, ne inde cæteri ſcandali
zentur, & ne ſuam prodat inconſtantiam, ac le-
16 uitatem. Qui ergo † ad latiorem religionem
tranſire cupit, licentiam vel à Pōtifice Maximo
vel ab Epiſcopo, vel a ſuo prælato habeat. Pon-
tifex liberè & ſine cauſa licentiam hanc conce-
dere poteſt: ſicuti ſcribunt Innocentius & Ab-
bas in c. non eſt nobis dubium. de regula. idem
Innocentius in cap. dilectus. nume. 3. de tempo.
ordin. Cardi. in cap. licet. colu. 3. de regula. & in
conſil. 28. nume. 5. & copioſè Lapus alleg. 130.
Syluester Prierius in ſumma in verbo, religio-
ſus, il quarto. nume. 2. Rebuffus in praxi benefi
ciorum. titul de tranſlatione monachorum. nu-
17 me. 9. Habet enim in his † Papa plenitudinem
poteſtatis. cap. propoſuit. de conceſſio. præ-
18 bend. Nam religiones † omnes, quæ ſub certis
regulis ſunt, iuris poſitiui ſunt: Cum non niſi
à Pontifice probentur, permiſſæ non ſint. cap.
vltimo, vbi Abbas in ſecundo notab. de religio.
domi. & idem Abbas in capitulo Deus, qui. ſe-
cundo notab. de vita & honeſta. cleri. & ſcribunt
Angelus Clauaſius in ſumma, in verbo, religio-
ſus nu. 2. & Syluester Prierius in ſum. in verbo
religio. il 1. col. 1. Quòd ſi poſitiui iuris ſint re-
19 gulæ hæc religionum poteſt † pontifex Maxi-
mus ad libitum, ſtatuere quod placet; vt ſcribūt
Ancharan. in conſi. 374. Felynus in cap. 1. nume.
30. de conſtit. & Decius in conſi. 112. nu. 4. Cùm
20 verò iuſta † ſubeſt cauſa, poteſt hic monachus





tranſire ad latiorem religionem ex ſola licentia
Pontificis. ita tradunt Innocen. in cap. vlt. de re
nuncia. & ibidem Ioan. Andr. & Bellamera. Ar-
chidia. in cap. monachum. nume. 3. 20. q. 1. Fran-
cus in capitulo cum ſingula. §. vlt. colum. penult.
de præbend. in ſexto. Rebuffus in praxi benefi-
ciorum. titulo de tranſlatione monachorum. nu
21 me. 9. Iuſta autem cauſa † altero de duobus mo
dis conſiderari poteſt, aut ex parte monaſterij,
à quo monachus iſte vult recedere. Aut ex
22 parte ipſius monachi. Ex parte monaſterij † iu-
ſtam recedendi cauſam præſtat, regulę religio-
nis inobſeruantia. Ita Innocentius & Abbas in
capitulo ſanè. de regula. & Syluester Prierius in
ſumma in verbo religioſus. il quarto, nume. 3.
qui id procedere intelligunt, niſi in alia regione
extaret eiuſdem religionis monaſterium, in quo
regula obſeruaretur. Nam tunc ad illud ſe tranſ
ferre debet iſte, non autem diuerſæ regulæ reli-
gionem amplecti. Ex parte verò ipſius mo-
23 nachi † iuſta cauſa multiplex eſſe poteſt: Et
cum omnes lege diffinitæ non ſint, quippè quòd
24 ex facto pendeant, dicendum eſt, in † iudicis
arbitrio eſſe poſitas. Iudex autem cauſam iuſtam
25 æſtimabit illam, quæ ab † infirmitate & mala
valetudine prouenit: ſicuti probarunt Innocen
tius in capitulo vltimo, de renunciatione. Fran-
cus in capitulo cum ſingula. §. vltimo, columna
penultima de præbend. in ſexto, & ibidem Ge-
minia. idem affirmarunt diuus Thomas 2. 2. quæ
ſtione vltima artic. 8. & ibidem Caietanus. Ar-
chiepiſcopus Florentinus in ſumma parte tertia.
titulo decimoſexto, capitulo quarto. Syluester
Prierius in ſumma in verbo religioſus. ii quarto,
numero ſecundo. Franciſcus de Marchis. q. 958.
parte prima. & Rebuffus in praxi benificiorum
titulo de tranſlatione monachorum. numero de
26 cimo. Ea eſt ratio, quòd hæc dicitur † neceſſi-
tas, quæ ſolet excuſare. l. quæ propter neceſſita-
tem. vbi Decius & cæteri. de regulis iuris, & tra-
dit diuus Thomas 1. 2. q. 96. articulo ſexto. & 2.
2. q. 32. articulo quinto & ſexto. Et hac ratione
permiſſum eſt monachis infirmis comedere car
nes. vt ait gloſſa in capitulo licet canon. in gloſſa
penultima, de electione in ſexto. Iuſta etiam
27 cauſa iudicari debet † mala aeris temperies,
quæ excuſare ſolet, ne quis ad locum eat, vel in
eo commoretur. Sicuti ſcribunt Maria. Socinus
Senior in capitulo veniens. numero vigeſimo-
tertio, de accuſat. Felynus in capitulo accedens. il
ſecundo, numero decimoquinto, vt lite non con
teſtata. & in capitulo ex tranſmiſſa, numero octa
uo de præſcriptione. Ripa in tract. de peſte, titu
lo de priuilegijs iudiciorum. numero quarto. &
Neuiz. in conſi. 51. numero decimoquinto. Has
28 autem cauſas † vel Epiſcopus, vel prælatus
monaci iudicare poteſt, ſi celeritatem adeò re-
quirunt, vt conſuli non poſſit Pontifex Maxi-
mus, alioqui conſulendus ille eſt, vt declarant
Rebuffus & Prierius locis ſupra allegatis. Quan
do autem cauſa hæc celeritatem requirat, lege
diffinitum non eſt, ob id relinquitur arbitrio
29 † iudicis. Hoc itaque caſu, cum ſcilicet mona-
chus tranſit ad latiorem religionem ſine ſui prę
30 lati licentia, reuocari ab eo poteſt, & niſi † ce-
leriter ille reuertatur, compelli poterit. capitulo
non eſt nobis dubium. de regula. Quando au-
tem celeriter reuerti monachus nō dicatur, iure
31 determinatum non eſt, & ob id † relinquitur
iudicis arbitrio, ſicuti manifeſtè cenſuit gloſſ. vl
tima in dicto capitulo nō eſt nobis dubium. Eſt
32 etiam † arbitrarium ipſi iudici, qua pœna co-
gendus ſit ille monachus reuerti, cum nec lege a
liqua pœna illa ſit ſancita. & ſimile infra dice-
mus de clericis ſecularibus beneficia ſua deſeren
33 tibus. Eſt tamen † hoc loco annotandum, quòd
& ſi monachus iſte ſine licentia trāſit ad religio
nem latiorem, & ibidem habitum aſſumat ac de
ferat, non erit nec excommunicatus, nec apoſta
ta. ita Innocen. in cap. intelleximus, de ætate &
qualitate. Lapus alleg. 34. & Rebuffus in praxi
benef. titul. de tranſlatione monachorum, nu-
me. 11.
34 Tertio modo egreditur † monachus mona-
ſterium & religionem, quam prius eſt ingreſſus,
cùm ad parem tranſit. Id quod ſua ſola volunta-
te facere non poteſt, illis rationibus, quas ſupe-
35 rioribus caſibus commemorauimus. Nam † in
conſtantis hominis eſt non conſiſtere in loco, &
de eo illud Poetæ poſſet dici.

*Romæ Tibur amo, ventoſus Tibure Romam.*

Et huc pertinet illud Varronis. Nunquam per-
ueniet qui quot videt ſectatur calles. Accedit &
illud Senecæ Epiſtola ſecunda, primum argu-
mentum compoſitæ mentis exiſtimo poſſe con-
ſiſtere & ſecum morari. Nam, vt idem ſubiun-
git, non coaleſcit planta, quæ ſæpe transfertur.

Quocirca à monacho iſto requirenda eſt hoc
caſu licentia vel à Pontifice Maximo, qui ſine
cauſa eam concedere poteſt, vel ab Epiſcopo, vel
prælato, qui iuſtis de cauſis id poſſunt facere. Si
cuti & ſuperiore caſu diximus, & tradunt in ſpe
cie Syluester in ſumma, in verbo religioſus. il
quarto nume. 2. verſicul. Si verò tranſitus ſit ad
æqualem. gloſſ. in cap. ſignificatum in fi. de regu
la. Cardin. in clemen. cum conceſſa. de electio.
& Rebuffus in dicto titulo de tranſlatione mona
chorum, nume. 7.
36 Quarto modo egreditur † monachus mona-
ſterium & religionem, quam profeſſus eſt, & ad
arctiorem ſe transfert. Quod quidem ſua ſponte
facere non poteſt, ſed requirendus eſt conſenſus
37 Abbatis. Verùm licentia † petita, & non
obtenta, monachus iſte tranſire poteſt, ca-
pit. licet. de regula. gloſſ. in capitulo cum ſingu
la. §. vltimo, in verbo, canonicæ, de præbend. in
ſexto, vbi Gem. & cæteri. Butrius in capitulo
vlt. colum. 1. de renunc. Idem placuit diuo Tho-
mæ. 2. 2. q. vltima, art. 8. Calder. in conſi. 15. Ar
chiep. Floren. in ſumma, parte tertia, titul. 16. ca.
4. Syluester in ſumma in verbo religioſus. Il
quarto, colum. 1. & apertius Rebuffus in praxi
beneficiorum, titul. de tranſlatione monacho-
rum. nume. 5. qui ex ſententia Roma. ſing. 452.

ſcribit, quòd non ſufficeret licentia Prioris. Et
idem Rebuffus ibidem nume. 14. tradit poſt So
cinum Sen. in conſi. 222. lib. 2. & poſt Innocent.
38 & alios in cap. vlt. de renunc. quòd † mona-
chus iſte, qui vult tranſire ad aliam religionem,
debet prius eam inuenire, antequam licentiam
petat. Eſt etiam illud annotandum, quod ſcribit
Sylueſter poſt alios loco præallegato. colum. 1.
verſicul. pro quibus aduerte, quòd ſi dubitetur,
39 an ſit † ſtrictior religio, ad quam hic mona-
chus vult tranſire, non creditur verbo aſſerentis
velle tranſire, ſed ſuperioris iudicium eſt requi-
rendum. Superior is eſſe hoc in caſu intelligitur,
ad quem appellaretur, ſi monachus iſte grauare
tur. Non enim prælatus eſſe debet iudex in cau-
ſa ſua. Eſt tamen, quòd animaduertat monachus
iſte, quo ducatur ſpiritu, vt ad arctiorem religio
nem tranſeat: cum perſæpe peſſimus ille ſatha-
nas in Angelũ lucis, vt homines fallat, ſe (vt di
ci ſolet) transfigurat.

40 Quæ de monachis † hactenus à nobis ſcri-
pta ſunt, & in monialibus locum habent. Nam,
quæ in monachis diſpoſita ſunt, cenſentur etiã
de monialibus conſtituta, quò ſcilicet ad eis pro
portionabilia. ita ſcribunt Card. in clem. 1. q. 7.
de regula. Abbas in capitulo vltimo, in vltimo
notabili de ſtatu mona. quos ſequutus eſt Natta
in conſi. 432. nume. 15. libro ſecundo. Illis ergo
modis & caſibus, quibus permiſſum eſt mona-
cho ad aliam religionem tranſire, permiſſum e-
tiam eſt monialibus. Ita in ſpecie decidit Fran.
de Marchis. q. 965. parte 1. ex ſententia Abbatis
in cap. ult. de regula.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus ſecularis quando religionem regularem ingre di poſsit.*
2 *Diui Gregorij locus.*
3 *Presbyteri gerentes curam animarum poſſunt ingre- di religionem regularem.*
4 *Diui Hieronymi locus egregius.*
5 *Cap. admonet. de renuncia. declaratur.*
6 *Iudicis arbitrio punitur clericus ſecularis, qui inconſul to Epiſcopo eccleſiam ſuam deſerit.*
7 *Vaſallum ſine conſenſu domini ſui non poſſe feudum deſerere.*

## CASVS CCCCXXII.

### CLERICOS SECVLARES ET presbyteros animarum curam gerentes poſſe regularem religionem ingredi.

QVÆ de monachis & monialibus ſu-
periore caſu ſcripſimus, faciunt, vt hoc
loco aliqua de clericis, quos ſeculares
1 appellamus, ſubijciamus. Hi. n. † cleri
ci relicta propria eccleſia, in qua ẽt animarum cu
ram gerunt, poſſunt ad religionem regularium
ſe transferre, ita probat cap. duę ſunt, inquit, le-
ges. verſicul. ſi quis clericorum. 19. q. 2. Cum ait.
Si quis clericorum in eccleſia ſua ſub Epiſcopo
populum retinet, & ſeculariter viuit, ſi afflatu
Spiritusſancti in aliquo monaſterio, vel regulari
canonica ſe ſaluari voluerit, etiam Epiſcopo cõ
tradicẽte, eat liber noſtra auctoritate. Nec hic re
2 pugnat illud † diui Gregorij in paſtorali, cùm
ait: Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixi
ſti apud extraneum animam tuam. Spondere
namque (ſubiungit ille) pro amico, eſt alienam
animam in periculo ſuæ conuerſationis accipe-
re: quemadmodum accipit clericus, qui anima-
rum curam in ſua eccleſia gerit. Non ergo in
ſua facultate poſitum eſſe videtur eam curam de
ſerere. Non inquam hoc repugnat, quandoqui
dem, vt ait diuus Thomas 2. 2. q. 189. artic. 7. in
3 reſpõſione ad primum, † presbyteri gerentes
animarum curam tamdiu obligati ſunt cuſtodi
re animas eorum, qui ſuæ curæ ſubijciuntur,
quamdiu parochiam atque eccleſiam retinent.
Non enim ita ſe obligaſſe dicuntur, vt perpetuò
debeant eam retinere. Non etiam repugnat, qđ
ſi ita paſſim liceret clericis animarum curam ge-
rentibus ingredi religionem, plebs abſque paſto
rum cura remaneret, quod eſſet admodum incõ
ueniens. Non inquam & hoc repugnat. Nam tã
ta eſt hominum varietas, & tot ſunt eorum ſen-
tentiæ, quot (vt dicebat Poeta Lyricus) capita, vt
verendum non ſit, quin ſi vnus eccleſiam & ani-
marum curam relinquat, alter quamprimum il-
lam aſſumat. Et præterea vt loco præallegato di
cebat diuus Thomas: hi, qui hæc obijciunt præ
4 oculis habeant illud diui † Hieronymi contra
Vigilant. cuius verba adſcripſi. Quamuis à te
linguæ vipereæ morſus ſæuiſſimos patiantur,
ſcilicet religioſi, quibus argumẽtaris & dicis, Si
omnes ſe clauſerint & fuerint in ſolitudine, quis
celebrabit eccleſias? Quis ſæculares homines lu
crifaciet? Quis peccantes ad virtutes poterit ex-
hortari? Hoc enim modo ſi omnes tecum ſint,
quis ſapiens eſſe poterit? Et virginitas non erit
approbanda. Si enim virgines omnes fuerint, &
nuptiæ non fuerint, interibit genus humanum.
Rara eſt virtus, nec à pluribus appetitur. Hæc di
uus Hieronymus, qui oſtendit uanam eſſe dubi-
tationem hanc.

5 Non etiam obſtat, quod ſancitum eſt in † c.
admonet. de renuncia. dum prohibentur clerici
inconſulto Epiſcopo eccleſias ſuas dimittere. Si
quidem reſpondetur loqui eo loci Alexandrum
Tertium de clericis ſæcularibus, qui ad religio
nem non tranſeunt, ſed eccleſias ſuas ſine cauſa
deſerunt. Nam non ſolùm hoc facere non poſ-
6 ſunt, verum etiam, ſi id faciunt, pœna † iudici
arbitraria puniuntur, vt ex ſententia Petri affir
mant Ioan. Andreæ in d. cap. admonet. colum. 2.
in pri. & Butrius nume. 6. qui quidem Butrius
ſubiungit, quòd quando clericus dimittit pro
priam eccleſiam, vt tranſeat ad alteram eiuſdem
diœceſis, ſufficit tacitus conſenſus: ſi verò vult
tranſire ad aliam alterius diœceſis requiritur ex-
preſſus



preſſus conſenſus Epiſcopi. Nec enim his licet
ſine cauſa recedere à iam contracta obligatione
cum eccleſia ipſa, ſeu ipſius prælato. Sicuti dici
7 mus non licere † vaſallo deſerere feudum ſine
conſenſu domini. Ita tradunt Baldus in l. cum Ar
chimedoram. nume. 9. C. vt in poſſeſſ. lega. Mo-
derni Pariſien. in conſuetudinibus Pariſien. ti-
tul. 1. §. 1. gloſſ. 5. nu. 3. & Cephalus in conſi.
18. lib. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopum non poſſe, eccleſia ſua relicta, religionem ingredi*
2 *Epiſcopus arctiſſimum matrimonium cum eccleſia ſua contraxiſſe dicitur.*
3 *Epiſcopus non poteſt ad aliam cathedralem ſe trans- ferre.*
4 *Epiſcoporum translationes à canonibus improba- tæ.*
5 *Iudicis arbitrio eſt, quæ dicatur iuſta cauſa, vt Epiſco pus ad aliam cathedralem transfertur.*
6 *Cauſæ multæ, ob quas Epiſcopus transferri poteſt ad aliam cathedralem.*
7 *Cauſæ duæ præcipuè, ob quas Epiſcopus transferri po- teſt ad aliam cathedralem.*
8 *Socratis hiſtorici eccleſiaſtici locus.*
9 *Neceſſitas ob quam Epiſcopus transfertur.*
10 *Matthæi ca,* 10. *declaratur.*
11 *Perigenis Epiſcopi translatio.*
12 *Aeris intemperies iuſtam translationis cauſam in Epi ſcopo præbet.*
13 *Aquarum inundatio iuſtam cauſam præbet, vt Epi- ſcopus ad aliam eccleſiam transferratur.*
14 *Eccleſiæ locus ſi latronum ſocietate repletus eſt, tranſ- ferri iuſtè poteſt Epiſcopus.*
15 *Epiſcopum poſſe renunciare ſuæ eccleſiæ ob latronum & malorum frequentiam eo in loco.*
16 *Prædonum frequentia facit, vt eccleſia ab Epiſcopo deſeri poſſit.*
17 *Epiſcopum transferri poſſe ad aliam eccleſiam ob ſuæ eccleſiæ vtilitatem.*
18 *Petrum Apoſtolorum Principem fuiſſe Romam tranſ latum ob eccleſiæ vtilitatem.*
19 *Epiſcopum ob eccleſiæ vtilitatem cogi poteſt relinque re eccleſiam antiquam, & ad aliam ire.*
20 *Anima proximi eſt anteferenda corpori noſtro, no- ſtriſque bonis.*

## CASVS CCCCXXIII.

### EPISCOPVM NON POSSE, ECcleſia ſua relicta, vel religionem ingredi, vel ad aliam ſine iuſta cauſa tranſire, diligenter tractatum.

NON modò monaci & clerici ſecu
1 lares eccleſias ſuas deſerere poſ-
ſunt, ſed nec multò magis † Epi-
ſcopi. Non enim his permiſſum
eſt, relictis proprijs eccleſijs, reli-
gionẽ regularẽ ingredi: ſicuti conſtitutum eſt in
cap. niſi cum pridem. de renunc. quo loci Innocẽ
tius Tertius Epiſcopum in hæc verba alloqui-
tur. Si pennas habes, quibus ſatagas in ſolitudi-
nem volare, ita tamen ſunt adſtrictæ nexibus p̃-
ceptorum, vt liberum non habeas abſque noſtra
permiſſione volatum. Qua de re copioſè ſcribũt
diuus Thomas 2. 2. q. 185. artic. 4. & q. 189. art.
7. & Cardinalis de Turre cremata in cap. hoc ne
quaquam 7. q. 1. vbi multis comprobat. Sunt
2 enim Epiſcopi † propriò conſenſu deuincti ſuis
eccleſijs, cum quibus arctiſſimum ſpirituale ma-
trimonium ita contraxerunt, vt diſſolui non niſi
magna ex cauſa à ſummo Pontifice poſſit, capit.
quanto. & cap. inter corporalia. de translatione
Epiſcopi. Et hac ratione quoque factum eſt, vt
3 non liceat † Epiſcopo ad alteram cathedralem ſe
transferre. Nam ſedium mutatio, vt eccleſijs
valde pernicioſa, iam olim canonibus prohibi-
ta eſt, idque auctoritate Concilij Niceni cap. 15.
ac Sardicen. cap. 16. Huius prohibitionis ratio
à canone illo Sardicenſi habetur, Concilij ver-
ba adſcripſi. Oſius Epiſcopus dixit, non minus
mala conſuetudo, quàm pernicioſa corruptela
funditus eradicanda eſt, ne cui liceat Epiſcopo
de Ciuitate ſua ad aliam Ciuitatem tranſire. Ma
nifeſta enim eſt cauſa, qua hoc facere tentat,
cùm nullus in hac re inuentus ſit Epiſcopus, qui
de maiore Ciuitate ad minorem tranſiret, vnde
apparet auaritiæ eos ardore inflammari, & am-
bitioni ſeruire, & vt dominationem exerceant.
Si ergo omnibus placet, vt huiuſmodi pernicies
auſterius vindicetur, nec laicam communionem
habeat, qui talis eſt. Vniuerſi dixerunt, placet,
etiam ſi talis aliquis extiterit temerarius, vt forſi
tan excuſationem afferat, quòd populi literas ac
ceperit, cum manifeſtum ſit præmio & merce-
de paucos, qui ſinceram ſidem non habent, po-
tuiſſe corrumpi, vt clamarent in Eccleſia, & ip-
ſum petere viderentur Epiſcopum, omninò has
fraudes remouendas eſſe damnamus, ita vt nec
laicam communionem in finem accipiat talis,
quod ſi vobis omnibus placet, ſtatuite. Vniuerſi
dixerunt placet. Hactenus Sardicenſe Conciliũ.
Eandem quoque rationem confirmat Leo Pon-
tifex in quadam epiſtola, quam ſcriptam habe-
mus in cap. ſi quis Epiſcopus 7. q. 1. Quinimmo
clarè teſtatur Theodoritus lib. 5. eccleſiaſt. hiſto.
cap. 8. antiquos patres ac canonum auctores
4 † huiuſmodi translationes prohibuiſſe vt ambi-
tionem præcederent. Cæterum iuſtis de cauſis
mutationes & translationes hæ conceduntur.
5 † Cauſæ autem iuſtæ quæ ſint, non omnino lege
diffinitæ ſunt, ſed in ſuperioris iudicis nempè
ſummi Pontificis arbitrio relictæ ſunt. ſicuti in
ſpecie annotauit Franciſcus Duarenus lib. 5. de
ſacris Eccleſiæ miniſterijs ac beneficijs cap. 3. in
6 fine. Solent tamen permultæ † cauſæ conſidera-
ri, vt recenſet Petrus Rebuffus in praxi benefi-
ciorum titu. de tranſlationibus Epiſcoporum. nu
7 mero 4. 5. 6. Verùm duæ † præcipuè ſunt, ſub q̃-
bus & reliquæ continentur, nempè cauſa neceſſi
tatis, & vtilitatis qua, hæ mutationes permittun-
tur

tur c.mutationes.7.q.1.ſicuti cōceduntur & ipſa
rummet eccleſiarum & rerum ſacrarum transla-
tiones,cap. tribus,de conſecr.diſt. 1.& ſcribit So-
crates lib.7.hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 35. & ea æta-
te permiſſam fuiſſe hanc Epiſcoporum transla-
tionem propter oportunos & neceſſarios eccle-
ſiæ vſus. Et eo loci multis exemplis hoc demon
ſtrat. Quo ex loco declaratur, quod ſcribit idem
8 † Socrates eodem lib.7.cap.39.cùm ait, Cœleſti
num ſua epiſtola declaraſſe, nil obſtare, quomi-
nus, qui vnius ciuitatis, vel nominatus fuiſſet
Epiſcopus, vel iam eſſet Epiſcopus, ad alteram
ciuitatem transferretur. Hæc ſanè Cœleſtini ver
ba ex iam dictis interpretantur, quando ſcilicet
vrget neceſsitas. Tametſi Duarenus,quem iã cita
ui,aliter fortè viſus ſit intelligere Socratis etiam
9 loco corruptè citato. Neceſsitas † autem conſide
rabilis eſt,vt ſi adſint eò in loco primæ ſedis per-
ſecutores. Nam tunc ad aliam ſedem transferri
10 poteſt,iuxta illud † Matthei cap.10. Si vos per-
ſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Et
memoriæ proditum eſt à Socrate lib.7.hiſtoriæ
11 Eccleſ.cap.35. † Perigenem Eccleſiæ Patren-
ſis deſignatum Epiſcopũ, ob id,quòd à Patren-
ſibus repudiaretur, Eccleſiæ Corinthi metropo-
12 litanæ præpoſitum fuiſſe. Ita etiam ſub cauſa † ne
ceſſitatis comprehenditur intemperies aeris, vt
ſcribunt gl.in d.c.tribus.de conſecra. diſt. 1. &
in c.quorundam.74.diſtinct. Et his ſimilia com
memoraui ſupra caſu ab hoc ſecundo,cùm expli
caui,quando liceat monacho ſe transferre ad re-
13 ligionem latiorem. Ita etiam ſi locus † aquarum
inundatione grauetur, vt ſcribit Rebuffus in d.
tit.de trãslatio. Epiſcop.nu.5.argu.l.2.ff. ſi quis
14 cautio. Qui nu.6.ſubiungit,idem eſſe, † cum lo
cus malorum ſocietate grauatur.cap.ita nos.25.
15 q.2. Eam enim † ob cauſam poteſt etiam Epiſco
pus renunciare epiſcopatui. cap. niſi.§. propter
malitiam. de renunc. Ita etiam ſi in eo loco ad-
16 ſunt † prædones, qui expelli non poſſunt: tunc
in locum congruum transferri debet. cap. eccle-
ſias.16.q.7.vbi glo.& notat Rebuffus vbi ſupra
numero octauo.
17 Altera verò † cauſa eſt vtilitatis eccleſię.d. c.
mutationes. 7. q. 1. quo loci ſcribit Antherius
Pont. Maximus ob populorum vtilitatem diuũ
18 Petrum † Apoſtolorum principem ab eccleſia
Antiochena fuiſſe translatum ad Romanam. Cę
tera exempla ab Antherio commemorata non
repeto. Hæc ſanè populorum, atque ita publica
19 vtilitas anteferẽda eſt priuatæ ipſius † Epiſcopi,
qui etiam inuitus cogi poteſt antiquam eccleſiã
relinquere & nouæ præeſſe. Nam paſtor bonus
ponit animam ſuam pro ouibus ſuis; Ioan.c.10.
ſi animam ſuam, multò magis corpus. Et diuus
Paulus ad Romanos. cap. 9. Optabam ego ana-
thema eſſe à Chriſto ꝓ fratribus meis. Et diuus
Auguſtinus exponens illud Matthei cap.22. di-
liges proximum tuum ſicut te ipſum; rectè ait,
20 plus debemus diligere † animã proximi,quàm
corpus proprium. Ergo multò magis debet Epi
ſcopus diligere ſalutem multorum, quàm pro-
prium temporale commodum. Et hùc pertinent
textus in cap.quicunque.12.q.5.& gloſſa in c.li-
cet. de regula.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopi munus eſſe viſitare & prædicare.*
2 *Epiſcopi legatio diuina eſt.*
3 *Viſitare ſuas eccleſias cur debeat Epiſcopus:*
4 *Epiſcopus negligens diſtrictæ ſubiacet vltioni.*
5 *Iudicis arbitrio punitur Epiſcopus negligens viſitare & prædicare.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur, quo tempore Epiſcopus teneatur viſitare Eccleſias ſuas.*
7 *Iudicis arbitrio relinquitur, quatenus eſſe debeat numerus perſonarum, quæ Epiſcopum Eccleſias viſitantem concomitari debent.*

## CASVS CCCCXXIIII.

### EPISCOPI MVNVS IN PRAEDI-
### cationibus & viſitationibus, & de pœnis negligentis ſuum hoc munus præſtare.

POSTEA quam verba facere cœ
pimus de munere Epiſcopi, ſub-
nectam & hic aliqua, quæ eò per
1 tinẽt. Eſt ſanè † Epiſcopi munus
Eccleſias ſuæ diœceſis viſitare,
in illiſque verbum Dei prędica-
re,quod ſi ipſe iuſtis de cauſis nequit præſtare,
alterius opera vti omnino debet. Nullo enim
iure, vel ratione à tanto munere deſiſtere poteſt,
vel debet. Ita enim ſtatuit Inno.iij. in cap. inter,
2 de off.iud.ordina. Eſt enim his † diuina legatio
mandatum quoddam, vt eos,ad quos miſſi ſunt,
nempe Chriſtianam Rempub. erudiant: & ea,
quę ad ſalutem neceſſaria ſunt, diligenter admi-
niſtrent, Chriſtum prædicent,& Dei virtutẽ &
teſtimonia eius enarrent, ſicuti eos facere iuſſit
Seruator noſter,cum dixit. Ite in vniuerſum mũ
dum & prædicate euangelium omni creaturæ,
Lucæ cap.13. Quod quidẽ ſedulò facere debẽt,
cũ de mãdato grege cuſtodiendo reddituri ſint
3 rationem. cap.irrefragabili.de off.ordina. † Viſi
tare etiam ea ratione debẽt ij eccleſias ſuas; quia
ex viſitatione ipſa multæ oriuntur vtilitates,
multique fructus;qui nunquam pereunt. c. pro-
curationes.de cenſib.& ſcribit Marianus Socin.
ſen.in Tract.de viſitatione.num.25. cum ſubſe-
quentibus,& in fine ipſius tractatus. Hæc autẽ
4 munera ſi præſtare negligit † Epiſcopus diſtri-
cta ſubiacet vltioni, ideſt, grauiter punitur. d. c.
inter.in fine.de off.ordina. Quæ autem diſtricta
hæc vltio ſit, iure non eſt diffinitum; eapropter
5 † relinquitur iudicis arbitrio, vt docuit Io. An-
dreæ in d.c.inter, & ibidem Imola, & Butrius
nu.17. Dubitari etiam hic ſolet, quo tempore fie
ri debeant hæ viſitationes? Et cum nec hoc lege
6 diffinitum ſit, † iudicis arbitrio relinquitur,
hoc



hoc eſt ipſius Epiſcopi. Ita ſcripſit Marianus So-
cinus ſen. in dict. tract. de viſitatione. num. 21.
Qui quidem eodem in loco. nu. 23. verſ. ſecun-
do caſu &c. tradit poſt Henricum Boic in cap.
ad quorundam. de exceſſ. præla. eſſe etiam relictũ
7 in † arbitrio iudicis, quatenus eſſe debeat nume-
rus perſonarum, quas Epiſcopus in viſitatione
ſecum ducere debet.

*S V M M A R I V M.*

1 *Deus vti paterfamilias diligentiſsimus vult eccleſię ſuæ eſſe præficiendos viros doctos & eruditos.*
2 *Illiteratos à ſacerdotio repellendos*
3 *Sacerdotes ignaros vti peſtem euitandos.*
4 *Sacerdotis partes quæ.*
5 *Cæcus cæcum malè ducit.*
6 *Ignaris literarum ſacerdotia non eſſe conferennda.*
7 *Sacerdotes qua eruditione præditi eſſe debeant.*
8 *Iudicis arbitrio relinqui.*
9 *Literas ſcire & neſcire qui dicantur.*
10 *Literas neſcire quando quis dicatur, vt à munere tutelę excuſetur.*
11 *Legendi & ſcribendi ars neceſſaria.*
12 *Villicus quando literas neſcire dicatur.*
13 *Literas neſcit is, qui neſcit ſcribere, vt libello accuſationis ſubſcribat.*
14 *Literas ſcire quis dicatur, vt in ſcriptis teſtetur.*
15 *Iudex literatus quis dicatur.*
16 *Literas neſcire inter oratores quis dicatur.*
17 *Ciceronis locus.*
18 *Pontificem Maximum doctum & bene eruditum eſſe debere.*
19 *Pontificem ſcientificum eſſe eligendum.*
20 *Pontifices antiqui à Spirituſancto eruditi.*
21 *Cardinales excelſę eruditionis eſſe oportere.*
22 *Cardinales de rebus arduis conſilium præbent Pontifici.*
23 *Cardinales creandos eſſe bene eruditos.*
24 *Epiſcopos doctrina præſtantes eſſe oportere.*
25 *Epiſcopum theologum potiùs, quàm iuriſperitum eſſe debere ex Caietani opinione.*
26 *Clericus abſens cauſa ſtudiorum fructus præbendæ con ſequi debet.*
27 *Epiſcopus ſcire debet canones.*
28 *Canones eſſe iuri Cæſareo coniunctos.*
29 *Legiſta ſenza canoni val niente.*
30 *Canones ignorans practicam ediſcere non poteſt.*
31 *Ius Pontificium eſſe coniunctum Cæſareo ex Ciceronis ſententia.*
32 *Ciceronis locus de iure Pontificio & ciuili coniungendo.*
33 *Cap. non magnopere, ne clerici, vel monaci, declaratur.*
34 *Cap. ſuper ſpecula. ne cleri. vel monaci, explicatur.*
35 *Concilij Tridentini conſtitutio de viris literatis promouendis ad Epiſcopatum.*
36 *Cap. cum in cunctis. §. pręſenti. de electio. declaratur.*
37 *Literarum ſcientia in Epiſcopis qualis eſſe debeat.*
38 *Doctores ſine examine tenuis doctrinæ.*
39 *Doctorem efficit doctrina.*
40 *Epiſcopi munus præcipuum eſt docere.*
41 *Archidiaconi doctores eſſe debent.*
42 *Archidiaconus eſt oculus Epiſcopi.*
43 *Archipresbyter Patauinæ Eccleſię loco Archidiaconi iuriſdictione fungitur.*
44 *Literas quas ſcire debeant clerici in dignitatibus inferioribus conſtituti.*
45 *Canonici cathedralium Doctores eſſe ſuadet Conciliũ Tridentinum.*
46 *Canonicos eſſe Epiſcopi cõſiliarios.*
47 *Clerici ſacerdotes inferiores quibus literis præditi eſſe debeant.*
48 *Clerici quantumuis inferiores ſcientia carere non debent.*
49 *Sacerdotes quas literas ſcire debeant.*
50 *Clerici ſubdiaconi qua eruditione præditi eſſe debeant.*
51 *Illiteratus clericus inferior quando eſſe dicatur.*
52 *Illiteratum eſſe qui grammaticam ignorat.*
53 *Illiteratum cenſeri qui ſcit legere vulgariter tantum.*
54 *Cap. cum in cunctis. de electio. declaratur.*
55 *Cap. illiteratos. 36. diſtinct. explicatur.*
56 *Illiteratum dici qui non nouit loqui latinè.*
57 *Clerici minoris ordinis quas literas ſcire teneantur.*
58 *Concilium Tridentinum de clericis minoribus literatis promouendis declaratur.*
59 *Illiteratus non dicitur puer, qui pro ſua ætate didicit.*
60 *Scolaſticum magni ingenij laurea inſigniri poteſt, etſi quinquennium non ſtuduerit.*

## CASVS CCCCXXV.

### ERVDITOS ESSE ECCLESIIS
### præficiendos, qui literas ſcire & qui neſcire dicantur. qua eruditione eſſe debeant Pontifices Cardinales, Epiſcopi, Archidiaconi, Sacerdotes, ac cæteri clerici inferiores, ſumma diligentia tractatum.

DIXIMVS ſuperiore caſu Epi-
ſcopi munus eſſe verbũ Dei po
pulo prædicare,& ſuas eccleſias
viſitare,quòd cum cõmodè præ
ſtare nõ poſsit niſi ſit literis eru-
ditus,dicendũ hic eſt de eius, ac
aliorũ clericorũ eruditione. Eſt equidẽ valde vti
1 le hoc ſcire. Nã verè Deus ipſe Optimus † Maxi
mus vti diligẽtiſsimus & iuſtiſsimus paterfam.
vel princeps,cum ſuæ Eccleſiæ conſulere voluit,
nõ magis cordi habuit,quàm vt viri docti & lite
rati illius adminiſtrationi præficerentur. Quare
2 apud Oſeã c.4. † illiteratum his à ſacerdotio ar
cet, Quia tu ſcientiã repuliſti, ego te repellã, ne
fungaris ſacerdotio mihi. Cuius præcepti opti-
mè quidem memor fuit & Cœleſtinus in c. om
nes.58.diſtinct. & Innocen. III. in cap. niſi cum
pridem. §. pro defectu quoque, de renuncia. Et
idem ſummus rerum omnium parens apud Ma
lach. cap. 2. dixit. Labia ſacerdotis cuſtodiunt
ſcientiam,& legem exquirunt de ore eius. Id quod
rela-

relatum eſt,& in cap. ſi rector. 43. diſtinct. Rectè
3 itaque faciunt † ſacerdotes illi, qui ignorantiam
veluti peſtem quandam, vt ait Iſidorus, & vt le-
gitur in Concilio Toletano, matrem cunctorum
errorum à ſe abijciunt, cap. ideo 37. diſtinctio.
4 & in cap. 1. 38. diſtinct. Cum enim † ſacerdotis
præcipuè partes hæ ſint, docere verbum Dei, &
contradicentes refellere, vt ait Diuus Paulus ad
Titum cap. 1. Nec non & rationem omni poſcen
ti de fide ſua reddere, vt iubet diuus Petrus Epi-
ſtol. 1. ca. 3. qui fieri poteſt, vt literarum ignarus
& imperitus hæc præſtare valeat, vt ſcriptum
eſt cap. qui eccleſiaſticis. 36. diſtinct. Nam (vt eſt
ſcriptum Eccleſia. ca. 10.) initium verborū igno
rantis & inſipientis eſt ſtultitia, & nouiſſimus
verborum error peſſimus. Eſt certè periculum
5 ne ſi † cæcus cæco dux fuerit, ambo in foueam
cadant, d. cap. ideò. 36. diſtinct. cap. quæ ipſis. 38.
diſtinct. & cap. cum ſit, de ætate & qual. Et Eccle
ſia. cap. 5. legitur, ſi tibi eſt intellectus reſponde
proximo, ſin minus, ſit manus tua ſuper os tuū,
ne capiaris in verbo diſciplinato, & cōfundaris.
Honor & gloria in verbo ſenſati, lingua verò īſi
piētis ſubuerſio eſt ipſius. Hac rōne rectè & ſan-
6 ctè à maioribus noſtris ſancitū eſt, ne † imperi-
tos literarum beneficia conferantur. cap. illitera-
tis 37. diſtinct. cap. pœnitentes 55. diſtinct. capi.
cum in cūctis, de elect. & cap. vlt. de tempo. ordi
na. in 6. Et veterum hanc patrum optimam con
ſtitutionem in eccleſia penè temporum iniuria
abolitam renouauit ſanctiſſimum Tridentinum
Concilium ſeſſione 22. cap. 2. & ſeſſio. 24. capit.
12. de reformatione.

Cæterùm & olim & nunc contingit dubita-
7 ri, qua † eruditione & doctrina præditi eſſe de-
beant ij, quibus ſacerdotia conferuntur? Qua in
8 re multa † iudicis arbitrio tribui ſolent, quippè
quòd ob varietatem beneficiorum & ordinum,
variaque munera, quibus clerici præponuntur,
certa regula dari non poſſe videatur: quēadmo
dum ſcribunt Barba. in conſ 34. nume. 39. verſi.
eſt & ſecundò, lib. 2. Duarenus lib. 4. de ſacris Ec
cleſiæ miniſter. & benef. cap. 4. in fine. Martinus
Nauarrus in relectione cap. ſi quando, pag. 43.
de reſcrip. Bernardus Diaz in praxi Canonica
cap. 18. & Alphonſus Aluarez in Speculo Prin-
cipum cap. 7. Quod ſanè Iudicis arbitrium pro
perſonarum & beneficiorum, ordinumque qua-
litate, & ſubiecta (vt dici ſolet) materia eſt, vt
iudicet, quis dici mereatur eruditus, qui (vt no-
ſtri dicunt) literatus & quis illiteratus. Ita enim
& cæteris in hominibus & negotijs dicimus ali-
9 quem † literas vel ſcire, vel neſcire. Id quod prius
quam ad rem noſtram veniam, explanabo. Lite-
10 ras neſcire dicitur quis, vt à † munere tutelæ ex
cuſetur, ſi modò & negotiorum ſit imperitus, cū
nec legere, nec ſcribere didicit, de quo loquitur
Paulus in l. Athletæ. §. vlti. ff. de excuſa. tuto. &
Iuſtinianus in. §. ſimiliter, inſt. eo. quę loca doctè
& eruditè explicant Balduinus in d. §. ſimiliter,
Antonius Auguſt. libro ſingulari ad Modeſtinū
ad d. l. Athletę, & Duarenus lib. 1. diſputa. anni-
11 uerſ. cap. 3. in fine. Eſt enim † legendi & ſcriben
di ars valdè neceſſaria in eo, qui negocia admi-
niſtrat, vt accepti & expenſi codices conficiat.
12 Ita dicimus † villicum literas neſcire, atque ita
illiteratū eſſe, qui nec legere, nec ſcribere nouit.
De eo loquitur Collumella lib. 1. cap. 8. cuius me
minit & Duarenus loco nuper citato. Ita pro ſu
biecta materia ſubſcribendi libello accuſationis
13 dicitur neſcire literas ille, qui ſcribere † non di-
dicit. l. libellorum. §. item ſubſcribere. ff. de accu
14 ſa. Ita etiam literas is † ſcire dicitur, vt in ſcriptis
teſtamentum condere poſſit, qui ſcribere nouit.
l. diſcretis. §. 1. C. qui teſta. facer. poſſ. l. hac conſul
tiſſima. §. ex l. iubemus, & l. vlt. C. de teſta. Ita in l.
pater, ff. de acquiren. hæred. is dicitur ſcire lite-
ras, qui ita ſcribere didicit, vt ſuam voluntatem
adeundi hæreditatem filio ſignificare poſſit. Eo
15 dem modo dicimus † eſſe literatum, vel illitera
tum iudicem, qui ita ſcit legere & ſcribere vulga-
riter, vt poſſit ſcribere, & ex ſcripto proferre ſen-
tentiam, ſicuti ſcribunt Barto. in l. vlti. C. de ſen-
ten. ex breui. recita. Felinus in cap. ſciſcitatus, nu
mero 10. & ibidem Decius nu. 15. de reſcript.
16 Non diſſimili ratione, literas † neſcire inter ora
tores & viros omni ſcientia ornatos is dicitur,
qui excultæ eruditionis non eſt, de his loquitur
Cicero Philip. 2. cum de M. Antonio, qui alio-
17 qui eruditus erat verba facit, † Ciceronis verba
adſcripſi. Nec verò tibi de verſibus reſponde-
bo: tantùm dico breuiter, nec illos, neque vllas te
omninò literas noſſe. Et idem Cicero libro de
claris Oratoribus. de L. Flaminio loquēs, ita ſcri
bit. L. Flaminium pueri vidimus, exiſtimabatur
benè latinè, ſed literas neſciebat. Et ibidē de Cu
rione tertio verba faciens, ita ſcribit. Et quia lati
nè non peſſimè loquebatur, vſu credo aliquo do-
meſtico: Nam literarum admodū nihil ſciebat.
Non equidē his in locis Cicero ſenſit M. Anto-
nium, & L. Flaminiū ignoraſſe omnino literas,
ſed benè eruditos, vt oratoris vel alterius doctiſ-
ſimi hominis perſonam ſuſtinerent. His manife
ſtè conſtat pro ſubiecta materia aliquem dici li-
teratum & illiteratum; eruditum & ignarum; li-
teras ſcire & neſcire. Quare (vt ad rem noſtram
propius accedamus) in eccleſia Domini Sum-
18 mus † Pontifex præpotentis Dei vices gerēs, do
ctus & literatus tunc eſſe dicitur, cùm potens eſt
ſana doctrina (vt ait Apoſtolus ad Titum ca. 1.)
cæteros cohortari, & eos, qui cōtradicunt, argue
re. Quare idem Apoſtolus ad Timoth. ſcribens
epiſtola. 1. cap. 3. doctorem eſſe vult Epiſcopum.
Et iuris noſtri interpretes nempe Geminianus
in cap. illiteratos, 36. diſtinct. admonet. pontifi
19 cis † Max. eligentes, vt ſcientificum eligant; alio
qui electio expugnari hac de cauſa poſſet, Nec
20 quidquam obſtat, quòd noſtræ ſacroſanctæ † re
ligionis primi Antiſtites literas non didicerint,
cum omnia ſpirituſſanctus eis ſuggereret, vt di
uus Hieronymus ſcriptum reliquit, eſſentque, vt
loquitur Eſaias cap. 54. Theodidacti.
21 Cardinales † quoque eminentis atque excel-
ſæ eruditionis & doctrinæ eſſe debent. Siquidē,
dum



dum à Seruatore noſtro in terris agente electi
ſunt, quod cum multi verum eſſe affirment, tum
maximè bene eruditus Hieronymus Manfredus
in tract. de Cardinalatu. cap. 1. ea ſanè ratione
ſunt electi, vt ſummo Pontifici aſſiſtant, eique de
22 † rebus arduis, cum opus eſt, conſilium præbe-
ant. cap. vnico. de ſciſmat. in 6. vbi Archiadiaco.
& tradunt omnes in cap. 1. de conſtit. & fuſius
Barba. in tract. de præſtantia Cardinalium. par-
te. 1. q. 10. & Manfredus in d. tract. de Cardinala
23 tu cap. 10. qui & cap. 14. ſcribit, † viros benè
eruditos eſſe ad hoc ſublime officium aſſumen-
24 dos. De † Epiſcopis idem omninò dicendum
eſt. Nam & de his loquitur diuus Paulus in lo-
cis paulò ſuprà commemoratis. Hi enim & eru-
ditione, & doctrina præſtantes eſſe debēt: quare
exemplo eiuſdem Apoſtoli, vt eſt ſcriptum in
act. Apoſtol. cap. 22. Legem & Prophetas edice-
re, & noſcere debent. Quinimmo & Iuſtinianus
in auth. quomodo oporteat Epiſcopos, &c. quæ
eſt Nouella 6. ita ſanciuit. Sed neque ineruditus
exiſtens ſacrorum dogmatum ad Epiſcopatum
accedat. Et Innocentius Tertius in cap. niſi cùm
pridem. §. pro defectu quoque. de renunt. ſcien
tiam neceſſariam eſſe ſtatuit, vt eccleſiam regere
valeat, quod docendo ac prædicando verbum
Dei facit. Quapropter non iniuria contendit Ca
ietanus ad diuum Thomam 2. 2. q. 185. artic. 4.
25 † Epiſcopum Theologum potius, quàm iuris
peritum eſſe oportere. His autem factum eſt, vt
rectè conſtitutum ſit, clericum beneficiatum
26 † ſtudiorum cauſa abſentem integros ſui be-
neficij fructus percipere. cap. 2. de priuileg. in 6.
Nec verò ſacras tantum literas, ideſt, vetus & no
uum teſtamentum intelligere eum oportet, ſed
27 & † canones quoque, qui dogmata, & eccleſiaſti
cam diſciplinam continent, noſſe debet. cap. nul-
li. 38. diſtinct. Non enim facilè is de vſuris, de
matrimonijs, alijsque huiuſmodi negotijs con-
trouerſias ſine canonum ſcientia poſſet dirime-
re. cap. 1. de conſanguinitate, & affinitate, vbi Do
28 cto. explicant. Et quo facilius quis † canones,
qui magna ex parte iuri Cæſareo ſunt coniun-
cti, etiam iuri ipſi Cæſareo operam dare ſua pro
virili debet. capitulo ſecundo, de priuileg. lib. 6.
Ne ei contingat, quod dicebat Romanus ſuo ſin
29 gul. 654. † *Legiſta ſenza capitoli val poco, ma Ca-
noniſta ſenza leggi val niente.* Et dicebat Bald.
in cap. cum cauſam. colum. 2. de probat. quòd ni-
30 ſi quis ſciat canones † cum legibus non poteſt
practicam iudiciorum cognoſcere. Et idem do-
cuit Barba. in cap. conqueſtus. colum. 3. de foro
31 compet. Cum ſcripſit, † ius Pontificium ſine
legibus non poſſe intelligi, cum ſit medula legū;
& ius ipſum Pontificium eſſe praxim iuris ciui-
lis. Quæ quidem optimè comprobantur aucto-
32 ritate † Ciceronis in tertio de Oratore, dum
conqueritur ea ætate neminem ediſcere ius Pon-
tificium, cum tamen iuri ciuili coniunctum ſit.
Ciceronis verba hæc ſunt. Nunc contra plerique
ad honores adipiſcendos, & ad Rempub. geren-
dam nudi veniunt atque inermes, nulla cogni-
tione rerum, nulla ſcientia ornati. Sin aliquis ex
cellit vnus è multis, effert ſe ſi vnum aliquid af-
fert, aut bellicam virtutem, aut vſum aliquem
militarem (quæ ſanè nunc quidem obſoleue-
runt) aut iuris ſcientiam (ne eius quidem vni
uerſi: nam pontificium, quod eſt coniunctum, ne
mo diſcit) aut eloquentiam, quam in clamore &
in verborum curſu poſitam putant. Nec huic
33 ſententiæ repugnat conſtitutio † Alexand. III.
in cap non magnoperè. ne cler. vel monaci. qua
beneficiarijs quibuſdam iuris ciuilis ſtudium in
terdixit. Quibus opprobrium & Iuſtinianus eſſe
indicauit in l. repetita. C. de epiſcop. & cleri. ſi
peritos ſe velint oſtendere forenſium diſcepta-
tionum. Si quidem loquitur Alexander ipſe Ter
tius de monacis clauſtralibus, qui cum clauſtris
addicti ſint, & omninò rebus huius ſęculi ſepara
ti, ſub eo prætextu, quòd leges ciuiles ediſcere
vellent, clauſtra egrediebantur. Quocircà intelli
gimus Alexandrum ipſum non interdixiſſe cle-
ricis, vel monacis iuris ciuilis ſtudia, ſed ſolùm
eos ea de cauſa egredi monaſteria, & cum laycis
conuerſari. Et eadem ratione Honorius Tertius
34 in † cap. ſuper ſpecula. eod. tit. ne cler. vel mo-
na. extendit ad Archidiaconos, Decanos, Pleba-
nos, &c. Et non ſolùm his leges audire, ſed nec in
terpretari interdixit idem Honorius in ca. ſuper
ſpecula. de priuileg. in ſexto, quam ſanè conſti-
tutionem intelligo non generaliter, vt leges in-
terpretari non poſſint in Ciuitate Pariſiorum,
ſed vt non poſſint explanari à Monacis, Archi-
diaconis, & his ſimilibus, qui Pontifici ſubſunt:
atque ita intelligit, & rectè, mea quidem ſenten-
tia, Petrus Rebuffus in tract. nominat. q. 5. nume.
18. qui copioſè admodum hac de re diſſerit. Ho-
35 die † Sacroſanctum Concilium Tridentinum
Seſſione 22. cap. 2. omnem dirimit contentionē,
dum ſtatuit, ad Epiſcopatus apicem eum tantùm
aſſumi debere, qui fuerit antea in vniuerſitate
ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut licentiatus
in ſacra Theologia, vel iure Canonico meritò ſic
promotus, aut publico alicuius Academiæ teſti-
monio idoneus ad alios docendos oſtendatur.
Quare etiam iure ipſo Pontificio ſancitum eſt,
in Epiſcopo requiri ſcientiam vtriuſque teſta-
menti, ac canonum tam pœnitentialium, quàm
aliorum. capitulo omnes 38. diſt. & ſcribit Gemi
nia. in dicto capitulo illiteratos. 36. diſtinct. col.
1. verſicul. aut quærimus. qui rationem ſubijcit,
quia Epiſcopus eſt iudex tam animarum quàm
corporum. capitulo de perſona, 11. q. 1. Et illa
conciliari conſtitutione declaratur conſtitutio
36 † Alexandri Tertii in capitulo cum in cun-
ctis. §. præſenti. de electio. quæ ſimpliciter in Epi
ſcopo literarum ſcientiam requirebat; quemad-
modum & ſimpliciter ſtatuerat iam idem Con-
cilium Tridentinum Seſſione 7. cap. 1. De refor
37 matione. Hæc inquam literarum ſcientia † ho-
die intelligitur in his Epiſcopis, vt ſit ſciencia
Theologalis, vel Pontificia, quæ quidem tanta
eſſe debet, vt idonei ſint ad docendum alios. Nō
enim in Epiſcopo requiro ſcientiam, atque peri-
tiam

tiam illam, quæ cęteras excellit, vel ſaltē æquat,
ſed quæ tanta ſit, vt ſuo muneri ſatisfacere va-
leat.cap.niſi cum pridem.§.prohibet quoque, de
renuntia. Quocirca crederē eum forte indignū
qui aſſumeretur ad tantum apicem, cuius doctri
na tenuis admodum eſſet, quamquam doctor
38 † creatus ſine rigoroſo (quod aiunt) examine
eſſet, quales præſertim ſunt ij, qui apud hos co-
mites Palatinos ſolent creari. Et certe hac in re
adhibenda eſt diligentia, ne fraude & dolo vana
ſacroſancti Conilij conſtitutio reddatur. Non
39 enim dignitas, ſed ipſa ſcientia Doctorem † effi-
cit, cum non dignitas ipſa, ſed eruditio & doctri
40 na illa ſit, quæ alios docere poteſt, quod ſanè † do
cendi munus illud eſt præcipuum, quod requiri-
tur in Epiſcopo, vt pręter conſtitutionem hanc
conciliarem, requirit & cap. inter cætera. de offi.
41 ordina. Archidiaconi † pariter doctores, vel licē
tiati eſſe debent, vt ſcribit Gemin. in c. illitera-
tos. 36. diſtinct. ea ratione, quia iudices ipſi ſint.
cap. 1. de conſang. & affinita. & ſtatuit idem Con
cilium Tridentinum ſeſſione. 24. ca. 12. de refor
matione. Quod iure quidem conſtitutum eſt.
cum ſit (vt eo loci ſcriptum eſt, & prius in cap.
42 ad hęc, de officio Archidi.) † Archidiaconus ocu
lus Epiſcopi. & illi à iure data eſt poſt Epiſcopū
in clericos ſuę Eccleſiæ iuriſdictio: quam quidē
exercere is non poſſet, ſi vel ſacræ Theologię,
vel canonum Doctor non eſſet. Quod ſi hęc ip
ſa iuſdicendi poteſtas eſſet in Archipresbytero
ex Eccleſiæ couſuetudine, illum doctorem eſſe
debere ex mente eiuſdem conſtitutionis conci-
liaris crederem. Quare in eccleſia hæc Patauina,
43 † cuius Archipresbiter eo fungitᷣ munere, quo
in cæteris Archidiaconus, vt rn̄dit Alexā. in con
ſi. 142. lib. 6. & eū ſecutus eſt bene eruditus Ioā.
Picardu. ſuo in reſponſo, qđ inter noſtra excuſ-
ſum eſt, nēpe in cōſ. 52. num. 28. dicerē non niſi
doctorē eſſe ad eam dignitatē promouendum.
44 In cæteris † verò vel dignitatibus, vel officijs
ſufficit peritia & ſcientia pro loci qualitate &
dignitate, nec enim neceſſe eſt, vt ij Doctores,
vel ſacræ Theologię, vel canonum ſint. Ita enim
& olim & hodie conſtitutum fuit: olim inquam
in cap. cum in cunctis. §. inferiora, de elect. ho-
die in ſacroſancto † Concilio Tridentino ſeſſio
ne 24. cap. 12. dum hortatur, non autem pręcipit
vt in Prouincijs vbi commodè id fieri poteſt, di
gnitates omnes, & ſaltem dimidia pars canonica
tuum, in cathedralibus eccleſijs & collegiatis in
ſignibus conferantur tantùm magiſtris, vel do-
ctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia, vel
iure canonico. Et certè ſi fieri poteſt, iſta cohor
tatio deberet vti præceptum obſeruari: cum Ca-
46 nonici † ij ſint qui ſuo Epiſcopo cōſiliū. ſi quan
do opus eſt, pręberc debent, vt inquit Hoſtien.
in cap. 2. de inſtitu. qui ob id ait, canonicos eru
ditos & litteratos eſſe debere.
47 Ita multo magis in † cæteris inferioribus
clericis ſacerdotibus, ſufficit aliqualis ſcientia
& literarū eruditio, quæ tamen tanta ſit, vt ſuffi-
cere poſſit ad munus illud obeundum, & tractan
dum. d. cap. cum in cunctis §. inferiora. Non
48 enim omnino † ſcientia carere debent, ſiquidē
hi nullo modo promouendi ſunt, vt ſtatuit Iu-
ſtinianus in auth. quomodo oporteat Epiſcopos
etc. quæ eſt Nouella. 6. cuius verba in Holoan-
dri verſione hæc ſunt. Et religioſos clericos cū
multa fieri inquiſitione ſecundum diuinas regu
las & *boni teſtimonij viros*, ordinari ſancimus,
litteras omnino ſcientes & eruditos conſtitutos,
literas enim ignorantes omnino nolumus neq;
vnum ordinem ſuſcipere clericorum, videlicet
presbyterorum, & diaconorum, tam ſacras ora-
tiones dicētium, quam eccleſiarum & canonum
legentium libros. Hæc Iuſtinianus. Qui quidē
idem ſtatuit in nouella 123. de eccleſiaſticis di-
49 uerſis capitulis. §. clericos autem. † In ſacerdo-
tibus tamen his ſufficit ſcientia canonum pœni-
tentialium, homeliarum & huiuſmodi. cap. quæ
ipſis 38. diſtinc. & in ſpecie docuit Geminia. in
cap. illiteratos. 36. diſt. colum. 1. ver. in præsby-
teris, qui ſubiūgit, neceſſe non eſſe, quòd hi ſciāt
canones iudiciales, cum ſint hi iudices ſolū ani-
marum & non corporum, cap. omnis. de pœnit.
& remiſſ. & propterea Ange. in §. hæc de eo, in
auth. quomodo oporteat epiſcop. ſcribit, Florē-
tiæ fuiſſe determinatum, quòd presbyteri eſſe
debeut verſati in ſacris litteris & cerimonijs. In
50 cæteris verò ordinibus maioribus, ut in † ſub
diaconatu & diaconatu, dicendum eſt, eum dici
illiteratum, qui latinè loqui & intelligere neſcit.
Ita Geminianus in d. c. illiteratos. 36. diſtinct.
Cùm ſcribit per verbum, illiteratos, quo ille ca-
51 non vtitur, debere intelligi eos, qui penitus † li-
teras vel etiam mediocres ignorant. Id quod &
prius ibidem ſenſit gloſſa: cū interpretatur, illi-
teratos, addit penitus, & mox ſubiungit, ſufficit
tamen mediocris ſcientia. His accedit Card. Ale-
xan. in cap. ſedulò. col. 2. 38. diſtinct. illum dici
52 penitus † illiteratum, qui ne grammaticam qui-
dem didicit. Huc pertinet, quod dixit Barto.
in auth. ſed nouo iure. nu. 7. C. ſi certum petat.
53 eum † literarum dici ignarum, qui nouit lege-
re vulgariter tantùm. Bartolum rectè aduerſus
Felynum interpretatus eſt Decius in cap. ſciſcita
tus. num. 15. de reſcrip. Ita etiam Rebuffus in d.
tract. de pacificis poſſeſſo. num. 262. ſecutus Bar
tolum ait, illiteratus eſt, quando nullas ſcit, aut
modicas, vtpotè, quia ſcit tantùm legere & ſcri
bere in vulgari. Quæ ſanè ſententia vel iure ip-
54 ſo Pontificio. ſatis probatur in † cap. cum in
cunctis. de electio. cùm ait, in cunctis eccleſiarū
miniſterijs ſcientiam eſſe neceſſariam. Et credē
dum hic non eſt, illud ſacroſanctum Concilium
de ſcientia litterarum vulgarium ſolùm voluiſſe
55 intelligere. † ita etiam d. cap. illiteratos. 36. di-
ſtinct. Cùm æquiparat illiteratos & corpore vi-
tiatos, quia litteris carens ſacris non poteſt eſſe
aptus *officijs*. *Sentit* ergo eum eſſe illiteratum.
qui litteras ſacras ignorat. is autē ignorat literas
omnino ſacras, qui nec latinè quidē loqui didi-
cit. Comprobari hæc poſſunt, vel ipſo loquendi
56 vſu, quo dicimus, eum eſſe † illiteratum, qui





non nouit loqui latinè; vel etiam ipſa ſubie-
cta materia; quæ quidem cum litteris, quæ ver
ſantur circa ſacroſanctā ſcripturam latinè tan-
dem conſcriptam; non niſi latinè loquentē &
ſcribentem intelligimus literatum poſſe dici.
57 De clericis verò † minoribus dicendum eſt,
illos hodie illiteratos cenſeri, qui latinā linguā
58 non intelligunt. Ita enim ſtatuit † Conciliū Tri
dentinum ſeſſ. 23. c. 11. Cuius verba hæc ſunt.
Minores ordines ijs, qui ſaltem latinam linguā
intelligāt per temporum interſtitia, niſi aliud
Epiſcopo expedire magis videretur, conferan-
tur. Quam ſanè conſtitutionem ego in illis ver
bis, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videre-
tur, &c. intelligerem; Epiſcopum arbitrari poſ-
ſe magis expedire eccleſiæ, ſi ordines conferat
& ei, qui etſi adhuc latinam linguam non intel
ligit, eſt tamen bonæ indolis & pro ætate doci-
59 lis. Nam † illiteratus puer ille dici non debet,
qui pro ætate didicit, quiq; oſtendit pro tempo
re proficere poſſe, id qđ in ſpecie ſcripſit Car.
de Turrecremata in c. illiteratos, 36. diſt. & an-
te eum Gemin. ibi. & Inn. in c. cū in cunctis, de
ele. Idē affirmauit Rebuff. in tracta. de pacificis
poſſeſſo. nu. 263. quo loci adfert & illud ſimile
60 ex Alex. in anno. ad Bart. cū dixit † Scolaſticū
magni ingenij non eſſe à doctoratu repellen-
dum ēt ante quinquennium, cùm ſpes eſt, quòd
ediſcet: ſecus eſt (aiunt iſti) ſi omninò literis ca
ret. Prudētis aūt iudicis arbitrio magna ex par
te hæc relinquuntur. Non enim diffiniri iure
potuit, qs ſit idoneus ꝓficere in ſtudijs, vel nō.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericos prudentia elucere debere.*
2 *Epiſcopos imprudentes non eſſe eligendos, immo ele*
*ctos eſſe deponendos.*
3 *Prudentia quid ſit.*
4 *Pueris ob imprudentiam ſacerdotia non eſſe confe-*
*renda.*
5 *Pontificem non diſpenſare, vt imprudens promouea*
*tur ad ſacerdotium.*
6 *Virtus nulla eſt ſine prudentia.*
7 *Prudentiam eſſe aliarum virtutum caput.*
8 *Prudentiæ annecti alias virtutes.*
9 *Prudentia quid ſit, ex Ciceronis ſententia.*
10 *Prudens quis.*
11 *Prudentiam à ſcientia differre.*
12 *Iudicis arbitrio relinqui, qua prudentia eſſe debeat*
*clericus.*

## CASVS CCCCXXVI.

### PRVDENTES ESSE ELIGENdos ad ſacros ordines: & de prudentia aliqua enarrantur.

EPISCOPVS, cęterique in eccle-
ſia clerici non ſolùm ſcientia, de qua
1 ſuperiore caſu, ſed & † prudentia elu-
cere debent. capitulo 1. & capitulo 2. 39. diſtin.
2 Quò ſanè in capitulo ſecundo legimus † Epi-
ſcopum quendam electum, ob ſui ſimplicitatē
fuiſſe à Gregorio reiectū. & rectè. Siquidem ad
uerſus diui Pauli ad Titum, cap. 2. præceptum
electus fuerat: vult enim Apoſtolus, Epiſcopū
3 eſſe debere prudentem. Eſt enim † prudētia vir-
tus propria eius, qui cæteris præeſt, teſte Ariſto
tole libro tertio poli. capitulo tertio. Et egregiè
ſcribit benè eruditus Lancellotus Conradus in
Templo omnium iudicum li. 1 cap. 1. §. 7. nu.
6. Et non ſolùm in Epiſcopo neceſſaria eſt hæc
prudentia, ſed & in cęteris. Hinc legitur in cap.
Epiſcoporum. 74. diſt. ab officio archidiacona-
tus reijci clericum ſimplicem & fatuum. Et in
Summa 36. diſt. ſcriptum eſt, ordinandū prudē
tem eſſe oportere. Confert c. ex ratione. c. inde-
corum. de æta. & qual. Quocirca rectè conſtitu
4 tū eſt, † pueris beneficia conferri non debere:
cū indecorū ſit eos regere eccleſiam, qui ſeip
ſos regere non norunt. Quinimmo adeò neceſ-
ſaria eſt in clerico prudētia, vt nec ipſe ſummus
5 † Pontifex valeat diſpenſare imprudentē & in-
ſipidum ordinandum eſſe. ita ſcribit Martinus
Nauarrus in cap. ſi quando, pagina 37. verſi. &
ne fortè iuſtos. de reſcrip. Siquidem diſpenſaret
contra ius naturæ, cum prudentia carens, cęteris
6 omnibus carçat virtutibus. Nulla enim † ani-
mi virtus ſine prudentia eſſe poteſt. vt ſcribit
D. Thomas 2. 2. q. 47. art. 6. Et prius Plato in
7 Alcibiade de voto, dixit, † prudentiam eſſe ca-
put & ducem reliquarum virtutum. Et illius di
ſcipulus Ariſtoteles libro ſexto Ethico. dice-
8 bat, ſimul cum prudentia † exiſtere omnes alias
virtutes, cuius ſanè prudentiæ partes ſunt, indu
ſtria & in conſulendo fœlicitas. Et Pōtifex Ma
ximus in capitulo præſentium, prima quęſtione
quinta, dicebat, prudentiam eſſe matrem omniū
virtutum. Quocirca dicebat M. Tullius libro
quinto de finibus; nihil homini à Deo Opti-
mo Maximo præſtantius datum eſſe ipſa prudē
tia, vt enim medicina valetudinis, ſic viuendi
9 (inquit ille) ars eſt prudentia. Prudentiā † aūt
diffiniebat idē Cicero libro ſecundo de officijs,
& libro ſecundo de inuentio. vt ſit rerum bona
rum & malarum expetendarum, aut fugienda-
rum ſcientia. Eapropter Plato in Alcibiade de
10 voto dicebat, illum eſſe † prudentem, qui agē-
da, dicendaque cognoſcit. Imprudentē, qui neu
tra videt. Quibus ex verbis intelligimus, prudē
tiam verſari in rerum & negotiorum tractatio-
ne. Eſt enim tota in circumſpectione & proui-
11 dentia poſita. Et ea ratione prudentia † diſtat
à ſapientia, quòd ſapientia ſit rerum diuina-
rum & humanarum, cauſarumque, quibus hæ
res cōtinentur, ſcientia, vt ſcripſit Cicero libro
ſecundo de officijs, & li. 3. Tuſcula. Cęterùm (vt
ad rē noſtram propius accedam) dubitari cōtin
12 git, quanta eſſe debeat hæc in clerico † prudē-
tia, vt ordinari poſſit. Et hoc totū iudicis arbi-
trio relinqui reſpōdit Barb. in cōſ. 34. nu. 39. li.
2. quē ſequutus eſt Nauarrus in d. c. ſi qn̄. pa. 36
de reſcriptis. Iudex autem benè circumſpectus

pro qualitate muneris iudicabit, clericum eſſe
vel prudentem, vel imprudentem.

## *SVMMARIVM.*

1 *Prudentiam ſine longa experientia non parari.*
2 *Experientiam tempori tribui.*
3 *Experientia quid.*
4 *Experti facilè conſequi, quod intendunt.*
5 *Experientiam ſenectutis filiam eſſe.*
6 *Experientiam aliquando magnam in ętate iunioribus reperiri.*
7 *Natura vnicuique ſuam tempeſtiuitatem tribuit.*
8 *Clericis pro ætatis qualitate ordines conferri.*
9 *Clerico quando prima tonſura conferatur.*
10 *Puer ſeptennis ſponſalia contrahere poteſt.*
11 *Puerum ſeptennem ad diſcretionis ætatem iam per ueniſſe.*
12 *Puer ſeptennis erudiri & Deo ſeruire poteſt.*
13 *Pueris ſeptem annorum olim beneficia conferebantur.*
14 *Ordines minores conferri ijs, qui ætatis duodecim annorum ſunt.*
15 *Subdiaconatus ordo cōfertur habenti decem & octo annos.*
16 *Aetas decem & ſeptem annorum apta eſt ſeruire Deo.*
17 *Adoleſcentes decem & ſeptem annorum valdè eru ditos eſſe poſſe.*
18 *Doctor creari poteſt adoleſcens decem & ſeptem an norum.*
19 *Diaconatus ordo confertur habenti ætatem viginti annorum.*
20 *Leuitæ in lege antiqua creabantur ij, qui vigeſimum annum agebant.*
21 *Adminiſtrationem Reipub. poſſe mandari agenti vi geſimum annum.*
22 *Delegari poteſt cauſa agenti annum vigeſimum.*
23 *Presbyteratus ordinem conferri habenti ætatem vi-gintiquinque annorum.*
24 *Epiſcopus creatur agens trigeſimum annum.*
25 *Diem cœptam haberi pro perfecta in collatione ſacro rum ordinum.*
26 *Diem cœptam pro completa haberi in fauorabilibus.*
27 *Ordines omnes ſacros eodem tempore vni non conferri.*
28 *Iudicis arbitrio relinqui, quod temporis interuallum debeat adhiberi in collatione ſacrorum ordinum.*
29 *Temporum interſtitia in ordinum collatione eſſe in Epiſcopi arbitrio.*
30 *Iudicis arbitrio relinqui tempus intra quod promotus ad parochialem ordinetur presbyter.*
31 *Cauſa iuſta, qua Epiſcopus poteſt omittere temporum interſtitia in collationibus ſacrorum ordinum.*
32 *Studiorum cauſa iuſta eſt, ne temporum obſeruentur interualla in collationibus ſacrorum ordinum.*

## CASVS CCCCXXVII.

### EXPERIENTIAM REQVIRI IN promotis ad eccleſiaſticos ordines; & præſertim in ijs, qui alijs præſunt. Et quo quis tempore ad ordines ſacros promoueatur.

DIXIMVS in duobus præcedē
tibus caſibus in clericis requiri
& ſcientiam & prudentiam: Ve
rùm quia nec ſcientia nec pru-
1 dentia ſine † longa rerum expe-
rientia acquiritur: Et experien
2 tia † tempori præſertim ſenectuti tribuitur, ſi-
cuti Ariſt. in 6. Ethico. ſcripſit: eapropter dicere
hic inſtitui aliqua de ipſa experientia, & de tem
pore, quo clericus ad ordines, & ordinum ad-
miniſtrationes promouetur: Nam & in his ali
3 quando verſatur iudicis arbitrium. † Experien
tia enim ex multarum rerum memoria con-
ſtat: quæ & ipſa in agendis rebus plurimum
valet. Si quidem (vt ait Ariſtoteles libro primo
4 Meteo.) † experti certius quod intendunt con
ſequuntur, quàm illi, qui rationem abſque ex-
perientia tenent. Quocircà ſcriptum eſt Ec-
cleſiaſtic. capitulo 34. Vir in multis expertus
cogitabit multa, & qui multa didicit, enarra-
bit intellectum. Qui autem non eſt expertus
pauca recognoſcet. Et Oratius,

*Aut virtus nomen inane eſt.*
*Aut decus & pretium rectè feret experiens vir.*

5 Hęc ſanè † experientia etſi ſenectuti tribua-
tur. Nam Sapientiæ cap. 9. ſcriptum eſt. In anti-
quis ſcientia eſt, & in multo tempore pruden-
tia: & Eccleſiaſt. cap. 25. Quàm ſpecioſa vete-
ranis ſapientia, & intellectus, & conſilium, Co-
rona Senum multa ſapientia: & gloria illorum
6 timor Dei: Nihilominus & † experientia ali-
quando tanta reperitur in ætate iunioribus, vt
demandari eis iure poſſint eccleſiarum officia.
7 Natura. n. (vt li. de ſenect. ſcribit Cic.) vnicui-
que ſuā tempeſtiuitatem dedit: infantium, pue
rorum, & adoleſcentiū infirmitas eſt, ferocitas
iuuenū, grauitas iam conſtantis ętatis, maturi-
tas ſenectutis, ſenij autem labor & dolor. Atq;
inter illas ætates quædā cōſiliorū expertes ſūt,
vt infantia, pueritia, decrepita ętas. Quędā con
ſilia habent, ſed ea fragilia & infirma, vt adole-
ſcentes, quædā firma quidē, ſed nec dū vſu & ex
perientia corroborata, vt iuuētus, quædā matu-
ra & ſolida, multaq; rerum cognitione, vſu, &
exercitatione firmata, vt media ętas & ſenectus.
8 Hac itaq; rōne fit, vt † clericis pro ætatis quali
tate ordines, & officia conferantur, minores
ætate minoribus; maiores ætate grandioribus.
9 Ætas ſeptimi anni idonea eſt quò ad † primā
tonſuram. cap. vlt. de temp. ord. cle. vlt. vbi
glo. de ęta. & qua. & ibidem ſcribentes. Et quē
10 admodum puer † ſeptennis temporalia ſpon-
ſalia contrahere pōt. c. 1. 30. q. 2. & c. literas. de
deſponſ. impu. ita inire pōt ſpūalia. Ea eſt ratio,
quia



quia vſus rationis non eſt in hoc ſacramēto de
neceſsitate, vt mox ſubijciam. Præterea dici ēt
11 poteſt, quòd hac ætate puer † dicitur perueniſ-
ſe ad annos cognitionis, quàm vulgò diſcretio-
nem appellāt. c. omnis vtriuſque ſexus, vbi glo.
& Docto. de pœniten. & remiſſio. Et tantùm ha
bent ſcientiæ & prudentiæ, quā tum ſufficit ad
nudum illum actum ſuſceptionis ordinum, qui
nec officij, nec miniſterij ſūt. Poſſunt enim hac
12 ætate † virtutibus eruditi, & Deo ſeruire: ſicu-
ti legimus lib. 1. Regum c. 2. Samuelem puerū
miniſtraſſe in cōſpectu dñi, vbi erat archa fœde
13 ris. Quinimò his pueris conferri olim poterant
beneficia ſimplicia, ita in gloſ. capit. ſi eo tpe, de
reſcrip. in 6. & docuit Abbas in c. ſuper inordi-
nata. de præben. Hodie tamen conferri non poſ
ſunt, ita prohibēte ſacroſancto Concilio Tri-
14 dētino ſeſſ. 23. c. 6. de refor. † Ordines verò mi
nores conferunt habenti duodecimum, vel deci
mumtertium annum, cap. in ſingulis. 77. diſt.
Ea eſt ratio, quia (vt dixi ſupra) vſus rationis
non eſt de neceſsitate in his minoribus ordini
bus, ſed ſolū de honeſtate, vt declarat Turrecre
mata in cap. ſubdiaconus, nu. 2. diſtin. 77. Sub-
15 diaconatus † verò confertur ei, qui attingit de
cimumoctauum annum. Clem. vlt. de ætate &
qualita. vbi docto. & ſcribit Rebuffus in praxi
beneficiorum, titu. de clericis ad ſacros ordines
promouendis, in gloſ. 2. nume. 2. Qui quidem
ait ſufficere, quòd attingat decimū ipſum octa-
uum annum: cuius ſententiæ ea eſſe poteſt ra-
16 tio, quòd perfecta † ætas annorum decem & ſe-
ptem ſit apta ſeruire Deo, & in eius eccleſia mi
litare, ſicuti olim credita eſt idonea munda-
næ militiæ, vt multis probaui in conſil. 102.
num. 40. & illis nunc addo Iſidorum lib. 8. ety-
mol. c. 7. ſicuti videmus hac ætate adoleſcentes
17 † eſſe poſſe valdè eruditos in optimis diſcipli-
nis, ita vt poſtulare poſsint. l. 1. §. pueritiam. ff.
18 de poſtula. & lauream doctoralem conſequi, ex
ſententia Cardin. in procemio clemen. in ver.
Ioannes, & in clem. 2. nu. 14. de magiſt. Bar. in l.
1. §. initium, in 2. not. ff. de poſtula. Felin. in c cū
vigeſimum, de offi. deleg. & Ioan. de Selua in
tract. de beneficio. parte tertia. q. 5. nu. 30. ha-
bet enim hæc ætas cum aliquali prudentia ſciē-
tiam, ita vt poſsit in eccleſiæ negotijs conſilium
præbere. quare vocē habet in capitulo ſuæ eccle
ſiæ, c. vt ij, qui. de ętate & qual. & hodie ita ordi
natum videmus ex Cōcilio Tridentino ſeſſ. 22.
cap. 4. de reformatione. Quò tamen ad ſubdia-
conatus promotionem ſtatuit Concilium Tri
dentinum ſeſſ. 23. c. 12. de refor. neminem eſſe
ante 22. annum promouendum. Diaconatus
19 † autem confertur habēti ætatem 20. annorū.
clemen. vlt. de æta. & qualita. Nā hæc ætas adeò
idonea in rebus arduis pertractādis habita eſt,
20 vt olim ex lege antiqua diuina † ad Leuitarum
officium eligebantur illi, qui vigeſimum atti-
giſſent annū, vt legitur lib. 1. Paralipo. c. 23. li.
3. Eſdrę cap. 5. & Numeri c. 1. Ita olim Romæ
ij ſenatores aſſumebantur. l. 2. vbi gloſſ. pen. C.
21 de ijs, qui veniam ætat. impetra His † mandari
poteſt adminiſtratio rerum publicarum, vt ſc. i
bit Baldus in auth. habita, nume. 46. C. ne filius
pro patre. Poteſt etiam hic eligi arbiter. l. cum
lege, ff. de arbitr. & ſcribunt gloſſ. in c. cum
vigeſimum, de offi. delega. & docto. in l. quidā
conſulebat, de re iud. vbi Alexan. col. 1. Qui qui-
dem & illud affirmant ex d. cap. cum vigeſimū,
22 hunc † ætatis annorum viginti eligi poſſe iu-
dicem delegatum. Hodie autem ſtatuit Conci-
lium Tridentinum ſeſsione. 23. cap. 12. nemi-
nem eſſe proponendum ante 23. annum.
23 Presbyteratus porrò ordo † cōfertur ei, qui
eſt ętatis vigintiquinque annorum. clem. vlt. de
ætate, & qua. Et hodie eſt expreſſim conſtitu-
tum à Concilio Tridentino ſeſſione 23. c. 12.
24 Ad Epiſcopatus † apicē nemo promouetur
niſi qui eſt ætatis annorum triginta, cap. cū in
cunctis, de electio. quæ fuit conſtitutio Cōcilij
Lateranenſis. Quæ quidē confirmata fuit & in
Concilio Tridentino Seſſione. . . c. 1. de refor
matione. Ea eſt ratio, quia vſus rationis eſt de ne
ceſſitate huius ſacramenti, vt declarat Turrecre
mata in c. Subdiaconus. nu. 4. diſtin. 77. Et cum
in eo canone cap. cum in cunctis. conſtitutum
ſit, ad epiſcopatum promouendum eſſe eū, qui
trigeſimum annum exegit: iam intelligimus re
quiri annum trigeſimum eſſe debere omnino,
25 perfectum. Cæterùm in alijs † ordinibus opi
nor ſufficere annum eſſe ad vltimam diem per-
26 ductum. Cum in fauorabilibus † dies cœptus
habeatur pro perfecto, l. qua ætate. vbi gloſſa.
Baldus, & Aret. ff. de teſtam. & Alciatus in l. auū-
culus. num. 1. ff. de verb. ſignifi. Contingit tamē
27 dubitari, an ordines † iſti omnes vno eodēque
tempore conferri poſſint ei, qui alioqui capax
eſt, vt ſi quis laicus excedens trigeſſimum annū
vellet tonſurari, & ſtatim quatuor ordinens cō
ferri: ac illicò ad ſubdiaconatum, diaconatum,
presbyteratum, ac demum ad Epiſcoparum pro
moueri. Et certè diffinitum eſt, conferri non
poſſe, ſed aliquod temporis interuallum, quod
interſtitium appellant, eſſe adhibendum. capit.
in ſingulis, in fi. & c. quicunque. 77. diſt. Quod
28 autem interuallum hoc ſit † lege non videtur
diffinitum, quare iudicis arbitrio relinquitur.
Ita ſenſit glo. in d. c. quicunque. in gloſſ. penul.
Et hoc ipſum arbitrium in collatione aliquorū
ordinum eſt, & hodie tributum à Cōcilio Tri
dentino ipſi Epiſcopo ordinanti. Nam ſtatuit
Cōcilium ſeſsione 23. c. 11. de reformatione, de
minoribus ordinibus in hæc verba. Minores or
dines ijs, qui ſaltem latinam lingam intelligāt,
per tēporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo ex-
pedire magis videretur, conferantur &c. & in fi-
ne ſubiungit hæc verba. Hi verò non niſi poſt
annū à ſuſceptione poſtremi gradus minorū or
dinū ad ſacros ordines promoueātur: niſi neceſ
ſitas, aut eccleſiæ vtilitas, iudicio Epiſcopi, aliud
29 expoſcat. His conſtat † relinqui in Epiſcopi ar
bitrio hæc temporum interſtitia. & in c. 13. idē
videtur his verbis repertum. Promoti ad

ſacrum ſubdiaconatus ordinē, ſi per annū ſaltē
in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi
aliud Epo videatur, aſcendere nō permittāt, &c.
Ecce quòd ex illo verbo, videatur, cōceſſum eſt
arbitrium, vt ſcripſi ſupra li. 1. q. 8. nu. 2. Hoc
idem arbitriū tribuitur in c. 14. cùm agitur de
promouendo Diacono ad presbyterarum. Et ſi-
mile eſt, quod ſcribūt Hoſt. & Io. And. in c. præ
tereà. de ætate & qualitate. Cùm dicunt, illud
30 breue † tempus quod eſt tributum ex illo cap.
præterea, cōſtituto in minoribus, promoto ad
regimē eccleſiæ parochialis, vt poſſit ad presby
teratum ordinari, eſſe tempus arbitrarium. Et
idem clarius explicauit ibidem Anchar. qui ex
ſententia Innocentij ibidem declarat quādo ex
iuſta cauſa id fit: id quod conuenit & cōſtitutio
nibus iam relatis ex ſacroſancto Cōcilio Tridē
31 tino. Iuſta † autē cā, qua videri poterit Epiſcopo
nō obſeruare hæc temporum interſtitia, eſſe po
32 teſt cauſa † ſtudiorum, quibus ille promouen-
dus incūbit. Ita declarando cōciliares illas cō-
ſtitutiones ſcribit bene eruditus Oratius Lu-
tius Callienſis in tract. de priuilegijs ſcholariū.
priuilegio 99.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnis affici Epiſcopus promouentes imprudentes ad ordines ſacros.*
2 *Ordinantes malè & indignos varijs affici pęnis.*

## CASVS CCCCXXVIII.

### DE POENIS EPISCOPORVM, qui indignos promouent & ordinant.

SVperioribus in caſibus egimus
de ſcientia, prudentia & æta-
te eorum, qui ad ordines ſa-
cros promouendi ſunt, quare
hic locus poſtulat vt dicamus
de pœnis eorum, qui ignaros,
1 † imprudentes, & ætate minores promouent.
Nam & pœna aliqñ ex iudicis arbitrio eis infli
gitur, vt explicat glo. in c. nihil. in verbo, gra-
2 uiori. de elect. Variæ ſiquidem pœnæ † ſancitæ
sūt contra malè ordinantes, & malè ordinatos:
ſicuti explicat gl. in d. c. nihil. in verbo, ſuſpen
datur. Et ibidem Io. And. & Anch. vberem ad-
modum adferunt diſtinctionem, quam hic re-
petere ſuperſedeo.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericum promoueri vt eccleſiæ deſeruiat.*
2 *Clericos non dicentes horas canonicas puniri.*
3 *Iudicis arbitrio puniri clericum omittentem dicere horas canonicas.*
4 *Clericus omittens dicere horas canonicas fructus reſtituere tenetur pro rata.*
5 *Clericus negligentia omittens verſus aliquos ex horis canonicis, non tenetur reſtituere fructus.*
6 *Negligentia caret nemo mortalium.*
7 *Clericus omittens vnam ex horis canonicis non tenetur ad fructuum reſtitutionem.*
8 *Fructus præbendæ non reſpondēt minuatim horis canonicis.*
9 *Clericus per biduum omittens dicere horas canonicas non reſtituit fructus.*
10 *Clericus vltra biduum omittens dicere horas canonicas tenetur reſtituere fructus.*
11 *Concilium Lateranenſe de horis canonicis dicendis declaratur.*
12 *Iudicis arbitrio punitur omittens dicere horas canonicas.*

## CASVS CCCCXXIX.

### QVIBVS AFFICIANTVR POENIS clerici, qui horas canonicas non dicunt.

NON alia ratione clericus ad or-
1 dines ſacros & beneficia † pro-
mouetur q̃ vt eccleſię deſeruiat
& in diuinis celebrandis operā
ſuam omnē impēdat. Beneficiū
enim pp officiū datur. Quocir-
2 ca hoc in loco diſſerendum nobis eſt de † pœ-
nis clericorum, qui horas canonicas celebrare
3 omittūt. Nā & hi ſæpè puniuntur pœna † iudi-
cis arbitrio. Ita ſcripſit Moder. Pariſ. in conſue.
Pariſ. tit. 1. §. 30. nu. 35. Verùm multi interpre-
tes ſunt in ea opinione, hunc clericū teneri re-
ſtituere perceptos fructus. Ita affirmarunt Io.
Cald. in c. 1. de celeb. miſſa. Gemi. in cap. 1. diſt.
42. & in c. vlt. col. 1. de reſcr. in 6. Clauaſius in
ſua ſum. in verb. hora canonica. Rip. in l. vlt. C.
de reuo. dona. qui ſcribit, ita fuiſſe ſtatutū in Cō
cilio Lateranenſi. Quod verè fuit ſub Leone X.
4 Seſſ. 9. vbi fuit decretū, vt qui diuinū † officiū
canonicè non perſoluerit, pro rata teneatur per
ceptos fructus reſtituere, qđ ſi ſuprà dimidia-
tū annū in eadē negligentia perſtiterit, benefi-
cio priuetur quippe ꝙ pp officium datū erat.
Diſſentiunt tamen ab hac opin. Cardin. &
Abbas in d. c. 1. de celeb. miſſa. & Moder. Pariſ.
in d. §. 30. nu. 35. qui ſcribit, illam diffinitionē
Concilij Lateranenſis non fuiſſe vſu receptam.
Id quod ſcripſit, & benè eruditus Domin. Soto
lib. 10. de iuſt. & iure, q. 5. art. 6. col. 5. Ego cer-
tè cum ipſo Domin. Soto, & ſi is aliquantulum
ſubobſcurè loquatur, diſtinguerē aliquot caſus.
5 Primus eſt, qñ † clericus horas canonicas malè
dicit ſeu malè pronunciat, vel aliquos verſus in
termittit, atque interpolat, nō id quidē dolo, &
malitia, ſed ex negligētia quadā. Hoc in caſu nō
tenetur is clericus reſtituere fructus pceptos.
Ita affirmauit Soto in d. art. 6. col. 4. verſ. Subre
xit nihilominus quarta concluſio. Ea eſt rō, ꝙ
ſi teneretur clericus facere hanc reſtitutionē, eſ
ſet nimiū irretire hoīum conſcientias, cum vix
6 caduca, labiliſque hominum vita † ſine huiuſ-





modi negligentijs tranſigi queat. Et huic caſui
rectè adaptatur illa cōſideratio Moder. Pariſ. in
in d. §. 30. nu. 35. Cùm dixit; non eſſe bonum
ſtatuere, quòd clerici omittētes dicere horas ca
nonicas teneantur ad reſtitutionem fructuum;
vt laqueus multitudini inijciatur, quod in legi-
bus condendis, & maximè animarum periculū
concernentibus ſummoperè vitandum eſt. cap.
de viduis 37. q. 1. & coploſè diſſerit Io. Gerſon
in lib. de ſpiritul. ani. lect. 2.
7 Secundus eſt caſus, † quando clericus matuti-
nale officium, vel aliam horā, ſiue culpabili ob
liuione: ſiue dedita opera prætermiſit: vel ēt
ſi integrū diem omiſsit, ꝙ non vacauerit mune
ri huic ſuo. Hoc ſanè caſu (inquit idem Soto)
peccat quidem mortaliter, non tñ tenetur reſti-
tuere hos fructus. Ea eſt rō, ꝙ etſi rōne officij
8 conſequutus ſit beneficiū: non tñ † adeò mi-
nutatim reſpondere debent ſtipendij portiun-
culæ ſingulis canonicis horis, vt cuiuſq; præ-
termiſſo ad reſtitutionem illius portionis obli-
get. Nam & in ciuilibus familijs tā exactè non
requiritur ſeruitium. Nec ſpirituſſanctus,
cuius nutu eccleſia regitur, tales voluit ſuis mi
niſtris ſcrupulos inijcere. Et huc ēt pertinēt ra-
tiones, quas ſuperiore caſu cōmemoraui. Et idē
9 eſt dicendū, † qñ clericus prætermiſit dicere
horas canonicas per integrum biduū exiſtima-
uit ipſe Soto in d. art. 6. col. 5. verſ. Quod ergo
cōſiliū; clericū nō teneri reſtituere hos fructus.
10 Tertius eſt caſus, quando, † clericus omiſit
dicere horas canonicas vltra biduū. Hic caſus
dubitationē habet. Nam Doctores illi permulti,
quos ſuprà retuli in principio, affirmātes abſo-
lutè, clericum omittentem dicere horas cano-
nicas teneri reſtituere fructus, hoc etiā in caſu
multò magis idē ſentiūt, & illis maximè fauet
conſtitutio Concilij Lateranēſis ſub Leone X.
11 † cuius verba hæc ſunt. Statuimus & ordina-
mus, ꝙ quilibet habens beneficiū cū cura, vel
ſine cura, ſit poſt ſex menſes ab obtento benefi-
cio diuinum officiū non dixerit, legitimo impe
dimento ceſſante, beneficiorū ſuorū fructus nō
faciat, pro rata omiſsionis officij & tēporis: ſed
eos tanquā iniuſtè perceptos in fabricas eccle-
ſiarū huiuſmodi beneficiorū, vel pauperū elee-
moſinas erogare teneatur. Si verò vltra dictum
tempus in ſimili negligentia contumaciter per-
manſerit, legitima monitione præcedente, be-
neficio ipſo priuetur: cùm pp officiū detur be-
neficiū. Intelligatur aūt officiū omittere quoad
hoc, qđ eſt beneficio priuari poſſe, qui per quin-
decim dies illud bis ſaltem non dixerit. Hacte-
nus Conciliū. Quam ſanè conſtitutionem cre-
dere debemus fuiſſe promulgatam ſpiritu diui
no. Non, n. credendū eſt Concilium hoc tam
repente inſignè hoc præceptum ſtatuiſſe nulla
præcedente vel rōne, vel eccleſiæ antiquæ vſu,
ſicuti Domin. Soto. rectè perpendit in d. art. 6.
col. 4. in prin. Cęterùm vt animaduertit ipſe, er
ronee ſcriptum vr̄ in contextu Cōcilij in illis
verbis, ſi poſt ſex menſes &c. rectius. n. legendū
eſt, ſi per ſex menſes, vt ſenſus ſit, ꝙ qui per ſex
menſes ab obtento beneficio, vel quamlibet eo-
rum partem officium non dixerit, ſolùm tenea
tur ad reſtitutionem pro rata Elapſo verò ſeme
ſtri, ſi poſt admonitionem in quindecim diebus
bis non orauerit beneficio priuetur. Eſt ergo cō
cluſio, ꝙ quæcunq; horarum omiſsio cùm pri
mum quis habet beneficium eū ad reſtitutio-
nem fructuum obligat. Exiſtimauit tamen ipſe
Domin. Soto hanc conſtitutionem rigore non
carere: & propterea in ea opinione fuit, ꝙ poſ-
ſit clericus compoſitionem habere cum ſum-
mo Pontifice vel Epiſcopo, vt aliqua fructuum
quantitas pro eius voluntate & arbitrio fabricę
eccleſiæ applicetur. Et hoc illud eſt, quod etiā
ſenſit ille Moder. Pariſ. in d. §. 30. num. 35. Cū
12 dixit, hunc † clericum pro iudicis arbitrio pu
niri. De hac ſanè pœna intelligi poteſt, vt cōpo-
nat ſe cum ſuperiore. Hæc quæ de horis cano-
nicis ſcripſimus locum etiam obtinere cre-
dimus & in clericis, qui ſunt in gymnaſijs ſtu-
diorum cauſa. Nam & ij tenentur has horas ca
nonicas dicere. Ita ſcribunt permulti relati ab
Oratio Lucio Callienſi benè erudito iuriſcon
ſulto in tract. de priuilegijs ſcolarium priuile-
gio centeſimo, vbi & alios diſſentientes ab hac
opinione commemorat.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericum declinare debere iudicis laici forum,*
2 *Clericum conſentire non poſſe in iudicem laicum.*
3 *Iudicis arbitrio puniri clericum conſentientem in iudicem laicum.*

## CASVS CCCCXXX.

### DE POENA CLERICI CONSENtientis in iudicem laicum.

ANNECTAM & hic aliquas
pœnas iudici arbitrarias, qui-
bus plectuntur clerici canonū
contemptores, & inobſeruato-
1 res, ſicuti illa eſt, qñ † clericus
in iudicium vocatus à iudice
laico eius forum non declinat. Non enim in eū
2 † conſentire vel poteſt, vel debet. c. clerici. de iu
dicijs &c. quod clericis. de foro cōpet. & vtro-
que in loco plura ſcribunt interpretes. Qui ita-
3 que conſentiunt pœna † arbitraria puniuntur.
Ita egregiè Bald. in l. 2. in fi. C. de indict. vidui.
tollen. Bertach. in tract. de Epiſcopo lib. 4. par.
5. num. 98. & Grammaticus in conſilio primo
num. 34. poſito poſt eius deciſiones.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus in fonte ſacrum baptiſma conferre debet.*
2 *Iudicis arbitrio puniri clericum baptizantem alio in loco quàm in fonte ſacro.*

## CASVS CCCCXXXI.

### DE POENA CLERICI BAPTIZANtis alio in loco, quàm in ſacro fonte.

1 CANONES quoq; trãſgreditur † clericus ille, qui alio in loco, quàm in fonte baptiſmum confert: Et ea ratio-
2 ne punitur † pœna arbitraria, vt inquit gloſſ. in clem. vnica. in glo. penultima, de baptiſmo.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericum pro alio fideiubentem, vel mutuo ſuſcipientem puniri iudicis arbitrio.*
2 *Clericus impunè mutuum ſuſcipit pro neceßitate vel vtilitate Eccleſiæ.*
3 *Prælatus præſente & conſentiente capitulo rectè mutuò ſuſcipit.*
4 *Prelatum liberam fructuum adminiſtrationem habere.*
5 *Prælati delictum capitulo præſente nocet eccleſiæ.*
6 *Prælati confeßio eccleſiæ nocet.*
7 *Prælatus an præſente capitulo rectè mutuum ſuſcipiat, vbi agitur de alienandis immobilibus.*
8 *Bona immobilia eccleſiæ ſine neceßitate non poſſe alienari.*
9 *Alienatione prohibita cenſetur prohibita pignoris datio.*
10 *Minor ſicuti non poteſt alienare, ita nec pignorare.*
11 *Prælatus delinquens an eccleſiæ perpetuò noceat.*
12 *Pupillus tutore auctore rectè mutuò ſuſcipit pecunias.*
13 *Alienare qui non poteſt, quando pignori dare nequeat.*
14 *Pecunia ex certa cauſa, mutuò ſuſcepta, probari debet in eam cauſam eſſe verſam.*
15 *Eccleſiam petere poſſe reſtitui in integrum aduerſus obligationem à ſuo prælato contractam.*
16 *Læſionem probare debet eccleſia petens ſe reſtitui aduerſus contractum à ſuo prælato initum.*
17 *Prælatus viuens tenetur ad mutuum à ſe ſolo ſuſceptum.*
18 *Eccleſia an teneatur de mutuo ſuſcepto à ſuo prelato iam defuncto, cùm non agitur de alienatione immobilium eccleſiæ.*
19 *Succeſſor in eccleſia non tenetur ad debita ſui anteceſſoris.*
20 *Cap. pen. de fideiuſſo. declaratur.*
21 *Cap. 1. de ſolutio. declaratur.*
22 *Creditoris mutuò dantis ſoli prelato negligentię adſcribendum eſt, ſi non habuit conſenſum capituli.*
23 *Leges eſſe ſcriptas negligentibus.*
24 *Iudicis arbitrio relinquitur, quomodo prelatus conſueuerit mutuo ſuſcipere pecuniam.*
25 *Clericum mutuò ſuſcipientem auctoritate capituli eccleſiam obligare.*
26 *Ciuis conſilij auctoritate mutuò ſuſcipiens Ciuitatẽ obligat.*
27 *Clericus mutuò ſuſcipiens ob adminiſtrationem, quam habet, eccleſiam non obligat.*
28 *Creditor mutuans clerico adminiſtratori omniũ bonorum eccleſiæ.*
29 *Donandi facultas non includitur ſub adminiſtratione bonorum libera.*
30 *Creditorem teneri probare in rem verſum, cum mutuò dat vltra ſummam taxatam.*
31 *Procurator excedens fines mandati non obligat mãdantem.*
32 *Creditorem teneri probare verſionem cum clericus ſine mandato mutuò ſuſcepit.*
33 *Pecuniam verſam in eccleſiæ, vel ciuitatis vtilitatẽ quomodo probetur.*
34 *Eccleſiam opus habuiſſe pecunia mutuatitia coniecturam facit, eſſe in eius vtilitatem verſum.*
35 *Iudicis arbitrio relinqui, quando eccleſia opus habuerit pecunia mutuatitia.*
36 *Pecuniam eſſe verſam in vtilitatem oſtendit probitas adminiſtratoris.*
37 *Pecuniã modicã eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ.*
38 *Pecuniam eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ ſignificat, vbi debito fuit ſatisfactum.*
39 *Fundus emptus præſumitur emptus ex pecunia mutuata ſtatim.*
40 *Pecuniam ſemel verſam in eccleſiæ vtilitatem, ſufficere quòd ſemel verſa ſit.*
41 *Pecuniam periſſe antequam in eccleſiæ vtilitatẽ peruenerit, nil refert.*
42 *Prælatus impendendo pecuniam eccleſiæ mutuatam quando eccleſiam obliget.*
43 *Prælatus ædificari faciendo quando eccleſiam obliget.*

## CASVS CCCCXXXII.

### ECCLESIA QVANDO EX SVSCEPTO mutuo à prælato, alterove eius adminiſtratore teneatur, & quãdo creditor probare habeat pecuniam eſſe verſam in eccleſiæ vtilitatem, diligens explanatio.

1 EST & canonum trãſgreſſor, atque contemptor † clericus, qui ſine ſuperioris auctoritate vel pro laico fideiuſsit, vel eccleſiæ nomine mutuo pecunias ſuſcepit. Et propterea pęna arbitraria punitur, vt inquit glo. in c. pe. in verb. grauiori, de fideiu. Cæterùm quo ad mutuum, (vt de eo tantùm dicamus) ceſſat hæc pœna, qñ
2 clericus † pro neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ mutuum ſuſcepit, vt conſtitutum eſt in d. c. pe. §. penul. Eſt tamen perplexa diſputatio, quis teneatur probare pecuniam mutuò datam fuiſſe verſam in Eccleſiæ vtilitatẽ? Et verè ex traditionibus Abbatis & aliorum in d. c. pen. ita diſtingui & ex ordine conſiderari poſſunt hi caſus.
3 Primus eſt, quando † pecunia fuit mutuò data prẹlato præſente, & conſentiẽte Capitulo, & agitur de alienandis bonis mobilibus minimè ptioſis ipſius eccleſię ꝓ mutui reſtitutione. Hoc

in caſu



in caſu creditor, qui mutuò dedit neceſſe nõ habet probare pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ. Ita docuit Abbas in d. c. pen. nu. 5. ver. aut poteſt ſatisfieri. de fideiuſſ. & idem in c. 1. nu. 9. ver. & videtur hic. de depoſito. poſt Innoc. ibidem. Idem reſpondit Cardinalis Zabarella in conſi. 71. col. pen. ver. ſecundum hoc intelligo. Et à fortiori hanc opinionem cõprobat auctoritas eorum, qui exiſtimarũt, creditorem, qui Prẹlato & Capitulo mutuum conceſſit, non teneri probare hanc verſionem, etiã quando ꝓ ipſius mutui reſtitutione eſſet opus alienare eccleſiæ immobilia, vel mobilia prætioſa. Quas ſanè auctoritates commemorabimus infra in ſequenti caſu. Quocirca nõ habet hæc opinio, qđ ſciam, diſſentientem. Et hæc ipſa ſententia probatur ex d. c. pen. vt illud perpendit Abbas præ
4 citatis in locis. Accedit ſecundò ratio, ꝙ † Prælatus habet liberam adminiſtrationem fructuũ eccleſię. Ea propter liberum eis fuit mutuò ſuſcipere pecuniam, & ex fructibus eccleſiæ reſtitue-
5 re. Comprobatur tertiò, quòd ſi † delictum Prẹlati conſentiente capitulo eccleſiæ detrimentũ adfert. l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccl. c. 2. de ordine cogni. & c. delictum. de reg. iur. in 6. ita etiam detrimentum adferri potuit ipſi eccleſiæ ex mutui hac receptione. Hoc enim genus argumẽti valet, cùm adeſt terminorum paritas, vt hic, & in ſpecie ſic explicat Decius in l. ciuitas. nu. 4. verſi. ſed defendendo. ff. ſi certum pet. Qua tamen de re dicam intra. Ita dicimus,
6 ꝙ † confeſſio Prælati nocet eccleſię. c. dudum. il 2. in glo. de dicenda. de elect. Et Prælatus conſtitutus ſyndicus à capitulo ad vendendum præiudicium ſua confeſſione adfert eccleſiæ, cum aſſerit, ſe ab emptore pretium recepiſſe, vt ſcribunt glo. in cap. vlt. de præſcrip. Ioan. And. Archid. & alij in cap. 2. de teſtib. in 6.
7 Secundus eſt caſus, † quãdo pecunia fuit mutuò data Prælato conſentiẽte Capitulo. & agitur de alienandis bonis eccleſiæ immobilibus, vel mobilibus prætioſis, vt pecunia illa reſtituatur. Hoc ſanè in caſu grauis eſt diſputatio inter doctores, an creditor teneatur probare pecuniam fuiſſe verſam in eccleſię vtilitatem? Abbas in d. c. pen. nu. 4. ver. aut enim propter. de fideiuſſ. & in d. c. 1. nu. 9. de depoſito, exiſtimauit, creditorem teneri probare verſionem hanc. Et idem poſt Inn. ſcripſit Cardinalis in d. c. pen. colum. pen. ver. decimoquarto. & in conſi. 71. ſeriatim ſuper ſingulis. col. vlt. verſi. dico tamen. & cum his ſenſit Alcia. in l. ciuitas. nu. 4. ff. ſi cer. pet. & ſi loquatur in cõtractu emptionis, quod fortius eſt, & de mutuo idem Alcia. ibidem nu. 6. verſi. idem ſi ex reditibus. Ea ratione hi moti ſunt, ꝙ
8 ſi non poſſunt Prælatus & eccleſia † alienare bona eccleſiæ ſine vrgenti neceſſitate, vel euidenti vtilitate, c. ſine exceptione. 12. q. 2. Ita nec indirectè poſſunt recipiendo mutuum, cuius cauſa opus deinde eſt deuenire ab bonorum alienationem, argu. c. cum quid vna via. de reg. iur. in 6. Eſt ſimile, quod docuit Bart. in l. quorum. ff. de
9 pigno. ꝙ ſi † res prohibetur alienari, prohibita etiam cenſetur pignorari: quia per pignorationem peruenitur ad diſtractionẽ. l. vlt. C. de reb. alien. non alien. & c. nulli, de reb. eccle. non aliena. His accedit, ꝙ ſicuti ætate minor non poteſt
10 ſine † decreto diſtrahere bona, ita nec poteſt ea pignori dare l. magis puto. §. ſi pupillus. ff. de reb. eorum. & ſcripſi ſupra in caſu 171. nu. 30. Verùm huic rationi reſpondet multipliciter Decius in l. ciuitas. nu. 7. ſi cert. peta. Et primò ait, ſeparatam eſſe cauſam obligationis ab ipſa ſolutione, quæ fieri debet. Quæ conſideratio leuis eſt: cũ ſolutio ſit conſequutiua ad ipſam obligationẽ: ſicuti manifeſtè probatur ex ſimilibus iam relatis, cum diximus, illud pignori dare non poſſe, qui nec poteſt alienare. Secũdò reſpondet Decius, quòd ſicuti poteſt Prælatus cũ Capitulo delinquendo præiudicare eccleſię, ita etiam contrahendo & alienando. Cęterùm nec
11 hęc conſideratio ſatisfacit; cum nec † Prẹlatus delinquendo eccleſiæ præiudicet perpetuò, vt copioſè declaraui in tracta. de recuperanda poſſeſſione, remedio nono. nu. 104. quo loci plura ad rem hãc congeſſi. Tertiò ſatisfacit Decius, ꝙ ratio Abbatis & aliorum poſſet procedere, quãdo in mutuo ſubeſſet fraus, quæ quidẽ hic omnino ceſſat. Hæc quoque conſideratio leuis eſt, quia præſupponit Decius pro conſtanti, quòd venit in diſputationem. Nam Abbas & ſequaces, qui volunt creditorẽ teneri probare verſionem hanc, ob id dicunt, ꝙ ſuſpicio ſit, ne fraude mutuum ſit factum: & præſertim cũ à fœneratore datum fuit. Ego crederẽ reſponderi poſſe, ꝙ aut aliqua ſubeſt coniectura fraudis in ſuſcepto mutuo: & tũc quemadmodũ impediretur alienatio bonorum immobiliũ, ita & obligatio ex ſuſcepto mutuo. Et hoc in caſu rectè ſentit Abbas. Non enim ego cum illo admitterẽ, ꝙ eo ipſo, quòd ſuſceptum eſt mutuum, ſit fraudis ſuſpicio, cum prẹſumendũ non ſit totũ Capitulum voluiſſe delinquere. Aut ceſſat omnis coniectura & ſuſpicio fraudis, & tunc rectè ſentit Decius: quandoquidem minor & pupillus, qui nõ poteſt ſine decreto alienare immobi
12 lia: attamẽ cum ſui † tutoris, vel curatoris, conſenſu rectè mutuò, ſuſcipit pecuniam. l. verùm. cum l. ſequen. ff. de minor. & l. 1. §. ſi pupillus. ff. quod iuſſu. Et quod dictum eſt, eum non poſ
13 ſe † pignori dare, qui nec diſtrahere, procedit cum agitur de ſpeciali alicuius rei pignore, vel hypotheca, non autem de generali. Id quod in ſpecie probat text. in §. ſi autem creditor. in fine. in auten. de non aliena reb. eccleſ.

Contrariam itaq; opinionem aduerſus Inn. Card. & Abbatem defendunt Bart. in l. ciuitas. nu. 13. ff ſi certum peta. & in auth. hoc ius porrectum. colu. pen. C. de ſacroſan. eccleſ. Butrius in d. c. pen. nu. 9. verſi. ſi autem recipitur pecunia, de fideiuſſo. Imola in c. 1. nu. 16. verſi. quid ergo. de depoſito. Maria. Socinus Sen. in conſi. 15. nu. 25. li. 1. Caſtrẽ. in conſi. 338. Primò quæritur, nu. 2. verſi. ad hoc reſpondeo, lib. 1. Iaſon

& Dec.

& Decius in d. l. ciuitas. ff. ſi certum peta. il-
le fol. pen. iſte nume. 6. in fine, & hanc eſſe rece
ptam opinionem aſſeruit Didacus lib. 2. varia.
reſol, cap. 17. nume. 3. Et hanc ſecutus eſt & Ro
landus in conſi. 41. nume. 36. lib. 1. Et hæc ſentē
tia fulcitur ex d. c. pen. de fideiuſſ. & alijs ratio
nibus ſuperiore caſu conſideratis.
Extēditur hic caſus, vt etiam procedat quan
14 do † mutuum fuit ſuſceptum ob certam & de
terminatam cauſam. Nam & tunc non eſt pro
bandum à creditore pecuniam fuiſſe verſam in
eam cauſam. Ita Imola in cap. 1. nume. 16. verſ.
D. Antonius, de depoſito. reiecta opinione Bu-
trij in d. cap. pen. nume. 9. verſi. & hæc tempero.
de fideiuſſo. Ego dicerē, quòd aut cōſtat ipſam
pecuniā non eſſe verſam in eam cauſam, & tunc
procedit Butrij opinio, aut ſumus in dubio, &
tunc procedit ſententia Imolæ, cum præſumen-
dum ſit Prælatum & Capitulum in aliā cauſam
quàm a ſe ordinatā impendiſſe ſummam illā.
Declaratur hęc ſententia, vt nō habeat locū,
15 quando ob iuſtam cauſam eccleſia † peteret re-
ſtitui in integrum aduerſus eam confeſſionem.
Ita declarat Decius in d. l. ciuitas, nume. 7. verſi.
ſi tamen eccleſia. ff. ſi certum peta. Ita de aliena
tione rei eccleſiæ ſcribit Felinus in cap. quæ in
eccleſiarum, col. 1. verſi. vno caſu, de conſt. & re
ſpondit Neuiz. in. cōſi. vlt. nu. 10. cum dicunt,
quòd etſi emptor rei eccleſię ne teneatur proba
re prædium rei à ſe emptæ fuiſſe verſum in vti
litatem eccleſiæ, vt etiam ſcripſerunt Abbas in
d. cap. 1. num. 9. de depoſ. Cardinal. in conſi. 95.
col. vlt. verſ. ad c. 1. Decius in conſi. 36. nume.
8. verſi. tertiò principaliter. Corne. in conſi. 181.
nume. 32. lib. 2. & Ripa in l. is, qui bona. nume.
9. ff. de pigno. attamen hoc caſu eccleſia, ſi ſe læ
ſam ſentit, petere poteſt reſtitutionem in inte-
16 grum. Verùm (vt dixi) probari debet † læſio,
& ea quidem manifeſtè, vt declarant Butrius in
cap. 1. nume. 4. de reſtitu. in integrum, & in ter-
minis claris Corne. in d. cōſi. 181. num. 53. lib.
2. Et læſio hæc grauis eſſe debet, vt tradunt Bu
trius in cap. auditis. num. 14. de reſt. in integrū.
Iaſon in cōſi. 54. nu. 5. lib. 1. & Beroius in cōſi.
32. numero 10. lib. 1.
17 Tertius eſt caſus, quando † pecunia fuit mu
tuò ſuſcepta à ſolo Pręlato, qui & tempore reſti
tutionis faciendæ viuit, & qui reſtituere poteſt
abſque diſtractione bonorum immobilium ec-
cleſiæ. Hoc ſanè in caſu neceſſe non habet credi
tor probare pecuniam fuiſſe verſam in eccleſię
vtilitatem. Ita docuit Abbas in d. cap. pen. nu.
6. verſ. aut mutuū fuit receptū, de fideiuſ. Nec
hactenus quēquā legi ab eo diſſentientem. Et
ſnīam hanc ꝓbat tex. d. c. pen. vt ab Abbate ppē
ditur. Et magis vrget ratio illa, quòd Pręlatus
eſt, dū viuit, adminiſtrator bonorū eccleſiæ, &
de fructibus poteſt diſponere.
18 Quartus eſt caſus, quando † pecunia fuit
mutuò ſuſcepta à ſolo Prælato, qui deinde tem
pore reſtitutionis faciēdæ non eſt in humanis,
& non agitur de diſtractione bonorum immo-
bilium eccleſiæ. Hoc in caſu ſunt opinones.
Nam Inno. in cap. 1. de ſolutio. ſcribit, credito-
rem neceſſe habere probare verſionem. Non
19 enim (ait ille) eccleſiæ † ſucceſſor tenetur ad de
bita anteceſſoris, niſi probetur verſum fuiſſe in
eccleſiæ vtilitatem. Et hanc opinionem proba-
uit & Butrius in d. cap. pen. nume. 9. verſi. ſi au
tem recipitur. Idem ſenſit Caſtr. in conſi. 338.
Primò quæritur, numero 2. ſi verò nullū lib. 1.
contrariam opinionē probarunt Hoſtien. Gui-
el. Naſo, quos refert & ſequitur Abbas in d. cap.
pen. numero 7. verſ. ſed Hoſtien. Et idem affir-
marūt ibi Cardinal. col. 4. verſi. decimò quęro.
& Ancha. ibidem nume. 9. Qui quidē adducti
20 ſunt illo † text. d. capi. pen. dum ſolùm requirit
probationem verſionis in monaco, vel clerico
non Prælato ſuſcipiente mutuum, ſentiens di-
uerſum eſſe in Pręlato. Sed leue eſt hoc argumē
tum ductum à ſenſu contrario: cum ad limitea
tantùm ſumi debeat: & ideò ita ſolummodo cō
cludere poteſt. Eccleſia tenetur pro mutuò ſu-
ſcepto à monaco, ſi creditor ꝓbat mutuuò data
fuiſſe verſa in eccleſiæ vtilitatē. Ergo ſi non pro
bauit hoc caſu creditor iſte verſionem, non po
terit mutuum repetere. Secundo itaque loco ci
21 rant † cap. 1. de ſolutio. vbi ſolùm requiritur, ꝙ
obligatio fuerit contracta tempore quo immi-
nebat neceſſitas eccleſiæ. Ergo ſufficit probare,
quòd tunc imminebat neceſſitas. Verùm hic eſt
modus probandi, pecuniam eſſe verſam in eccle
ſiæ vtilitatem ex multorū opinione, ſicuti pau-
lò infra attingemus. Tertiò moti ſunt Guliel &
ſequaces ea ratione ducta ab abſurdo & impoſ-
ſibili. Nam ſi creditor daret mutuò Prælato eun
ti Romā, eſſet opus quòd mittere aliquem, qui
eſſet ſolicitus & diligens, vt pecunia impendere
tur pro vtilitate eccleſiæ. Ita etiam qui pro co-
lendis agris mutuū cōcederet, neceſſe haberet
ire, vel mittere teſtes, qui ruri eſſent & viderent
quā bene pro eccleſiæ vtilitate pecunia illa ero-
garetur: id quod & abſurdum & penè impoſſi-
bile eſt Cæterùm huic rationi reſpondet Bu-
trius ind. cap. pen. nume. 9. eſſe adſcribēdum ne
22 gligentiæ † creditoris, qui dum potuit habere
23 conſenſum Capituli, illū habere neglexit. † iu
ra enim ſcripta ſunt vigilātibus & nō dormien
tibus, l. ſi pupillus, in fine ff. de his, quæ in fraud.
24 cred. Ego certe multùm tribuerē hac in re † iu
dicis arbitrio; qui poterit cōſiderare, an iſte Pre
latus conſueuerit hoc modo ſumere pecunias
mutuò, & expendere pro eccleſiæ vtilitate. Con
ſiderabit etiam, an ſumma ſit magna, vel tenuis,
ita vt veriſimile ſit, eum mutuò ſumpſiſſe & im
pendiſſe ad eccleſiæ vtilitatem. Et ſi veriſimile
hoc adſit, pronūciabit ꝓ creditore, cui niſi tūc
eccleſia ſatisfaceret, locupleteretur cum eius ia
ctura, aduerſus & leges & rationem naturalem,
25 Quintus eſt caſus, quando † mutuum fuit fa
ctum ſingulari perſonæ, puta vni ex canonicis,
vel vni monacho, cui à ſolo capitulo data ſit fa
cultas ſuſcipiendi illam certam ſummā à ſe ſu
ſceptam mutuò. Hoc caſu creditor non habet
neceſſe



neceſſe probare pecuniam illā fuiſſe verſam in
vtilitatē eccleſiæ. Ita poſt gl. pen. in d. c. pen. de
fideiuſſ. ſcripſerunt ibi Abb. nu. 7. ver. quando-
26 que mutuum. & Anch. nu. 9. Idem † de mutuā
te ciui habenti mandatum à tota Ciuitate, ſcri-
bit Alciat. in l. ciuitas. num. 6. verſi. alius eſt. ff. ſi
certum petatur, qui vult hac in re à pari proce
dere eccleſiam & Ciuitatem. Ea eſt huius caſus
ratio; quia non illi ſingulari perſonæ, ſed ipſi ec
cleſiæ mutuum videtur conceſſum.
27 Sextus eſt caſus, quando † mutuum fuit fa-
ctum vel canonico, vel monaco, cui non fuit ta
xata ab eccleſia ſumma pecuniarum mutuò ac-
cipienda: ſed iſte habebat adminiſtrationē ali-
cuius villæ, vel alterius rei cum libera poteſta-
te: & mutuò ſuſcepit pecuniam aſſerēdo, ſe pro
vtilitate illius villæ ſuſcipere. Hoc in caſu (& ſi
Doctores expreſſim non tradant) crederem cre
ditorem teneri probare verſionē. Ea eſt ratio,
quòd libera illa poteſtas adminiſtrandi non ſe
extendit ad hunc caſum ſuſcipiendi mutuò pe
cuniam, vt ſequenti in caſu dicemus.
28 Septimus eſt caſus, quando † mutuum fuit
factū ſingulari perſonæ, qui liberam habet po-
teſtatem adminiſtrationis omnium bonorū ec-
cleſiæ: & ſuſcipiendo mutuum dixit, ſe ſuſcipe
re pro vtilitate eccleſiæ. Hoc in caſu adhuc tene
tur creditor probare, pecuniā fuiſſe verſam in
vtilitatē eccleſiæ. Ita ſenſit Butrius in d. c. pen.
nu. 7. verſi. omnia prædicta. & apertius ibidem
Ancha. nu. 7. ver. ſecundo caſu, cùm habet libe-
rā &c. ibi; fallit in Ciuitate & eccleſia, quæ nun
quam ex mutuo obligantur. Non enim (vt ſupe
riore caſu admonui) libera bonorum admini-
ſtratio ſe extendit ad hunc actum ſuſcipiendi
mutuò pecuniam. Cum hoc modo videatur fa
cta quædam donatio illi creditori, & facultas
29 † donandi non includitur ſub libera bonorum
adminiſtratione. l. creditor. §. Lucius. ff. de ad-
miniſtra. tuto. & in ſpecie ita ſenſit Riminal.
Sen. in l. ciuitas. col. vlt. verſi. & hoc ideò requi
ritur. ff. ſi certum petatur. Verùm ab hac opi-
nione viſus eſt diſſentire Aret. in dicta l. ciuitas.
nume. 4.
30 Octauus eſt caſus, quando † mutuum fuit fa
ctum ſingulari huic perſonæ habenti manda-
tum ad ſuſcipiendum mutuò certam ſummam,
& ille exceſſit modum, accipiendo maiorē ſum
mā. Hoc in caſu creditor tenetur omninò pro-
bare illud plus fuiſſe verſum in eccleſiæ vtilita-
tem. Ita ſcribunt Abbas in d. cap. pen. numero
ſeptimo in fine. & ibidē Butrius numero ſexto
poſt Innocen. Ea eſt ratio concludens, quòd is
31 † procurator excedendo fines mandati dicitur
feciſſe tanquam perſona priuata. c. cum dilecta
de reſcrip. Et dicitur facere contra voluntatem
eccleſiæ, quæ dedit mandatum ad ſolam illam
certam ſummam. Et ideò creditor debuit cau-
tè negotiari & mandatū videre, nec quid vltrà
eam ſummam mutuò dare.
32 Nonus & vltimus eſt caſus, † quando certa
ſumma mutuò ſuſcipiēda ex ordinatione eccle
ſiæ fuit ſuſcepta à ſingulari perſona, nēpe cano
nico vel monacho, ſed ſine mandato ei facto.
Hoc in caſu creditor tenetur probare, eam ſum
mam fuiſſe verſam in eccleſiæ vtilitatem. Ita do
cuit Butrius in dicto capitulo penultimo, nu-
mero nono verſiculo ſecundo caſu &c. Et ratio
eſt manifeſta; quia imputandum eſt facilitati
creditoris, qui mutuum conceſſit non habenti
facultatem accipiendi & obligandi eccleſiam
ad eius reſtitutionem. Habebit ergo neceſſe cre
ditor iſte probare hanc verſionem.
Dubitari autē hic contingit, quomodo pro-
33 bari poſſit, hanc † pecuniam fuiſſe verſam in
eccleſiæ, vel ciuitatis vtilitatem? Et coniecturis
probari poſſe exiſtimant omnes in l. Ciuitas. ff.
ſi certum petatur. ibi Riminal. Sen. col. vlt. ver
ſic. ex quo colligitur. & Alciatus numero ſexto.
Idem reſpondit Caſtrenſ. in conſil. 338. Primò
quæritur, poſito. nume. 2. lib. 1. Et hæ quidem
coniecturæ pendent ab arbitrio iudicis, vt mox
ſubijciam.
34 Prima eſt † coniectura, quando conſtat, ꝙ
tēpore mutui facti eccleſia, valdè indigebat pe
cunia mutuatitia, & conſtat adminiſtratorem
accepiſſe mutuò eam ob cauſam. Ná tunc con-
iectura fit, pecuniā fuiſſe verſam in eá cauſam
eccleſiæ vtilē & neceſſariam. Ita gl. in auth. hoc
ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſ. Petrus,
Cynus, & Baldus in l. vlt. ff. de exercito. actio. Sa
lycet. Caſtren. Riminal. Sen & Decius in l. Ci-
uitas. ff. ſi certum petatur. Verùm hanc conie-
cturam non admittunt Alexand. & alij plures,
quos ipſe commemorat, & communem aſſe-
rūt Decius & Alciatus in d. l. Ciuitas. ille num.
10. iſte num. 6. verſic. tertius eſt. Ego certè vnà
35 cum ipſo Alciato relinquerem hoc † iudicis ar
bitrio, vt cognoſcat, an probabiliter ita actum
ſit, vel non.
36 Secunda eſt coniectura † ducta à prudentia
& probitate adminiſtratoris, qui conſueuit ec-
cleſiæ vtilia diligenter & ſumma fide peragere.
Ita gloſſ. & Archid. & Geminia. in cap. hoc ius,
10. q. 2. & gl. Odoffredus, Cynus, & Albericus
in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. ec
cleſ. quos ſequutus eſt Alciatus in d. l. Ciuitas.
nume. 6. ver. quid enim, ſi præterea &c. & prius
Riminald. Sen. colum. vlt. verſicu. & propterea.
Et idem reſpondit Caſtr. in conſil. 338. Primò
quæritur. nu. 2. lib. 1.
37 Tertia eſt coniectura, † cùm modica ſum-
ma fuit mutuò data. Nam tunc præſumitur ver
ſa in eccleſiæ vtilitatem. Ita Alcia. in d. l. Ciui-
tas. num. 6. verſi. quid ſi de modica.
38 Quarta coniectura eſt, † ſi cōfeſtim, quo mu
tuò data eſt pecunia, reperiatur ſatisfactum illi
cauſæ, ob quam mutuum fuit ſuſceptum. Nam
tūc præſumitur ſatisfactum ex illa pecunia. Ita
Romanus in d. l. Ciuitas. & ibidem Riminald.
Sen. colum. vlt. verſicu. & quidquid dixerit &c.
Alexan. colum. 3. verſicul. ſubdit Romanus, &
Alciatus ibidem nume. 6. verſic. quid ſi confe-
ſtim &c. poſt Iacobum Butrigarium & Alber.
in

in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. ec
cleſ. cùm dixerunt, quòd ſi ſtatim quo pecunia
39 fuit mutuò data, appareat fundum fuiſſe † ab
eccleſia emptũ, præſumitur emptus ex ea pecu-
nia mutuata. Atque ita declaratur, quod tra-
dit Aretinus in d. l. Ciuitas. nume. 4. verſicu. &
ideò puto, cùm ſcripſit, creditorem dantẽ mu
tuò procuratori eccleſiæ ob aliquam cauſam de
bere probare duo, cauſam extitiſſe, & in eã ver-
ſum. Hoc enim ceſſat, cum conſtat rem aliquã
emptam, quia præſumitur ibi impenſum.

Eſt etiam illud annotandum in hac perutili
40 diſputatione; ſatis eſſe, quòd conſtet † pecu-
niam ſemel fuiſſe verſam in eccleſiæ vtilitatẽ,
etſi perpetuò verſa non manſerit. Ita affirma-
runt Abbas in dicto capitulo penultimo, nu. 8.
de fideiuſſo. & ibidem Cardinalis q. 10. & An-
char. numuro decimo, qui egregiè declarat. Al-
ciat. in l. Ciuitas. num. 7. ſi certum petatur, qui
41 idem eſſe ait, quando † pecunia fortuitò perijt
antequam in vtilitatem eccleſiæ verteretur. Id
quod diſputaſſe Bartholomæum Brixien. quæ-
ſtio. 145. tradit. Hoc intelligo, quando fuit im-
penſum in cauſam, quæ ſui natura erat perpe-
tuò duratura, etſi (vt dixi) ex ipſo euentu nõ
perdurauerit, ita colligo ex Caſtren. in conſilio
338. Primò quæritur. num. 1. verſicul. primo
42 qualiter. libro primo, qui ait, prælatum, † vel
procuratorem ita demũ impendendo pecuniã
mutuò ſuſceptam obligare eccleſiam, quatenus
fuit impenſum intra modum ſolitum, & vt vel
ipſa neceſsitas, vel vtilitas requirebat: ſecus ſi
modum exceſsit. Et idẽ docuit Abbas in d. c. pe
nult. nume. 9. de fideiuſſ. Cùm ſcripſit, quòd ſi
43 † prælatus vel procurator ex pecunia mutuati-
tia ædificari fecit nobile ædificium in loco non
expedienti & neceſſario, ita quòd graue ſit, &
damnoſum eccleſiæ factam fuiſſe illã impensã,
eccleſia non tenetur erga creditorem. Et ait,
quòd eccleſia tantummodò tenetur, quatenus
fuit meliorata.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatum alienare non poſſe ea, quæ ſunt de menſa eccleſiæ.*
2 *Bona de menſa eccleſiæ quæ dicantur.*
3 *Eccleſiæ menſæ eſſe dicuntur bona ad eam reuerſa, & ei incorporata.*
4 *Prælatus ſua declaratione efficit bona eſſe de menſa eccleſiæ.*
5 *Prælatorum in Sabaudia & Pedemontium obſeruatio, vt efficiant bona eccleſiæ eſſe de eius menſa.*
6 *Anni curſum requiri quò ad Prælatos, qui bona efficere volunt de menſa eccleſiæ.*
7 *Prælatum ſua confeſsione adferre poſſe commodum eccleſiæ, ſed non nocere alteri.*
8 *Iudicis arbitrio relinquuntur coniecturæ, quibus ſignificatur, rem fuiſſe effectam de menſa eccleſiæ.*
9 *Prælatus dum rem eccleſiæ ad ſuas manus redactam deſcribit facit in libris eccleſiæ, declarare dicitur vel le rem eſſe de menſa eccleſiæ.*
10 *Voluntas ita facto ſicut verbis declaratur.*
11 *Imolæ opinio reiecta.*
12 *Cap. cum de beneficio. de præben. in ſexto, declaratur.*
13 *Bona de menſa eccleſiæ cenſeri effecta, quando prælatus ille aliquod tempus apud ſe reſtituit.*
14 *Baldi opinio reiecta.*
15 *Poſſeſsionis apprehẽſio an declaret rem eſſe effectũ de menſa eccleſiæ.*
16 *Actus dubius non declarat voluntatem facientis.*
17 *Curtij iunioris opinio confutata.*
18 *Temporis curſus quantus eſſe debeat, vt res cenſeatur effecta de menſa eccleſiæ.*
19 *Anni curſus an ſufficiat, vt res cenſeatur effecta de menſa eccleſiæ.*
20 *Nuptiæ nouæ dicuntur intra annum.*
21 *Mancipia noua dici intra annum.*
22 *Vinum vetus dici poſt annum.*
23 *Decennij curſum requiri vt res cenſeatur effecta de menſa eccleſiæ.*
24 *Solemnitatem præſumi ex curſu decennij.*
25 *Diuiſionem bonorum præſumi ex curſu decennij.*
26 *Triginta annorum curſum requiri, vt res dicatur effecta de menſa eccleſiæ.*
27 *Conſuetudinem infeudandi iudici curſus triginta annorum.*
28 *L. eum, qui. C. de fund. rei priu. libro vndecimo, declaratur.*
29 *Iudicis arbitrio relinqui, quanto tempore res dicatur effecta de menſa eccleſiæ.*
30 *Prælato impedito infeudare rem eccleſiæ, res illa nõ dicitur effecta de menſa eccleſiæ.*
31 *Bona eccleſiæ retenta a Prælato, quando cenſeantur effecta de menſa eccleſiæ in præiudicium ſucceſſoris in prælatura.*
32 *Prælatum ſuo ſucceſſori præiudicare non poſſe.*
33 *Capitulo vt ſuper. de reb. eccle. non alien. declaratur.*
34 *Ca. 1. de clerico, qui inueſtituram facit, ſenſus.*
35 *Prælatum eſſe ſolum vſuarium vel vſufructuarium bonorum eccleſiæ.*

## CASVS CCCCXXXIII.

### DE MENSA ECCLESIÆ QVANdo cẽſeantur effecta bona in feudum, vel emphyteuſim conceſſa: & ad ipſam eccleſiam reuerſa, diligenter explicatur.

POSTEAQVAM ſuperiore
caſu de rebus eccleſiæ non di-
ſtrahendis, atque non dilapidan
dis aliqua pertractauimus, pla-
cuit hoc loco explicare egre-
gium hunc caſum in quo & iu-
dicis arbitrio multa committuntur. Eſt enim
1 iuris ſententia, † Prælatum non poſſe aliena-
re, atque ita in emphyteuſim, vel feudum
concedere ea, quæ ſunt de menſa eccleſiæ, hoc
eſt ea, quę iam ipſi eccleſię ſunt incorporata, c.
1. Epiſcopum, vel Abbatem cap. 1. qui feudum
dare poſſ. cap. 1. §. itẽ ſi Epiſcopus, quib. mod.
feud. ammitt. cap. vt ſuper, cap. ad noſtram extrà
de rebus eccleſiæ non alienandis, cap. 2. vbi om
nes, extrà de feudis. Et tradunt Martinus Lau-
den. in cap. 1. colum. penult. verſicul. fallit ſepti-
mò. qui feudum dare poſſ. Abb. & reliqui in d.
c. vt ſuper. & Zaſius in epitome feudorum. par
te 5. num. 49.

Dubitari autem nunc contingit, quæ dican-
2 tur de † menſa eccleſię: Et verè dicendum eſt.
Primò ea eſſe de menſa eccleſiæ, quæ perpe-
tuò vnita fuerunt eccleſiæ, atque ita quæ nun-
quã alteri ab eccleſia, poſt à ſe quæſitũ domi-
nium, conceſſa fuerunt, id quod clari iuris eſt:
& in ſpecie ſcribunt gloſſ. in clem. 1. de exceſſ.
prælat. Barbat. in cap. vt ſuper, nume. 3. de reb.
eccle. non alienan.
3 Secundò de menſa † eccleſiæ illa eſſe aliquan
do cẽſentur, quæ & ſi ſemel, vel pluries fuerint
cõceſſa: attamen ſunt tandem ad ipſam eccleſiã
reuerſa, & patrimonio eccleſiæ incorporata.
Sed hic verſatur dubitatio, quãdo & quomodo
hæc incorporatio cenſeatur facta? Et dicendũ
eſt, hanc incorporationẽ fieri altero de duobus
modis, expreſsè & tacitè.

Primò itaque modo expreſsè dicitur res hæc
4 effecta de menſa eccleſiæ, quando † Prælatus
expreſsè declarat, rem illam vaſalli vel emphy-
teutæ morte ad eccleſiã reuerſam, eſſe velle de
futuro de menſa prælaturæ & eccleſiæ. Nã tunc
verè efficitur talis, & primam illam ſuam natu-
ram res iſta perdit, ita quòd non poteſt amplius
à Prælato cõcedi in feudum, vel emphyteuſim.
Ita ſcripſerunt Cardinalis Zabarella in cap. 2.
q. 13. extra de feu. Abb. in cap. vt ſuper. nume.
10 verſic. & dicendum eſt. de rebus eccleſiæ nõ
alienandis. Bartol. in l. ſi vacantia. nume. 9. verſi.
vel ſi Abb. C. de bonis vaca. lib. 10. Anchar. in
cõſ. 156. Propter tria. colum. 2. verſic. præterea
videtur. Barbat. in d. cap. vt ſuper. colum. 2. ver.
ſi verò loquimur. & apertius Claudius de Sey-
ſellio in Speculo feudorum. pag. 251. verſic. ta
5 men concludendo &c. qui ait, in Gallia † & Sa-
baudia Prælatos & adminiſtratores bonorum
Principum cõſueuiſſe has declarationes facere,
atque ita incorporare bona hæc reuerſa ipſi ec-
cleſiæ vel principi, vniendo ea cum alijs bonis
iam incorporatis. Quam ſanè traditionem pro
baui in conſi. 79. nume. 10. Et fulcitur illo tex.
l. ſi vacantia. & l. ſi quãdo. C. de bonis vaca. lib.
10. Et in claris non eſt opus coniecturis.

Nec dubitandum eſt, quin iure poſſit præla-
tus hanc declarationem facere; cum poſſit & de-
beat reddere conditionem eccleſię meliorem,
non autem efficere deteriorem, vt ſuis locis di-
cemus.

Hæc autem ſententia procedit quò ad ipſum
Prælatum declarãtem. Is enim, ea declaratione
facta, non poteſt amplius rem illam alienare &
in feudum, vel emphyteuſim concedere. At quò
ad eos, quibus honeſtatis cauſa tenetur Prælatus
in emphyteuſim vel feudũ dare, ſeu reuocare,
iuxta traditionem Bart. in l. 1. §. permittitur. ff.
de aqua quotidiana & æſtiua, quam ſecuti ſunt
relati à Tiraqu. in tract. de retractu cõſangu. in
6 procemio. nume. 41. Quo † ad eos inquam re-
quiritur curſus vnius anni poſt factam declara-
tionem. Ita declarat Claudius de Seyſellio in p.
citato Speculo feudorum, pag. 252. verſ. &
iſtud &c. poſt Cardinal. in c. 1. Epiſcoporũ, vel
Abbatem. Et hoc ſecutus ſum in d. cõſi. 79. nu.
7 12. Ea eſt ratio, quia & ſi † Prælatus ſua confeſ-
ſione & facto poſſit commodum adferre ſuæ
eccleſiæ: non tamen poteſt ſimplici ſua volun-
tate cæteris detrimentum adferre. Cum vulga-
ta ſit iuris regula, id quod noſtrum eſt ſine fa-
cto noſtro auferri à nobis non poteſt, l. id quod
noſtrum. de regulis iuris.

Secundò tacitè efficitur res reuerſa ad eccle-
ſiam de menſa ipſius eccleſiæ, quando coniectu
ris conſtat, Prælatum voluiſſe ea effici de menſa
eccleſiæ, atque ita ei incorporari. Hæ coniectu-
8 ræ † aliquæ ſunt à iure diffinitę, aliquæ non, &
ob id relinquũtur iudicis arbitrio. Ita Card. Za
barella in cap. 2. q. 13. in fine. extra de feudis, &
ſcripſit Claudius de Seyſellio in dicto Speculo
feudorum. pag. 255. verſic. Hęc coniectura ceſ
ſante. quos ſecutus ſum in dicto cõſi. 79. nu. 13.
Et hic nunc addo Riminal. Sen. in conſi. 340.
nu. 15, lib. 2. & Zaſium in epitome feudorum,
parte 5. nu. 50. in fi.

Prima coniectura ſolet conſiderari, quando
9 † Prelatus rem ad manus ſuas redactam, deſcri
bi facit in Codicibus eccleſię, vel Prælaturę: &
incipit rem illam ſimul habere cum alijs rebus
menſæ eccleſiaſticę. Nam tunc cõijcitur, Prela
tum voluiſſe, rem illam eſſe de menſa eccleſiæ,
& prima ſua natura amiſſa, nouam induere. Ita
ſcribunt Bart. in l. ſi vacantia. nume. 9. C. de bo
nis vaca. li. 10. quem ſecuti ſunt ibidem Angel.
colum. 5. & Ioan. de Platea num. 3. in fine. Zaba
rella in cap. 2. q. 13. de feudis. Barba. in c. vt ſu-
per. colum. 2. verſic. & ideò diſtingue. de rebus
eccleſiæ non alienandis. Ancharan. in cõſi. 156.
Propter tria. colum. 2. verſic. præterea videtur.
Præpoſ. in cap. 1. Epiſcopum vel Abbatem. Clau
dius de Seyſellio in ſpeculo feudorũ, pag. 251.
verſi. tamen cõcludendo. Curtius iunior in tra
cta. feudorum parte ſecũda q. 5. principali. in fi.
Franciſcus Sonsbekius in commentarijs feudo
rum, parte octaua, nume. 8. Guielmus Hanneto
nius in tracta. de iure feudorum, lib. 1. cap. 5. Za
ſius in epitome feudorum, parte quinta, nume.
50. Quos quidẽ retuli, & ſecutus ſum in præci-
tato conſi. 79. nu. 14. Quibus nunc addo Pari
dem de Puteo in tract. de feudorũ reintegratio
ne. ſub rubr. Res ſolita concedi quãdo dicitur.
nume. 7. & Riminald. Sen. in cõſ. 340. num. 14.
lib. 2. Et hæc ſententia probatur ex d. l. ſi vacan-
tia. C. de bo. vaca. & ea efficaci ratione fulcitur,
quòd hæc dicitur eſſe voluntas Prælati, qui hoc
ipſo facto declarat, ſe velle rem illam effici de
menſa eccleſię & ei incorporari, quod quidem
facere

10 facere poſſe diximus. Et † voluntas non ſolùm
verbis, ſed & facto declaratur. l. Paulus. ff. rē ra
tā habe. copioſè ſcripſi in tract. de recuper. poſ-
ſeſſ. remedio decimoquinto, numero 111. 112.
11. Nec huic ſententiæ obſtat auctoritas † Imolæ
in cap. vt ſuper. numer. 7. verſi. ſed certè de reb.
eccle. non alien. & in cap. 2. nume. 35. verſi. quò
ad ſecundum, extrà de feudis. Siquidem ea ſola
ratione aduerſus receptā opinionem motus eſt
Imola, quòd non eſt in poteſtate Prælati etiam
cùm conſenſu Capituli immutare antiquum ſta
tum rei eccleſiaſticæ, ex c. cum de beneficio. de
præben in 6. Quæ ſanè ratio nil vrget, quando-
12 quidem d. † cap. cum de beneficio procedit, quā
do conſuetudo, vt inducatur, requirit curſum
quadraginta annorum. Nam & tunc ad eam cō-
ſuetudinem reuocādam idem temporis curſus
requiritur. Itaque declarat Curtius iunior in di
cto tracta. feudorum parte ſecunda. q. 5. princi-
pali. numero. 6. Prætereà in caſu. d. cap. Cum de
beneficio, illa mutatio dānum Eccleſiæ adfere
bat, vt omnes ibi interpretantur. Diuerſum eſt
noſtro in caſu, vbi declaratio hæc vtilis reddit.

Secunda eſt coniectura, qua voluntas Præla-
ti declaratur, quod velit rem ad eccleſiam re-
uerſam effici de menſa ipſius eccleſiæ, nempe
13 † quando re ad ſuas manus redacta, per aliquod
tempus ea ita apud ſe retinet. Nam & tunc cōij-
citur Prælatum voluiſſe rem effici de menſa.
Ita ſentiunt penè omnes, quos ſtatim comme-
morabo. Sed dubitatio tota in eo poſita eſt, quā
tū temporis hoc in caſu currere debeat. In hoc
variæ ſunt opiniones, vt ſcripſi in conſi. 79. nu-
mero 17. vbi illas omnes recenſui. aliqui ſcripſe
runt nō requiri curſum temporis, alij ſufficere
curſum anni, alij decennij, alij triginta annorū,
alij non ſufficere aliquem curſum tēporis. Ego
hanc dubitationem alio ordine ac fecerim in il
lo concilio 79. nume. 17. nunc declaro. Et prin
cipio eſt aduertendum, quòd falſa eſt illa prima
14 opinio † Baldi in c. 1. nume. 3. de clerico, qui
inueſt. fecit. Cùm dixit, rem cenſeri effectam de
menſa eccleſiæ ſtatim quo Prelatus adeptus eſt
poſſeſſionem. Et idem, quod Baldus docuit Io.
de Lignano in cap. quæ in eccleſiarum, de cōſt.
Et inquam falſa hæc opinio tam auctoritatibus
aliorū, quàm iuribus & rationibus. Auctorita
tibus quidē, quia à Baldo & Lignano diſſentiūt
Roma. in conſilio 70. nu. 1. Lauden. & Præpoſ.
in cap. 1. Epiſcopum vel Abba. Barba. in d. cap. vt
ſuper, & cōmunem eſſe contra Baldum aſſeruit
Claudius de Seyſellio in ſpeculo feudorū pag.
246. verſi. primo loco. Et verè aliter ſentit ipſe-
met Baldus in l. ſi vacantia. nume. 7. C. de bonis
vaca. lib. 10. dum vult eſſe neceſſariā deſcriptio
nem. Et hæc Baldi & Lignani opinio confuta-
tur ex tex. in cap. 1. de cler qui inueſtit. fecit, &
in cap. 2. extrà de feudis, quæ perpendit Roma
nus in d. conſi. 70. nume. 1. Prætereà, illa ſola
15 † poſſeſſionis apprehenſio continet actum am
biguum. Nam poteſt intelligi facta, vt deinde
res illa efficiatur de menſa eccleſiæ, poteſt etiā
intelligi apprehenſa poſſeſſio, vt deinde nouo
vaſallo, vel emphyteutæ concedatur, quibus qui
dem concedi non poſſet, niſi prius facta fuiſſet
ab ipſo Prælato apprehēſio hæc. Ex hoc itaque
16 actu † dubio nō poteſt dici declarata voluntas
Prælati. arg. l. neque natales. C. de probat. cum
ſimilibus. Eſt etiam falſa illa opinio propoſita
17 à † Curtio Iuniore in tract. feudorum parte ſe-
cunda. q. 5. principali. nume. 7. cum dixit, ſibi vi
deri, nullum temporis curſum ſufficere, vt volū
tas hæc declaretur, atque ita immutetur ſtatus
rei: ſed neceſſum eſſe, vt adhibeatur eadē ſolen-
nitas, quę adhiberi ſolet, cùm res ipſa eccleſię in
emphyteuſim conceditur. Hæc opinio ab ipſo-
met Curtio reiicitur, dum illam Bartoli defen-
dit, & argumētis à ſe propoſitis ſatisfacit: & prę
ter eum, vel ea ratione cōfutatur hæc opinio, ꝙ
pares non ſunt termini cōceſſionis & recupera
tionis. Nam quando conceditur alteri res eccle-
ſiæ, adfertur detrimentū eccleſiæ, & ideò cautè
agendum eſt, ſed quando recuperatur, de eccle-
ſiæ vtilitate agitur, ea propter neceſſaria aliqua
ſolennitas non eſt. His itaque duabus opinioni
bus omnino falſis reiectis & cōfutatis, vidēdū
18 eſt † quanti temporis curſus hic eſſe debeat, vt
cenſeatur declarata volūtas Prelati volentis rē
effici de menſa eccleſiæ. Vna fuit opinio eorū,
19 qui ſcripſerunt, ſufficere † curſum vnius anni.
Qua quidem in opinione fuerunt Archid. in c.
1. 35. q. 8. Floria. in c. 2. de feudis, & ibi Cardi-
nalis Zabarella. q. 12. idem Cardinal. in cōſi. 34
circa primum dubium, col. 1. verſi. item & alio
reſpectu. Abbas in cap. vt ſuper. num. 10. de reb.
eccleſ. non alien. Barba. in conſi. 17. col. 6. in fi-
ne. lib. 4. Guido Papæ q. 154. Decius in auth. qui
rem num. 21. C. de ſacroſan. eccleſ. & Iulius Cla
rus lib. 4. ſenten. §. feudum. q. 13. verſic. ſed nun
quid. Quorum quidem opinio fulcitur illo tex.
20 cap. 1. 35. q. 8. vbi † nouę nuptię dicuntur intra
annum, non autem eo elapſo. Ita etiam manci-
21 pia dicuntur noua † intra annum, & poſt annū
vetera. l. vlt. §. quoties. ff. de pub. & vectigal. Ita
22 etiam † vinum vetus dicitur poſt annum l. ve-
tus. ff. de trit. vino & oleo leg. Sed certè hoc ar-
gumentū eſt nimis à remotis, etſi enim nō poſ-
ſit dici nouè perueniſſe ad manus prælati, non
tamen fit, vt dicatur incorporatum eccleſiaſti-
cæ menſę. Quocircà hanc opinionem in ſpecie
reijciunt Ancha. in conſi. 156. Propter tria, col.
2. verſi. nec eſt vera Imola & Barba. in cap. vt ſu
per, de reb. eccleſ. nō alien. ille nume. 7. iſte col.
2. diſſentit etiam Angelus in repe. l. ſi vacantia
colu. 5. C. de bonis vacan. lib. 10. Et verè ab hac
opinione diſſentiunt Guido Papæ. q. 154. Mar-
tinus Lauden. in cap. 1. Epiſcop. vel Abba. & ibi
dem Afflictus in prin. numero. 12. Curtius iun.
in tract. feudorum parte ſecunda. q. 5. princip.
numero 2. Claudius de Seyſellio in ſpeculo feu
dorum, pag. 555. verſi. ſecunda fuit opinio. diſ-
ſentiunt & illi omnes, qui vel decennij, vel tri-
cennij curſum neceſſarium eſſe ſcripſerunt,
quos ſtatim commemorabo.





Secunda fuit opinio Barb. in d. cap. vt ſuper, co
lum. 3. verſic. & ideò mihi. de rebus eccleſię nō
23 alien. qui exiſtimauit, † neceſſarium eſſe curſū
decennij. Et hāc opinionem à fortiori ſequutī
ſunt relati in præcedenti opinione, qui cum Ar
chidiacono affirmarunt, ſufficere curſum vnius
anni. Et hæc Barbatiæ opinio ea ratione ab illo
24 munitur, ꝙ ita videmus, curſus † decenij præ-
ſumi ſolennitatem & conſenſum. l. ſi filius. C.
de peti. hæred. & l. qui in aliena. §. duod ſi non
adierit. ff. de acquir. hæred. Ita etiam dicimus,
25 quòd curſu decennij † preſumitur facta bo-
norum diuiſio inter fratres. l. penul. vbi glo. C.
communi diuid. & copioſè tradunt Boer. q. 58.
& Alciatus reſp. 64. num. 7.

Cæterùm à Barbatia in ſpecie diſſentiunt.
Curtius iunior in tracta. feudorum parte ſecun
da q. 5. principali. nume. 6. verſi. ſexta fuit, Clau
dius de Seyſellio in ſpeculo feudorū, pag. 254.
verſic. ſi autem minori. & Zaſius in Epitome
feudorum parte 5. num. 50. Diſſentiunt & Iſer
nia, eiuſque ſequaces, qui curſum triginta anno
rum requirunt. vt mox dicam. & argumentum
quo motus eſt Barbatia procedit, quādo aliquid
vltrà curſum ipſius decennij interuenit, vt eſt in
ijs, qui ſeparatim poſſederunt, & negotia diui-
ſim tractarunt, ut ſcribunt Boerius & alij ab eo
allegati.

Tertia fuit opinio Iſerniæ in c. 1. colum. 2.
verſ. item bona titularia, de ijs, qui feud. dare
poſſet. qui docuit, eſſe omnino neceſſarium cur
26 ſum † triginta annorum de iure ciuili & qua-
draginta de iure canonico, & ob id non ſuffice
re curſum minoris tēporis. Eandem opinionem
probarunt Imola in d. c. vt ſuper, nu. 7. de reb.
eccleſ. nō aliena. Laud. in c. 1. in prin. col. pen. in
fi. Epiſcopum, vel Abb. Angelus in d. l. ſi vacan-
tia, colum. 6. C. de bonis vac. lib. 10. Claudius
de Seyſellio in Speculo feudorū, pag. 254. ver.
aut verò, & Zaſius in Epitome feudorum parte
5. nu. 50. Hæc opinio duo habet. vnum, ꝙ ſuffi-
ciat hoc in caſu curſus tricennij. Et in hoc non
habet hęc opinio contradictorem: quinimmò à
fortiori comprobatur, auctoritate Archid. & ſe
quacium, qui ſcripſerunt, ſufficere curſum anni
vt ſupra. Confirmatur & auctoritate Barbatiæ,
qui voluit ſufficere curſum decennij. Alterum
autem quod habet hæc opinio eſt, quòd nō ſuf
ficiat curſus minoris temporis, quam triginta
annorum. Et in hoc opinio iſta habet contradi-
ctores Archidiacon. & ſequaces. Et in ſpecie eā
reijciunt Claudius de Seyſellio in Speculo feu
dorum, pag. 248. verſic. vnde tertia, & Curtius
iun. in tract. feudorum parte 2. q. 5. prin. & iure
quidem reijcitur ſi quidē iura, & rationes quib.
moti ſunt Iſernia & ſequaces, eorum opinionē
non probant. Mouentur enim, quia ſicuti re-
27 quiritur † curſus tricennij ad inducendum
conſuetudinem infeudandi. Ita è contrario re-
quiritur idem curſus ad tollendum ipſam con
ſuetudinem, cum tāto tempore mutetur rei na
tura. l. eum, qui C. de fund. rei priua. libro 11.
Et in ſpecie magis, ſecundum eos probat. capi
tu. cum de beneficio. de præbend. in ſexto. Hæc
ſanè ratio nil vrget, cum non liceat argumenta-
ri à caſu inducendi conſuetudinem infeudandi
ad caſum inducendi conſuetudinem, ſeu decla
randi voluntatem non infeudandi. Nam cum
inducitur conſuetudo infeudādi, agitur de præ
iudicio eccleſiæ, & ideò mirum non eſt, ſi cur-
ſus trienij, vel quadriennij requiritur, vt dica
tur mutatus ſtatus, & natura ipſius rei. Ita lo-
28 quuntur † dicta leg. eum qui, & dictum capi
tulum cū de beneficio. ſed quando agitur de in-
ducenda declaratione, & cōſuetudine nō infeu
dandi, & tunc agi dicitur de vtilitate eccleſiæ
& ideò non eſt omnino opus curſu tanti tem-
poris.

Quarta itaque fuit opinio, quòd tēpus hoc
non ſit determinatum à lege, & ob id relinqui
29 † iudicis arbitrio. Ita in ſpecie docuit Cardin.
in d. c. ſecunda, quęſtio. 12. in fine de feudis, &
ſequuti ſunt Claudius de Seycellio in ſpeculo
feudorum, pag. 255. verſi. hæc coniectura, & Ri
minal. ſenior, in conſilio 340. numero 15. lib.
ſecundo. Ex coniecturis ergo declarabit iu-
dex, rem effectam eſſe, vel non eſſe de menſa ec
cleſiæ, cùm aliquo tempore à prelato fuit apud
ſe retenta.

Hæc tamen ceſſant, nec locū habent quando
30 is prælatus † aliqua iuſta de cauſa fuit impedi-
tus, ne rem illam alteri in feudum concede-
ret. Nam tunc ex lapſu alicuius temporis non
cenſetur declarata prelati voluntas, quòd vo-
luerit rem illam eſſe de menſa eccleſiæ. Ita in ſpe
cie reſpondit Anchar. in conſilio 156. columna
ſecunda, verſiculo item etſi vera eſſet, quem ſe-
quuti ſunt Claudius de Seycellio in ſpeculo feu
dorum pagina 225. verſiculo prędicta tamen,
& Zaſius in Epitome feudorum parte quinta,
num. 50 quos retuli, & probaui in conſi. 79. nu
me. 17. verſi. prima eſt &c. Et exemplum adfe-
runt relati doctores, vt quando bellum aliquod
ita viget, vt bonorum adminiſtratio impedia-
tur. Et in eo conſilio 79. nu. 18. attuli aliud im-
pedimenti exemplum, nempè quando ſuper re
ipſa reuerſa ad prælati manus lis aliqua pēdet.
Extat & altera coniectura, vt cum prælatus ea
mente diſtulit aliquot annos concedere emphy
teuſim, vel feudum vt inueniret bonum vaſal
lum, & multo meliorem faceret Eccleſiæ con-
ditionē. Nam nec tūc curſus alicuius temporis
efficit, vt res non dicatur effecta de menſa eccle
ſiæ. Ita affirmarunt Card. in cap. ſecundo, quæ-
ſtione 13. & ibidem Imola num. 34. de feudis.
Idem Imol. in cap. vt ſuper, num. 7. in fin. de re
bus eccleſ. non alien. Claudius de Seycellio in
ſpeculo feud. pag. 252. verſi. ſi verò non appa-
ret. Zaſius in Epitome feudorum parr. 5. nume.
50. & Franc. Sensbekius in commentarijs feu
dorum parte 8. nume. 8. quos ſecutus ſum in cō
ſil. 79. nu. 18. verſi. ſecunda eſt. Et illius nūc ad-
do Guid. Papæ, quæſt. 154. colum. 2. qui tamē
requirere videtur, quòd prælatus ita proteſte-

tur, id quod à cæteris relatis Doctoribus non
requiritur.

Quæ hactenus ſcripſimus locum habent quo
ad ipſum Prælatum, ad cuius manus peruene-
runt res ipſæ, à ſe poſtmodum aliquo tempore
poſſeſſæ, & ita loquuntur relati ſcribentes vt in
ſpecie ſenſit Barbatia, quem mox referã. Quid
31 ergò ſtatuendum quò ad † ſucceſſorem ipſius
Prælati? Hanc differentiam in ſpecie ſenſit Bar-
ba. in c. vt ſuper, col. 2. verſi. & ideo diſtingue.
iuncto verſi. ſi vero loquimur. de rebus eccleſiæ
non alienandis. Et ſenſit ipſe Barbatia, quod li-
cèt anteceſſor, ad cuius manus res peruenit, ali-
quod tempus poſſederit rem illam, attamen nõ
impediatur ſucceſſor eam infeudare & alteri cõ
cedere. Nam illa poſſeſſio & factum ipſi pri-
32 mo † Prælato poſſeſſori potuit quidem præiudi
care, nõ autem ſucceſſori. Et quę quidem ſenten
33 tia probari ſatis videtur in † dicto c. vt ſuper.
quo loci Põtifex Maximus nõ negat, quin is ſuc
ceſſor in prælatura potuerit infeudare rem illã
ad ſuum anteceſſorem reuerſam & poſſeſſam,
ſed quod tutius eſſet conſulere ſedem Apoſtoli
34 cam. Ita etiam probatur in † capitulo primo de
clerico, qui inueſtituram facit. vbi Archiepiſco
pus Mediolanenſis ſolùm prohibetur infeuda-
re bona eccleſiæ, quæ inuenit eſſe in eccleſiæ do
minio, ideſt in eius menſa tempore mortis ſui
anteceſſoris, in cæteris verò clericis, & prælatis
admittit textus infeudationem poſſe fieri. Nec
dicatur iura illa loqui, quando modico tem-
pore. res illæ fuerunt apud illum anteceſſorem,
quia dico indiſtinctè loqui, immo ſentiunt diu
fuiſſe, ex quo præſupponunt iam effecta eſſe de
dominio ipſius eccleſiæ. Et hæc confirmantur
35 ea ratione. quòd † Prælatus eſt ſolùm vſuarius,
vel ſecundùm alios vſufructuarius bonorum
eccleſiæ, vt ſcribunt gloſſ. Abb. & cæteri in cap.
cum olim. de rerũ permutatione. Baldus in au-
thentica licentiam, ad finem C. de ſacroſan. ec-
cle. copioſè Iaſon in conſi. 75. col. 2. lib. 3.

*S V M M A R I V M.*

1 *Prælatum non poſſe donare bona eccleſiæ.*
2 *Prælatum in remunerationem accepti beneficij poſ-
ſe donare bona eccleſiæ.*
3 *Donationem remuneratoriam factam à Prælato de
bonis eccleſiæ non debet excedere terminos remune
rationis.*
4 *Iudicis arbitrio relinqui, quando donatio Prælati ex-
cedat limites remunerationis.*
5 *Patrem legare poſſe filio ſpurio cauſa alimento-
rum.*
6 *Iudicis arbitrio relinqui, quando pater dicatur exceſ-
ſiſſe terminos alimentorum, dum legauit ſpurio eam
ob cauſam.*

## CASVS CCCCXXXIIII.

### QVOMODO PRÆLATVS DONA re poſſit bona eccleſiæ in remunerationem beneficiorum. Et de patre legante ſpurio alimentorum cauſa.

1 TAMETSI eccleſię † prælatus
donare aliquid non poſſit de re
bus eccleſiæ, vt probatur in cle.
1. de rebus eccl. non alienan. &
alijs in locis, quos ſtatim com-
2 memorabo. Attamen † in remu
nerationem accepti beneficij donare poteſt. Ita
ſcribunt gl. in c. vlt. in verbo præſtatione, de pe-
cul. cler. & ibidem Abb. in vlt. notab. Imola in d.
cle. 1 col. 9. de reb. eccle. non alien. & alijs mul-
tis comprobat in ſpecie Iaſ. in. conſi. 73. col. 3.
lib. 3. & in conſi. 116. col. 2. lib. 4. & Ruin. in cõ-
ſi. 175. nu. 4. li. 1. & in conſi. 40. nu. 5. li. 5. & Re-
buffus in compendio de rebus eccleſiæ non alie
nandis, n. 62. Et infinitis propè ſimilibus com-
probari põt, quæ recenſet Tiraq. in l. ſi vnquam
in verbo donatione largitus, nu. . . C. de reuoc.
dona. Quæ ſanè ſententia intelligitur, quando
3 prælatus † nõ excedit remunerationis limites,
eos enim excedere neque poteſt, neque debet. le
ge iubemus, vbi gl. C. de ſacr. ſan. eccl. & in c. re
latum. de teſta. Quando autem debitos remune-
rationis terminos excedere dicatur iure diffini-
4 tum nõ eſt, & proterea iudicis † arbitriò relinqui
tur. Ita Caſtr. in conſi. 285. Ad primũ reſpon-
deo, ꝙ &c. in fi. lib. 2. & Iaſ. in d. cõſi. 73. in fi. li.
3. Atque ita declaratur doctrina Bar. in l. vlt. nu.
7. ff. de his, quib. vt indig. cùm dixit, patrem poſ
5 ſe legare † filio ſpurio ex cã alimentorũ, quæ ei
debentur ex diſpoſitione legis Pontificiæ, cap.
cum haberet. de eo, qui duxit in matr. quã poll.
per adulter. Quod (inquit Bart.) intelligitur, mo
do legatum illud non excedat ipſa alimenta in
magna quantitate. Nam tunc fraude id factum
præſumeretur. Quam ſanè Bartoli traditione ſe
quuti ſunt ex recentioribus. Cur. iun. in conſi.
37. in fi. Caſſan. in cõſi. 39. num. 52. Pariſ. in cõ
ſil. 9. nu. 3. li. 2. & in cõſi. 64. nu. 9. li. 3. Thomas
Ferratius caut. 41. Crau. in cõſi. 219. nu. 7. & Ro
landus in cõſ. 74. num. 40. li. 1. Quãdo aũt alimẽ
6 torum quantitatem dicatur pater exceſſiſſe † nõ
declarat Bart. & iõ intelligitur arbitrio iudicis
ſicuti ſenſit Caſt. in d. cõſi. 285. in fi. dũ Bar. in
ſuam, quam ſupra retulimus, ſentẽtiã recẽſet.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcoporum poſſe manumittere ſeruum eccleſiæ.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, quando Epiſcopus dicatur
excedere modum relinquẽdo prædium ſeruo eccleſię
manumiſſo.*
3 *Epiſcopum pro ſuo arbitrio diuidere res eccleſiæ inter
clericos.*

CASVS



## CASVS CCCCXXXV.

### QVANDO EPISCOPVS EXCEDE- re dicatur modum conſtituendo prædiũ ſer uo manumiſſo, vt ex eo viuere poſſit.

EPiſcopis data aliquando fuit ab
Agatenſi Concilio facultas ma
1 numittendi ſeruum † eccleſiæ,
ac ei cõcedendi ſummam ali-
quã, vel prediolum, quem tamẽ
modum excedere nõ debet. ita
relatũ eſt in c. ſi quos 12. q. 2. Cæterùm dubitari
2 contingit, quando † modus excedatur. Et cum
iure non ſit diffinitũ, iudicis arbitrio relinqui-
tur. Ita ſcribunt Hugo, Gemin. & Arch. in d. c.
ſi quos. & cũ illis Barba. in c. ſedes, nu. 86. de re
ſcr. Iudex ergo ipſe diligẽter perpẽſis eccleſiæ
reditibus, ac cæteris circũſtãtijs, rectè ꝓnũcia-
bit, an fundus ille modũ excedat, vel nõ. Et huc
ẽt pertinet ſimile ꝓpè, ꝙ de eodem Epõ tradit
3 gl. in c. ad hoc. 16. q. 1. Cùm ait, † Epiſcopũ pro
ſuo arbitrio, tãquàm rerũ eccleſiaſticarũ iudex
& adminiſtrator, eas inter clericos diuidere.

*S V M M A R I V M.*

1 *Religionem ingreſſus ſe & ſua dedicauit.*
2 *Bona religioſi acquiri monaſterio in conſequentiam
perſonæ.*
3 *Monaſterij ingreſſum fieri altero de duobus modis.*
4 *Monaſterium dicitur ingreſſus, qui profeſſionẽ fecit.*
5 *Monaſterium dicitur ingreſſus, quò ad bona, qui ad-
huc eſt intra annum probationis.*
6 *Religione reſoluta quò ad perſonam dicitur etiam re-
ſoluta quò ad bona.*
7 *Concilium Tridentinum Seſſione 24. c. 16. in fi. de re
formatione declaratur.*
8 *Concilium Tridentinum Seſſ. 24. c. 17. exponitur,*
9 *Monaſterium aliud ingrediẽs, cui bona acquirantur.*
10 *Religioſo recedente ſine cauſa à monaſterio bona mo
naſterio remanent.*
11 *Religionem aliam ingrediens bona non transfert.*
12 *Religioſo de licentia ad aliam religionem tranſeunte
an bona transferantur.*
13 *Bona dicuntur monaſterio quæſita in conſequentiam
perſonæ.*
14 *Bona acquiri monaſterio ſub conditione, ſi in eo mo
nachus permanebit.*
15 *Cald. conſi. 27. tit de regula. declaratur.*
16 *Religioſo translato de licentia Prælati etiam vſuſ-
fructus bonorum dicitur translatus.*
17 *Religioſo ſine iuſta cauſa ſe transferente ad aliud mo
naſterium, vſusfructus ſuorum bonorum non tranſ
fertur.*
18 *Religioſo ob malè merita translato, pars fructuum al
teri monaſterio conceditur.*
19 *Cap. ſi quis rapuerit 27. q. 1. exponitur.*
20 *Iudicis arbitrio relinqui, quanta fructuum portio da-
ri debeat monaſterio, ad quod monachus ob ſua ma
lè merita fuit translatus.*

## CASVS CCCCXXXVI.

### RELIGIOSI BONA QVOMODO monaſterio quærantur: & quid obſeruandum, cùm ab vno in aliud monaſterium tranſit luculenter pertractatum.

CErta eſt ſententia tam iuris Cæ
ſarei q̃ Pontificij, ꝙ ingrediens
1 † religionem regularem nõ ſo
lùm ſeipſum offert, ſed & pro-
pria ſua bona. auth. ingreſſi, C.
de ſacroſ. eccleſ. vbi Dec. in 1.
notab. ex ſentẽtia Bar. in auth. ſi qua mulier. C.
2 eo & ait Dec. bona † acquiri monaſterio in cõſe
quentiã pſonæ ingreſſæ. Ita ẽt probat tex. in c. in
pręſẽtia, vbi Doct. de probat. & clarus textus in
3 c. quia ingrediẽtibus 19. q. vlt. † Ingreſſus verò
monaſterij altero de duobus modis conſiderari
ſolet. nẽpè quò ad perſonã; & quo ad ipſa bona.
4 Quò ad perſonã is dicitur † ingreſſus religio-
nẽ, qui profeſſionẽ emiſit. Nõ. . ab ea amplius
poteſt recedere. Ita tradunt Bar. in auth. ſi qua
mulier. col. vlt. C. de ſacroſ. eccl. Bal. in cõſi. 323
omnia peccata. col. vlt. li. 2. repetitũ in cõſi. 197.
lib. 5. Alexand. in l. in ſubſtitutione. colum. 1. ff.
de vulg. & pup. ſubſt. & in l. ſi quis hęredẽ. col.
vl. C. de inſt. & ſubſt. Dec. in auth. ingreſſi. n. 5.
C. de ſacroſ. eccleſ. & in cõſi. 330. num. 4. Quò
5 verò ad bona † is ſatis ſuperq; dicit ingreſſus mo
naſteriũ, q̃ adhuc eſt intra annũ ꝓbationis. Nã,
ſi eo tempore moreretur, bona illa eſſent quæ-
ſita ipſi monaſterio. Ita docuit Decius in d. auth.
ingreſſi. nu. 4 ex ſententia Bartoli & Signoroli,
quos ibi cõmemorat: & communem eſſe aſſerit
idem Decius in cap. in præſentia. nume. 73. de
probatio. Poteſt tamen iſte, ſi reuertitur ad ſecu
6 lum ſua bona recuperare, cum † reſoluta reli-
gione quò ad perſonam, cenſeatur & reſoluta
quò ad bona, vt in ſpecie ſcribũt Cardin. Zaba
rella in capitulo quod à te. colum. 3. verſic. 2. ca
ſu. de cler. coniuga. Calder. in conſ. 27. titul. de
regula. Anchar. in conſi. 69. nume. 8. & Decius
in d. authentica ingreſſi. numero quarto. C.
de ſacroſanct. eccleſ. & infra dicemus. Im-
7 † mo ſtatuit Sacroſanctum Concilium Tri-
dentinum Seſſione vigeſimaquarta, capitulo
decimoſexto in fine, de reformatione; quod ſi
quis ingrediendo religionem donauit alteri
bona ſua, & deinde intra annum probationis
reuertatur ad ſeculum, illa donatio reſolui-
tur & bona ſunt ipſi donanti reſtituenda.
8 Quinimmo ſtatuit † Concilium in eo c. 17. in
principio, iuncto fine præcedẽtis capitis, ad q̃d
venit cõtinuatiuè, ꝙ minor ſexdecim annis in-
tra annũ ꝓfeſſionis donare, ſeu renũciare bonis
ſuis nõ poſſit, niſi cũ licẽtia Epi, vel eius Vicarij,
& id quidẽ intra duos mẽſes ante ꝓfeſſionẽ re-
mittendã. Quod quidẽ opinor conſtitutũ, vt is
minor ſexdecim annis id agat eo tempore, quo,

magis ſit proximus ætati maiori. Quocirca exi
ſtimarem locum non eſſe conſtitutioni conci-
liari, quando ingreſſus religionem eſſet ætatis
decem & ſeptem annorum, vel maioris. Nam is
quandocunque intra annum profeſſionis libe-
rè poſſet ſe obligare & bonis ſuis renunciare.
Cū hoc in caſu ceſſet illa minor ætas ſexdecim
annorum, quæ adhuc apta non eſt ad profiten
dum religionem, nec ad ſe obligandum, vel re
nunciandum iuxta Concilij diffinitionem.
9 Cæterùm dubitari hic contingit: quid ſi † in
greſſus religionem ab vno in aliud monaſteriū
tranſit, cui bona ſua acquiruntur? Hac in re duo
capita conſtituenda ſunt: vnū quò ad bonorum
proprietatem: ſecūdum quò ad vſumfructum.
Cùm ergo de bonorū proprietate ambigitur,
an ſcilicet à primo monaſterio in ſecūdum de
feratur, duo caſus ita diſtinguuntur.
10 Primus eſt caſus † quando is religioſus ſine
iuſta cauſa & ſine auctoritate Prælati tranſit ad
aliá religionem. Hoc ſanè caſu eius bona iam
monaſterio quæſita non transferuntur in ſecun
dum. ita docuit Io. Andr. in c. quod à te. de cler.
coniug. & ibidem Hoſt. & Franc. Et hanc eſſe
receptam opinionem aſſerit Soc. Sen. in conſi.
52. nume. 14. li. 4. vbi nume. 18. alios plures in
hanc opinionem recenſuit. Quæ ſanè ſententia
probatur in dicto c. quod à te. Et ratio quoque
ea eſt, quia is religioſus eſſe non poteſt in ſecun
do monaſterio, ſed ad primum reuerti debet,
vt declaraui ſupra in caſu.
Et præterea admiſſo, quòd ipſe trāſire potue
11 rit, tamen non videtur † transferre potuiſſe bo-
na, ex quo dicitur quędam alienatio, quę ſine iu
ris ſolemnitatibus fieri non poteſt. Ita reſpondit
Cald. in conſ. 23. col. 1. tit. de regula. quem ſequu
tus eſt Soc. Sen. in d. conſi. 52. nu. 15. li. 4.
12 Secundus eſt caſus, quando † iuſtis de cauſis
& cum licētia ſui Prælati is religioſus trāſit ad
aliam religionē. Hoc ſanè caſu adhuc ſēſit Cal
der. in d. conſi. 23. & cum eo Soc. Sen. in d. cōſi.
52. nu. 15. lib. 4. Ea rōne moti, quā retulit ſupe-
riore caſu, quòd bona ſine ſolemnitate alienari,
atque ita ab eo primo monaſterio auferri non
poſſunt. Cæterùm hæc ipſa rō nō multùm vide
tur vrgere, quandoquidem bona hæc cenſentur
13 quæſita † monaſterio in conſequentiam pſonę,
vt ſcribunt Bar. in auth. ſi qua mulier. col. pen. &
in auth. ingreſſi, vbi & Dec. nu. 7. C. de ſacroſ.
eccleſ. Et propterea bona ſequuntur ipſum reli
gioſum, qui ſi iuſtè tranſit ad aliam religionem,
ita ēt iuſtè ſecū ducit bona ſua. & ſi potuit ille
Pręlatus licentiam cōcedere ipſi religioſo trā
ſeūdi ad aliam religionem, videtur etiam in cō
ſequentiam potuiſſe ei dare facultatē inde auſe
14 rendi bona ſua. Præterea bona † dicuntur acqui
ſita monaſterio ſub quadam cōditione, nempè
donec in eo erit religioſus. ita probatur in c. ſu-
per eo, & in c. ſignificatū. de regula. & in ſpecie
ita ſenſit gl. in c. ꝗ à te, in gl. vlt. de cler. cōiug.
& reſpondit Anch. in conſ. 69. nu. 8. verſ. ſed o-
bligatio. & cū eo Dec. in auth. ingreſſi. nu. 4. C.
de ſacroſ. eccleſ. Quibus accedit Cald. in conſi.
27. tit. de regula. Et quanquàm Anch. & Dec.
loquātur de eo ingreſſo, qui ante emiſſam pro-
feſſionē reuerſus eſt ad ſeculū: attamen idē eſſe
opinor in eo, qui profeſſione facta, iuſtè tranſit
de vno monaſterio ad aliud. Cum par ſit ratio
quò ad egreſſum, ex quo vtroque in caſu iuſtè
15 is egreditur. † Et Cald. in d. cōſi. 27. in princi-
pio abſolutè loquens cōſiderat ſolummodò iu
ſtā cauſam. Ita etiā in ſpecie magis cōſiderant
Cardin. & Abb. in d. c. quod à te. in fi. eo. de cler.
cōiug. ꝗ ab opinione Soc. & Cald. diſſentiunt.
Etſi Soc. in d. cōſ. 52. nu. 18. dixerit, Abbatis opi
nionem eſſe aduerſus magis receptam.
Secundum eſt caput, quādo. ſ. agitur de ſolo
vſufructu bonorum, & hoc in caſu ſunt quoque
diſtinguendi aliquot caſus.
Primus eſt, quando iuſtis de cauſis & cum li
16 centia ſui Prælati † tranſiuit ad aliud monaſte-
rium, tūc dubium non eſt, quin vſusfructus ſit
ſecundi monaſterij. Ita in ſpecie ſcripſerūt But.
in conſ. 75. nu. 3. Cald. conſi. 23. col. 1. tit. de reg.
& alij commemorati à Soc. Sen. in cōſi. 52. nu.
18. lib. 4. Ea ratione moti ij ſūt, ne ſit oneroſus.
17 Secundus eſt caſus, qñ † ſine iuſta cā, & ſine
licentia ſui Prælati tranſiuit ad aliud monaſte-
riū. Hoc ſanè caſu vſusfructus ēt remanēt apud
ipsū primum monaſterium. Ea eſt rō, quia is re
ligioſus eſſe non pōt in ſecundo illo monaſte-
rio, ſed ad primum reuerti debet, vt diximus
ſupra. Et hoc in caſu ceſſat rō adducta ſuperio
re caſu, cū ſecundū monaſteriū ſua culpa & fa-
cto ea impenſa grauari voluerit. Debuit enim
ingredientem illum nō acceptare. Quare impu
tatur ipſi monaſterio acceptanti, ſi in eā neceſ-
ſitatem alēdi illū ſe coniecit, arg. l. ſi fideiuſſor.
§. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. cum ſimilib.
18 Tertius eſt caſus, † quando religioſus iſte ob
ſua malè merita translatus fuit à ſuperiore in
aliud monaſterium, vt quia ſua ſeditione, vel
maledictis inter religioſos alios excitauerit cō-
tentiones & diſcordias, vel aliud delictum tranſ
latione & detruſione dignum cōmiſerit. Hoc
ſanè caſu ſancitum fuit in capitulo de lapſis, 16.
q. 6. tantum ex fructibus bonorum ipſius tranſ
lati eſſe concedendum ſecūdo monaſterio, quā
tum ſufficere poſſit pro victu ipſius religioſi, ne
illi monaſterio oneroſus ſit. Quo ſanè canone
19 declaratur † c. ſi quis rapuerit: 27. q. 1. vbi gloſ.
ita declarat. Et hanc opinionem probarunt Ho
ſtien. Ioan. Andreæ & reliqui in dicto capitulo
quod à te. de cler. coniuga. Cæterùm contingit
dubitari, quæ ſumma debeat aſſignari pro ipſo
20 victu huius tranſlati? Et iudicis arbitrio † hoc
eſſe relictum docuit Archid. in d. cap. ſi quis ra
puerit. 27. q. 2.

*S V M M A R I V M.*

1 *Monachum ſi diſcordiam inter monachos excitat, iu-
dicis arbitrio puniri.*
2 *Seditionis delictum graue.*

*Pacem*



3 *Pacem & concordiam inter eccleſiaſticos eſſe ſer-
uandam.*
4 *Seditioſos puniri pro loci & perſonarum quali-
tate.*
5 *Seditionem grauem eſſe illam, quæ in ſuos maiores
fuit excitata.*
6 *Iuriſdictionem & poteſtatem ſui maioris perturbans
grauiter punitur.*

CASVS CCCCXXXVII.

POENA MONACI SEDITIOSI ET
trāquillitatis perturbatoris.

DIXIMVS ſuperiore caſu, ali-
quando religioſum ob ſua malè
merita tranſmitti, atque detru-
di in aliud monaſteriū; vt quia
eſt ſeditioſus, vel maledicus, &
diſcordiam inter alios excitat.
2 Hic dubitari nunc contingit, qua pœna is † mo
nachus diſcordiam mouens puniri debeat. Et
iudicis arbitrio puniri probat c. ſi quis mona-
cus, 90. diſt. Prudens autem & iuſtus iudex pro
qualitate perſonæ & excitatę ſeditionis pœnā
3 arbitrabitur. Nam ſeditionis † delictum graue
admodum eſt, vt ſcripſi ſupra in caſu 266. num.
4. Et clericus maledicus degradatur, nec vnquā
abſque ſatisfactione ad officium reuocatur. c. cle
ricus 46. diſtinct. Et eo magis eius maledicen-
tia eſt coercenda, quò excitat ſeditionē in eccle
3 ſia, & clauſtris, vbi † pax & quies ſummoperè
debet obſeruari; l. denūciamus. C. de ijs, qui ad
eccleſ. confug, & ſcribit Conradus Brunus in
tract. de ſeditioſis li. 5. c. 7. quo loci multis pro-
bat, ob loci & temporis qualitatem, cōditionē-
4 que in † ſeditioſos eſſe grauius, vel leuius ani-
maduertendū, ſicuti & cap. 8. oſtendit, propter
euentum pęnam eſſe augendam, vel minuendā.
5 Et grauior † eſſe creditur illa ſeditio, quę aduer
ſus maiores ſuos, vt magiſtratus, cōmittitur: vt
ſcribit idem Brunus in dicto li. 5. c. 11. ad finē.
6 Nam † & qui eorum iuriſdictionem & poteſta
rem perturbat & impedit, grauiter punitur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Impediens iudicem exercere ſuam iuriſdictionem pu
nitur.*
2 *Delegatum puniri ſi recuſat accedere ad locum iudi-
cij, vt impediat condelegatos procedere in cauſa.*
3 *Delegatum punire impedientes ſuam iuriſdictio-
nem.*
4 *Delegatum etiam inferioris punire eos, qui ſuam im-
pediant iuriſdictionem:*
5 *Iuriſdictionem delegati cenſeri prorogatam contra
eum, qui impedire eam conatur.*
6 *Inquiſitor hæreſis punire poteſt impedientes ſuum
officium.*
7 *Impediens iuriſdictionem delegati punitur, etiam ſi
alias ipſe impediens iudex ipſe extitiſſet.*
8 *Delegatus non punit condelegatum impedientem iu-
riſdictionem.*
9 *Par in parem non habet imperium.*
10 *L. vlt. ff. de rerum diuiſ. declaratur.*
11 *L. 1. in fi. C. ne liceat potent. explicata.*
12 *Dignitatem clariſſimatus eſſe generalem.*
13 *Delegatus punit condelegatum impedientem ſuam
iuriſdictionē cùm facta eſt delegatio, adhibita clau-
ſula; quòd ſi ambo non poterunt &c.*
14 *Condelegatum perturbans eo inferior efficitur.*
15 *Delegatus delegatum punit, cùm periculum eſt in
mora.*
16 *Dominus caſtri punit condominum ob imminens peri-
culum.*
17 *Pœna, qua punitur impediens delegatum vti ſua iu-
riſdictione.*
18 *Pœnam edicti, ne quis eum &c. non habere locum
contra impedietem delegatum vti ſua iuriſdictione.*
19 *Eccleſiaſtica cenſura puniri impedientem delegatum.*
20 *Eccleſiaſticæ diſtrictionis pœna quæ.*
21 *Iudicis arbitrio puniri impedientem delegatum vti
ſua iuriſdictione.*
22 *Iudicem pro qualitate perſonarum punit impedien-
tem delegatum, ne vtatur iuriſdictione delegata.*
23 *Excommunicari impedientem delegatum vti ſua iu-
riſdictione.*
24 *Mulctari poteſt impediens iurisdictionem delegati.*
25 *Beneficiorum priuatio niſi ex cauſis à lege expreſſis
non infertur.*
26 *Pœna priuationis beneficiorum non niſi ex magna
cauſa fit.*
27 *Publicari non poſſe bona impedientis iuriſdictionem
delegati*
28 *Bannire non poteſt delegatus impedientem ſuam iu-
riſdictionem.*
29 *Delegato modica coercitio demandata dicitur.*
30 *Coercitio modica delegato mandata qualis dicatur.*
31 *Bannitum relegato æquiparari.*
32 *Relegatum æquiparari excommunicato.*
33 *Bannitum excommunicato æquiparari.*
34 *Banniti & excommunicati æquiparatio quæ.*
35 *Bannire eſſe meri imperij.*
36 *Excommunicationem eſſe mixti imperij.*

CASVS CCCCXXXVIII.

DE POENIS EORVM, QVI IMPE-
diunt iudices delegatos, ne ſuam exerceant iu
riſdictionem, nō indiligenter tractatū.

AB HIS ducta occaſione, quæ
ad calcem præcedētis quæſtio-
nis ſcripſi, hoc loco propoſui
explanare diſputationē hanc.
Dubitatū ſcio, qua pœna pu-
1 niēdus ſit ille, † qui iudicē im-
pedit, ne ſuam iuriſdictionē exerceat, ſicuti eue
nit in eo, qui iudicē ea die, qua vel in cauſa pro-
cedere, vel cauſam diffinire debebat, ab eius
Principe ad ſe vocari curauit. vt in c. paſtoralis.
§. vlt. de off. deleg. Nam is puniri debet, qui hu
iuſmodi impedimentū pręſtitit. Sicuti eo loci
ſancitum fuit. Quemadmodum ēt cōtingit qñ

 vnus

2 vnus † delegatorum recuſat ire ad locum iudi-
cij, vt cæteri impediantur: nam & is impediens
punitur. c. prudentiã. §. adijcimus. de off. deleg.
Quinimmo & pœna indicitur cuicunque impe
dienti delegati iuriſdictionem. cap. 1. de offic.
delegat.

Verùm quò caſus iſte non indiligenter à me
quantum mea pro tenuitate licebit, explicetur,
de duobus agam. Et primò, quando delegatus
iſte impedientem ſuam iuriſdictionem puni-
re poſſit. Secundò, quam pœnam indicere eis
valeat.

Quò ad illud primum, dicẽdum eſt, cauſę de
3 legatum punire † poſſe eos, qui ſuam impediũt
iuriſdictionem. Id quod probat capitu. 1. de of-
fi. deleg. & ibidem gloſſa vlt. Abb. nume. 6. Fely.
colum. penul. ac Dec. nume. 5. & nume. 14. 16. &
probat c. ſignificaſti. vbi Abb. in vlt. notab. eo.
tit. de offi. deleg.

4 Extenditur hæc † ſententia, vt locum etiam
habeat in delegato inferioris à Principe. ita In-
nocentius, Butrius, Baldus, & alij plures in d. c.
primo de offi. deleg. Qui tamen verum hoc eſſe
intelligunt, qui ſunt ſub iuriſdictione illius in
ferioris delegantis; cum tamen delegatus à
Principe indiſtinctè omnes impedientes punire
poſſit. Cæterùm, nullam eſſe conſtituendam dif
ferentiam hoc in caſu inter delegatum à Princi
pe, & delegatum inferioris, ſcripſerunt Decius
in dicto capitulo primo num. 6. de offi. deleg. &
Riminald. Sen. in l. 1. §. is videtur. nume 7. verſi.
aduerte. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. Nam ratio-
5 ne delicti illius impedientis † prorogata cen-
ſetur iuriſdictio delegati, iuxta capitulũ vltimũ
de foro compet. & cap. 1. de rapto. & manifeſtè
probat textus in authen. qua in prouincia. C.
vbi de crimine agi oporteat. Præterea vel ex eo
conſtat, nullam eſſe differentiam inter delegatũ
principis & inferioris. Nam par eſt vtriuſque ra
tio extendendi, vel non extendendi ſuam iuriſdi
ctionem: cum neuter eorum poſſit in non ſubie
ctos iuſdicere. Quod ſi ratione delicti quis effi-
citur ſubiectus Principi, atque ita eius delegato,
ita & alter ſubijcitur ipſi inferiori à Principe,
ſicque eius delegato.

Extenditur ſecundò, vt procedat etiam in de
6 legato impropriè: ſicuti eſt in † inquiſitore hæ
reticorum. Ita Decius in d. c. 1. num. 6. de offic.
deleg. poſt Card. in clementina ſecunda, de hæ-
ret. & idem ſcripſit Alber. de Roſate in tract. ſta
tutorum. parte tertia. quæſtio 18. verſicul. eſt ta-
men aduertendum.

Extenditur tertiò, vt locum habeat etiam con
7 tra impedientem illum, qui aliàs eſſet † iudex
ordinarius, vel etiam fuiſſet delegatus. ita pro-
bat c. ſignificaſti. de offi. deleg. & reſpõdit Cal-
ca. in conſi. 68. nume. 9.

Declaratur primò, vt non procedat aduerſus
8 † condelegatum impedientem. Hunc enim pu
nire non poteſt delegatus iſte impeditus. Ita ſcri
bũt Bartolus in l. 1. §. is videtur. in fine. ff. ſi quis
iuſd. non obtemp. & ibidem Iaſon in fine. Dec.
in cap. 1. num. 14. verſic. & retenta concluſione.
9 de offi. deleg. Ea ratione ſunt moti, quòd par † in
parem non habet imperium l. nam & magiſtra
tus. ff. de recep. arbitr. l. ille a quo. §. tempeſtiuũ
ff. ad Trebell. & in cap. ſtudeat 50. diſtinct. Et ſi-
milia tradunt Bartol. in l. vlt. ff. de rerum diuiſ.
& in l. inter tutores. in fine. ff. de adminiſtr. tu-
to. Alexand. in l. eſt receptum. nu. 2. ff. de iuriſd.
omnium iudicum. Ruinus in conſi. 37. nume. 1.
lib. 1. & in conſi. 130. nu. 4. lib. 5. & Antonius
Capicius deciſ. 27. nume. 9. Nec huic ſententiæ
10 repugnat † l. vltima ff. de rerum diuiſione. Si
quidem reſpondetur, non planè conſtare, quòd
Remus ille à Romulo fratre fuerit occiſus. Nã
mirè variant ſcriptores de morte Remi, ac de il
lius interfectore, ſicuti copiosè diſſerit ex recen
tioribus Coraſius in d. l. vl. Sed hic locus nõ po
ſtulat, vt hæc proſequar. Non etiam repugnat
11 † l. 1. in fine ne liceat potentio. quo loci Præ-
ſes prouinciæ punit clariſſimum illũ atque ita
ſibi æqualem. Non inquam repugnat, quando-
quidem, clariſſimus ille nõ erat ęqualis in admi
niſtratione com Pręſide, vt animaduertit Bartò.
in d. l. vlt. ff. de rerum diuiſ. Quod cõfirmatur;
12 quia † dignitas clariſſimatus eſt generalis, &
gradus etiam inferiores à Præſide reſpicit, vt de
clarat Dec. in l. 1. nu. 21. ff. de offi. eius, cui mãd.
eſt iuriſd. Hæc declaratio nõ habet locum, quã
do duo delegati dati eſſent cum clauſula, quòd
ſi ambo non poterunt procedere & exequi, alter
13 faciat. Nam tũc ſi † eorum vnus procedere re
cuſet, & condelegatum impediat, alter procede
re poterit & impedientem illum punire, cum is
qui recuſat & impedit procedere, non conſidere
tur tanquam perſona habens iuriſdictionẽ, ſed
vti perſona priuata. Ita ſcribunt Ioan. Andreæ
in cap. ſi contra vnum. vbi & Gemin. de offi de-
leg. in 6. Decius in cap. 1. nume. 14. verſic. & re-
tenta cõcluſione. de offi. deleg. idem docuit Ri-
minal. in l. 1. §. is videtur. num. 8. ff. ſi quis iuſd.
14 non obtempe. qui ſcribit, † quòd ex quo turbat
condelegatum in iuriſdictione ſua, efficitur infe
rior. l. vlt. C. vbi ſena. vel clariſſ. ſimilis eſt conſi
deratio, quam facit Antonius Capicius deci-
ſio. 27. nu. 11. poſt Baldum in l. vnica. colum. vl.
q. 12. C. quando non peten. partes. Idem eſt, ait
præcitato loco Riminaldus, quãdo duo delega
ti ſunt cum clauſula, vos, vel alter veſtrũ &c. &
eorum vnus præoccupat iuriſdictionem. Non
15 etiam locum habet hæc declaratio, † quãdo pe
riculum eſſet in mora, & res peritura eſſet, ante
quam cõdelegatus impeditus poſſet adire Prin
cipem: Nam tunc impeditus punire poterit im
pedientẽ. Ita docuit Iaſon in l. 1. §. is videtur. in
fine. ff. ſi quis iuſd. non obtemp. ex ſententia Bal
di in capit. 1. in fine. qual. vaſall. iura. deb. fidel.
dom. quem & ita citat idem Iaſon in l. 1. in prin.
num. 71. ff. de offi. eius, cui mand eſt iuriſd. Scri
16 bit Baldus, quòd ſi duo † ſint domini vnius ca
ſtri, & eorum vnus delinquat, ab altero puniri
poterit, ſi immineat periculum, ante quam adea
tur Princeps ſuperior.

Quo



Quò verò ad ſecundum illud dubium, qua
17 pœna † puniri poſſit impediens iſte. Variæ
ſunt opiniones. Vna fuit, quòd iſte puniri poſſit
ad intereſſe partis, quæ læditur. Ita hanc opinio
nem recenſet gloſſ. in c. paſtoralis §. vlt. in ver-
bo puniat. de offic. delegat. Idque ex edicto illo,
ſi quis iud. non obtemp. & ex dicto, de eo per
quem factum erit. Cæterùm opinio hæc à glo.
18 illa & à cæteris reijcitur. Et pœnam illam † e-
dicti, ne quis eum, & illi ſimiles non habere lo
cum in delegato impedito exercere ſuam iuriſ-
dictionem. ita Baldus in lege prima §. Offilius.
col. 1. verſic. item excuſatur. ff. ne quis eum, qui
in ius voca. eſt vi eximat. Decius in cap. 1. nu-
me. 5. de offic. delegat. Riminald. in l. 1. §. is vi-
detur. nume. 7. ff. ſi quis iuſd non obtempe. & Ia
ſon in l. 1. in fi. ff. ne quis eum &c. Qui hac de
19 re alia ſcribunt. Altera eſt opinio † quòd ec-
cleſiaſtica cenſura puniri is impediẽs poſſit. Ita
Felynus in cap. 1. nume. 16. & ibidem Decius
nume. 14. verſi. quam autem. de offic. deleg. intel
ligentes cenſuram eccleſiaſticam pro excõmu-
nicatione ex capitulo primo de offic. deleg. ibi.
diſtrictione eccleſiaſtica, quæ dicitur alibi cen-
ſura. in c. quærenti. de verbor. ſignific. & in cap.
pen. de immunitate eccleſia. Verùm nec opinio
20 iſta ſatis vera eſt, cum illa † eccleſiaſtica diſtri-
ctio pro pœna tẽporali poſſit intelligi, vt decla-
rat Abbas in capitulo primo de offic. delegat. &
in cap. nuncios. de decimis. Tertia eſt opinio, ꝙ
mulctam poſſit imponere. Ita recenſet gloſſ. in
dicto capitulo paſtoralis. §. vlt. ex l. 2. C. de ſpor-
tul. Quæ opinio non recipitur à cæteris, & infra
aliqua dicemus. Quarta eſt opinio, quòd pœna
21 hæc ſit † arbitraria ipſi iudici impedito. Quam
quidem probarunt gloſſ. in d. cap. paſtoralis. §.
vlt. de offic. deleg. Abbas in cap. cum clerici, nu
me. 4. de pactis. & in cap. quærenti. de verb. ſi-
gnific. & Alexand in conſi. 35. nu. 5. libro ſe-
cundo, qui apertè ait, eſſe arbitrarium. Ita etiam
ſcribit Petrus Rebuffus in praxi beneficiorum.
titulo de miſſione in poſſeſſionem. nume. 18. iu
dicis arbitrio puniri eum, qui impedit delega-
tum executorem ad mittendum aliquem in poſ
ſeſſionem. Quæ ſanè ſententia probatur in cap.
de cauſis § vlt. iuncto cap. ſubſequẽti. de offi. de
22 leg. † Iudex ergo iſte pro qualitate & ſuæ per-
ſonæ, ac etiam impedientis, necnon & ex qua-
litate ipſius facti pęnã declarabit. Poterit enim
23 aliquando † excommunicare, iuxta opinionem
Fel. & Dec. in d. c. 1. de offi. deleg. & fuit ẽt opi-
nio aliorũ, vt recenſet gl. in d. c. paſtoralis. §. vlt.
24 Ita etiam aliquando † mulctam poterit indice-
re, ex d. l. 2. C. de ſportulis. Non poterit tamẽ iu
dex iſte ſuum hoc arbitrium extendere ad pri-
uationem beneficiorum illius impedientis, ita
magis receptam eſſe Doctorum opinionem aſ-
ſeruit Decius in cap. 1. num. 15. de offi. delega.
25 Ea ratione permoti ſunt; quòd pœna † priua-
tionis beneficiorum non inducitur, niſi ex cau-
ſis in lege expreſſis. cap. vlt. vbi glo. quam ibi ſin
gularem dixit Abbas de iure patr. & illam pro-
bauit Iaſ. in l. 1. num. 12. C. de tranſact. Accedi
(vt ait Decius loco iam citato) ꝙ pœna hæc pri-
26 uationis † beneficiorum nõ imponitur, niſi ma
gna de cauſa. cap. inuentum. 16. q. 6. Magna au-
tem cauſa dici non poteſt hæc impedimẽti pręſ-
titi. Nec repugnãt argumenta Innoc. in cap.
quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. ac Felyni in
cap. 1. num. 14. verſ. item poteſt turbatores. de
off. delega. Nam illis ſatisfacit poſt alios Decius
in d. c. 1. num. 15. de off. deleg. Non etiam pote-
27 rit † iudex iſte ſuum hoc arbitrium extendere
ad publicationem bonorum illius impedientis.
Ita Felyn. in d. cap. 1. num. 17. verſ. ſexta declara
tio, & ibidem Decius num. 15. Quorum tradi-
tio eſt declaranda ex his, quæ ſcripſi ſupra lib. 1.
q. 93. Non etiam poterit iſte iudex ſuum hoc ar
28 bitrium extendere † ad pœnam banni. Ita Fe-
lin. in d. cap. 1. num. 16. verſ. quinta declaratio:
de offi. deleg. ex ſententia Bald. in l. 1. col. 1. C.
quomo. & quan. iudex, adducti ex l. nulli. C. de
ſenten. & interloc. omn. iud, quo probatur, eos
non interdicere, qui non poſſunt ſtatuta conde
29 re. Accedit præterea, quòd his † delegatis man
data cenſetur ſolummodo modica coercitio,
qua poſſint occurrere impedimẽto, quo ne ſuã
exerceant iuriſdictionem impediuntur. l. vlt. ff.
30 de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. Quã ſanè † co
ercitionem ibi intelligit Decius nu. 3. poſt alios
de pœna pecuniaria, non autem de corporali.
Banni autem pœna corporalis eſt, ſicuti relega-
tionis. l. 4. in pri. ff. ſi quis cautio. l. edicto. §. 1.
ff. de bono. poſſeſ. & l. capitalium. in princ. ff. de
pœn. Nec hìc obſtat illa difficultas, quam exci
tat Felyn. in d. c. 1. num. 16. verſ. quinta declara
31 tio. de offi. deleg. Cum ait † bannitum æquipa
rari relegato: vt inquit glo. in §. relegati. inſtit.
quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. At relegatus
32 † æquiparatur excommunicato: vt tradunt gl.
in cap. paſtoralis. §. ſi verò. de appella. vbi Doct.
Imò bannitus æquiparatur excommunicato;
vt ſcribunt gl. in c. 1. in prin. hìc finitur lex &c.
in vſib. feud. Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum.
num. 3. de lib. & poſth. & in l. 1. §. ſublata. num.
10. ff. ad Trebel. Coraſius in l. qui liberos. nu.
220 ff. de ritu nup. & Petrus Placa in epitome
delicto. c. 44. nu. 12. Non inquam obſtat hęc dif
ficultas; ſiquidem reſpondetur, ꝙ etſi in aliqui-
33 bus † bannitus à pari procedat cum excommu
nicato, non tamen in omnibus æquiparantur.
ita declarat Abbas in cap. paſtoralis §. verum.
nu. 19. de appella. Quocirca Bald. in l. 1. nu. 17.
C. de hæred. inſtit. multas commemorat diffe-
rentias inter bãnitum & excõmunicatum. Æ-
34 quiparatio enim banniti † & excommunicati
ea videtur præcipua, quòd ſicuti excommunica
tus ab eccleſia eijcitur, ita bannitus à Ciuitate,
ſicuti declarat Bald. in d. l. 1. nu. 4. verſic. & eſt
adinuenta C. de hære. inſt. Accedit pręterea in
35 ſpecie noſtra, quòd † bannire eſt meri impe-
rij, ita poſt alios Decius in l. Imperium. nume.
65. de iuriſdictione omnium iudicum. Et tamẽ
36 † excommunicatio, qua plectitur iſte impe-
dieus

dicens iuriſdictionem delegati, eſt mixti impe
rij, ita declarat Ioannes Longoualius in l. Impe-
rium nu. 168. in fine, & ibi Gaſpar Vallaſchus
num. 180. de iuriſd. omn. iud. His, diſſoluta hac
difficultate, intelligimus, hunc iudicem nō poſ
ſe bannire impedientem ſuam iuriſdictionem.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptionis rei iudicatæ magna vis.*
2 *Iudicis arbitrio punitur iudex ille, qui oppoſitam rei iudicatæ exceptionem reijcit.*
3 *Exceptio rei iudicatæ coram quo proponatur.*
4 *Exceptio rei iudicatæ nil obeſt, cum à iudice incompetenti lata eſt ſententia.*
5 *Exceptionem rei iudicatæ reijci, vbi ſubeſt animæ periculum:*
6 *Exceptiones calumnioſas impune eſſe reijciendas.*
7 *Exceptionem calumnioſè oppoſitam dici ex iudicis arbitrio.*
8 *Exceptionis malitiam & calumniam apparere ex cōiecturis.*

## CASVS CCCCXXXIX.

### EXCEPTIONEM REI IVDICAtæ à iudice vel eccleſiaſtico, vel ſeculari non eſſe reijciendā, & de reijcientis pœna.

1 CVM magna ſit vis † exceptionis
rei iudicatę, quēadmodū mul
tis oſtendimus ſuperiore lib.
q. 52. iure ſtatuit Bonifacius
Octauus in c. vltimus, de exce.
in 6. pœnam, quam ibi glo. Io.
Andr. Archid. & Anch. arbitrariam appellant,
2 eſſe mulctandos iudices, vel laicos, vel eccleſia-
ſticos, qui exceptionem rei iudicatæ ab altero
3 eorum reiecerint. Eſt enim rei iudicatę † exce
ptio ab eo coram quo cauſa agitur admittenda.
Ea eſt ratio, quòd res iudicata pro veritate habe
tur. l. res iudicata de reg. iu. Nullus ergo iudicū
4 contemnere eam debet. Hæc conſtitutio † ceſ-
ſat, quando lata fuit ſententia à iudice incompe
tenti. Ita ſcribunt omnes in d. cap. vlt de excep.
adducti ex tex. in cap. ſeculares, de foro compe.
5 in 6. Ceſſat etiam † quando inſurgit animæ pe
riculum ex admiſſione huius exceptionis. Ita ex
cap. 1. de off. ordina. ſcripſerunt Geminianus
in d. cap. vlti. col. 1. verſi. nota, quòd iudex, & ibi
idem Francus in vltimo notab. de excep. in 6. &
Iaſon in l. à diuo Pio. §. ſententiam, nu. 18. de
re iudica. Cùm verò (vt & hoc nunc dicam) ex-
6 ceptio † aliqua calumnioſè obijcitur, reijci im
7 punè poteſt. Cæterùm dubitari ſolet, quæ † ca-
lumnioſè oppoſita dicatur exceptio, & cū iure
diffiniri non potuerit, quippè quòd in facto ver
ſatur, iudicis arbitrio relinquitur. Ita Barba. in
cap. ſedes, numero 74. de reſcrip. & Alciatus in
c. 1. nume. 62. de officio ordinarij, qui ſcribit, ex
Innocētij ſententia facere id poſſe etiam, quan-
8 do † de malitia & calumnia non conſtat ex pro
ceſſu, ſed aliunde, vtputa ex cōfeſſione facta ipſi
iudici extrà acta. Et ſubiungit Alciatus poſt Bu
trium, præſumptionem eſſe pro iudice, quòd iu
ſta de cauſa eam exceptionem reiecerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Penſionis remiſsio quando fiat inquilino impedito habitare cum hoſpitibus, quorum cauſa domum conduxit.*
2 *Inquilino remitti penſionem, ſi conduxit domum eo animo, vt hoſpites haberet, & bello deinde fuit impeditus.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui, quando dici poſſit inquilinum conduxiſſe domum, vt hoſpites in ea haberet.*
4 *Inquilinum ſolitum hoſpitari Scolares, eo animo domum conduxiße dicitur.*
5 *Aromatario impedito exercere artem ſuam in domo à ſe, eam ob cauſam, cōducta, remittitur pēſio.*
6 *Domus qualitas arguit, qua de cauſa fuerit ab inquilino conducta.*
7 *Domus remota non dicitur ab inquilino conducta cauſa hoſpitandi ſcolares.*
8 *Inquilini qualitas arguit, qua de cauſa domum ab eo fuerit conducta.*

## CASVS CCCCXL.

### DE REMISSIONE PENSIONIS quæ inquilino fit impedito vti conducta domo ad vſum à ſe deſtinatam. Et quomodo cognoſcatur cauſa, ob quam domus conducta fuit.

DVBITARI ſæpe cōtingit, an
1 & quando facienda ſit † remiſ
ſio penſionis inquilino, qui do
mū amplam cōduxit, vt hoſpi
tes, aduenas, vel ſcolares in ea
hoſpitaretur: & deinde ſuper-
uenit impedimētū, vel belli, vel peſtis, vel aliud
ſimile, vt hoſpitari non potuerit. Et hac in re
2 dicendum eſt, ꝙ ſi iſte verè † conduxit domum
eo animo & propoſito, vt hoſpites teneret, nō
aūt ſui vſus tantùm, faciendam eſſe remiſſionē,
ſi iuſtum ſuperuenit impedimentū. Ita ſcribūt
Bart. in l. cum plures, in princ. col. 2. ff. locati.
Rebuff. in tract. de priuilegijs ſcolariū, priuile-
gio 11. nu. 21. Ripa in tracta. de peſte, nu. 176.
de priuilegijs contractuum, nu. 27. Alcia. reſp.
763 in fine & Boer. q. 249. num. 9. & Boſſius in
tract. cauſarum crimi. titu. de remiſſione merce
dis, numero 40. Cæterum in eo verſatur dubi-
tatio, cognoſcere quando iſte conductor condu
xerit domum hanc cauſa hoſpitandi. Et cum à
coniecturis, vt plurimum hoc pēdeat, dicendū
3 eſt iudicis † arbitrio relinqui, ſicuti in ſpecie
annotauit Rebuff. in d. priuilegio vndecimo,
in fi. Prudens autem iudex multas coniecturas
ita



ita poterit conſiderare.
4 Prima eſt coniectura † ducta à qualitate per-
ſonæ inquilini conductoris, ſi fortè cōſueuit ha
bere ſcolares & hoſpites in domo. Nam tunc
præſumitur eo animo denuò conduxiſſe hanc
domum. Ita in ſpecie ſcripſit Ripa in tract. de
peſte tit. de priuilegijs contractuum. nume. 27.
& eius nomine tacito Rebuffus in dicto priui-
legio vndecimo, nume. 21. verſic. tertia conclu-
ſio, adductus auctoritate Roma. in conſi. 178.
5 nume. 2. qui reſpondit, † aromatario impedi-
to exercere artem ſuam in domo à ſe conducta
eſſe faciendam remiſsionem, quia præſumitur
eam conduxiſſe, vt in ea exerceret artem ſuam.
Adferunt & hi his ſimilia. Et illis accedit But.
in c. propter ſterilitatem. nu. 19. in fi. de locato.
6 Secunda eſt coniectura † ex qualitate ipſius
domus, vt ſi conſueuit in ea recipi hoſpites, vt
ſi eſt domus apud gymnaſium, in quo legi pu-
blicè cōſueuit. Ita docuit Bart. in d. l. cō in plu-
res in princ. colum. 2. verſic. aut de hoc. ff. loca-
ti. & cum eo Rebuffus in iam allegato priuile-
gio vndecimo, nu. 23. qui & eiuſdem opiniouis
recenſet Alexan. in conſi. 107. lib. 2. & eo prius
Ripa in tract. de peſte, tit. de priuilegijs contra-
7 ctuum. nume. 27. Ita è contra † ſi domus eſt in
loco remoto, vel in aliquo oppido, vbi nec ſco-
lares, nec hoſpites eſſe ſolent, fit cōiectura huic
contraria quòd conduxerit alio animo quàm vt
hoſpites haberet. Ita Rebuff. in d. priuilegio
vndecimo, in fine.
8 Tertia eſt coniectura † ducta tam à qualitate
domus, quàm etiam à qualitate inquilini, ſicu-
ti euenit in paupere, qui modicam habet fami
liam, & conducit domum amplam: coniectu-
ra enim fit hoc in caſu, quòd conduxerit cauſa
hoſpitandi vel aduenas, vel ſcolaſticos. Ita Ri-
pa in dicto titulo de priuilegijs contractuum.
nu. 27. & Rebuff. in d. priuilegio vndecimo. nu
me. 23, verſic. 5. concluſio.

*SVMMARIVM.*

1 *Bona illata & inuecta in domo ab inquilino eſſe pro penſione domus tacitè hypothecata.*
2 *Inuecta & illata quæ dicantur.*
3 *Inuecta cenſeri ea, quæ plauſtro fuerunt importata.*
4 *Hypothecata cenſeri illata & inuecta eo animo, vt ibidem eſſent perpetuo.*
5 *Illata & inuecta in domo cenſeri hypothecata, etiā ſi bona alterius ſint, quàm inquilini.*
6 *Iudicis arbitrio relinqui, quando bona cenſeantur illata & inuecta in domo, vt ibi perpetuò ſint.*
7 *Vænalia non cenſeri illata & inuecta in domo ab inquilino, vt ibi ſint perpetuò.*

## CASVS CCCCXLI.

### QVANDO CENSEANTVR BOna illata & inuecta in domo ab inquilino, vt pro penſione domus ſint hypothecata, explanatum.

1 CVM quis domum cōducit † &
in ea bona, reſque infert, atque
inuehit, cenſetur illa tacitè o-
bligaſſe pro penſione domus. l.
item quia. ff. de pactis. l. 3. ff. qui
bus mod. pign. vel hypoth. taci
tè contrah. l. certi iuris. C. locati. & l. ſi non in-
ducta. C. quib. caſ. pig. tacitè contrah. & ibidē
2 gloſſa exponit † illata & inducta illa dici, quæ
manu, inuecta verò quæ dorſo importantur.
id quod probant & Salycetus ibi & Neguſa. in
tract. de pigno. parte ſecunda principali mem
bro ſecundo. nume. 128. Rectius ego opinor
3 † inuecta cenſeri, quę plauſtro, vel equo infe
runtur, qui ſermo frequens eſt apud Ciceronē
& cæteros bonos auctores. Sed leuia hæc ſunt.
Hæc iuris ſnīa inter multas declarationes, quas
recipit, illa eſt egregia, quòd ita demum illata,
& inuecta hæc cenſentur tacitè hypothecata,
4 quando † inuecta fuerunt in domo ea mente
& animo, & ibidem eſſent perpetuò, ideſt duran
te locatione permāſura. Ita probat l. in prælijs,
§. 1. ff. quib. mod. pig vel hypo. tacitè contrah.
& ibi gloſſa clarè explicat, optimè confert l. de
bitor. ff. de pigno. & tradunt gloſſa, Bartolus,
Baldus, & Salycetus in d. l. ſi nō inducta. C. qui-
5 bus caſibus pign. tacitè contrah. Gloſſa † enim
idem eſſe ſcribit, quando res aliena eſt inuecta
in domo, modò tria concurrant, quòd ſcilicet
res ſit inducta, quòd ſciente rei domino, & ter-
tiò, quòd inuecta ſit vt ibi perpetuò ſit. Atq;
ita declarant Caſtren. in l. item quia. ff. de pa-
ctis. & idem Iaſon in §. item Seruiana, nu. . . .
inſtit. de actio. vbi & Gomes. nume. . . . Affli-
ctus deciſ. 184. nu. 2. & 3. Cæterùm dubitari
contingit, quando cenſeatur res illata, vt in do
mo perpetuò ſit? Et cum hoc lege diffinitum
non reperiatur, quippè quòd in facto verſatur
6 † iudicis arbitrio relinquitur. Ita in ſpecie ſcri-
pſit Neguſantius loco ſupracitato, & idem ve-
rè ſenſit Iaſon in d. §. item Seruiana. num. 35.
in fine. Iudex autem ex qualitate rerum illata-
rum atque inuectarum arbitrari poterit, an ſint
illatę vt ibi perpetuò ſint, vel non. Sicuti præci
tati Doctores ſcribunt: & idem docuit Gomeſ.
in d §. item Seruiana. numero decimonono.
7 Quocirca ſcribunt hi res † vænales, nomina de
bitorum & his ſimilia non cenſeri illata, vt ib.
perpetuò ſint: atque ita non ſunt tacitè hypo-
thecata. Qua de re cum abundè pertractauerim
in tractatu de adipiſcenda poſſeſsione remedio
tertio, quæſtione decimaſeptima, vbi & quæſt.
decimaſexta, legi de fructibus ilatis, ea propter
hìc dicere ſuperſedeo.

*SVM.*

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicis arbitrium verſari in locatione domus facta à ſocio de parte alterius ſocij.*
2 *Socium poſſe altero inuito locare domum locari ſolitam.*
3 *Socium poſſe vti re communi ad vſum deſtinatum altero reluctante.*
4 *Socium non poſſe locare partem domus ſocij ſi commodè diuidi poteſt, & ſocius alter partem ſuam vult retinere.*
5 *Domus communis cui locanda, cùm ſocij non conueniunt de locanda vni.*
6 *Locandam eſſe domum communem plus offerenti.*
7 *Iudicis officium quando concedatur inter plures inter ſe diſſentientes.*
8 *Concordiam à iudice poſſe ſuaderi, non autem præcipi.*
9 *Scandali timore iudex concordiam ſuadere debet.*
10 *Sorte dirimendam eſſe diſcordiam inter ſocios.*
11 *Sorte dirimi non debet contentio, ſi vnus ſociorum recuſat ſubire iudicium ſortis.*
12 *Partibus non conſentientibus, res effectum non ſortitur.*
13 *Socius qui vult habitare partem domus ſuæ, cogi nõ poteſt eam locare.*
14 *Socius qui vult habitare partem ſuam domus poteſt & alterius partem, eo inuito, conducere.*
15 *Socium teneri, vel penſionem recipere, vel conductorem, ne alter ſocius impediatur frui domo.*
16 *Baldus declaratur.*
17 *Iudicis arbitrio relinqui, an conductor domus communis ſit perſona idonea.*
18 *Socium vti poſſe re communi altero ſocio inuito.*
19 *Arbitrium viri boni ſpectari in re communi.*
20 *Ruini opinio exploſa.*
21 *Facere nemo cogitur ad alterius petitionem, quod alijs prodeſt.*
22 *Ruini inconſtantia.*
23 *Domus communis non conſueta locari, an inuito ſocio locari poſſit.*
24 *Iudicis arbitrio relinqui, an domus non conſueta locari, ſocio inuito poſſit locari.*
25 *Aequitatem eſſe obſeruandam inter ſocios.*

## CASVS CCCCXLII.

### QVANDO SOCIO LICEAT domum communem locare, diligenter explicatum.

CVM ſuperioribus in caſibus aliqua, quæ verſantur circà tractationem & materiam locationis & cõductionis pertractauerimus, conuenit, ut hoc loco explicem caſum illum egregiũ, in quo & iudicis arbitrium non modicum locũ obtinet, quando ſcilicet vnus ſociorum vult locare domum communem altero ſocio reluctante. Nam & in hoc verſatur aliquando iudicis
1 † arbitrium, vt docuit Baldus in ca. cum omnes numero 20. de conſtitu. & ſuo loco dicemus. Quo itaque hæc egregia diſputatio eluceſcat, aliquot caſus vnà cum Bartholomeo Socino & alijs in l. ſerui electione. §. Labeo. de leg. 1. ita diſtinguo atque conſtituo.

Primus eſt caſus, quando vnus ex ſocijs vult
2 † locare vtiliter domum, vel fundum ſolitum locari, alter in caſu is ſocius locare poteſt. ita Socinus in d. §. Labeo. nume. 4. verſi. primus caſus eſt &c. ex ſententia Baldi & Angeli in l. 1. C. qui teſta. facere poſſ. ac Baldi in d. cap. cum oẽs, num. 20. de conſtit. ac etiam Caſtren. in l. & hęc diſtinctio. §. cum fundum. ff. locati. Hanc quoq; ſententiam probarũt Ruinus in d. §. Labeo, col. 6. verſi. ſi verò res ſit conſueta. Soc. ſen. in conſi. 58. col. 1. lib. 4. & Decius in l. 1. numero 21. C. qui teſta. face. poſſ. Et horum opinio probatur ex l. naturalis. §. 1. ff. de præſcrip. verb. & ex §. vlt. inſtitu. pro ſocio. Et confert gloſſ. l. Sabi-
3 nus. ff. cõmuni diuid. quæ affirmat, † ſociũ vti poſſe re communi, qñ alterius ſocij nil intereſt. Et hic caſus intelligitur, dũmodo locatio fiat perſonę honeſtæ. Ita declarat Soci. loco iam citato. Et ratio eſt, quia honeſtas anteferri debet vtilitati, & verè apud viros bonos illud dicitur vtile, quod honeſtatem quoque continet.

4 Secundus eſt caſus, quando † vnus ex ſocijs vult locare vtiliter totam domum, vel fundum ſolitum locari, quæ quidem domus, vel fundus commodè diuidi poteſt, & alter ſocius recuſat partẽ ſuam locare. Hoc in caſu tota domus locari nõ põt, ſed illa ſola pars, quæ pertinere poteſt ad ſocium locantem. Ita ſenſit Socinus in d. §. Labeo, num. 4. verſi. & ſi res diuiſionem ex ſententia Saliceti, in l. iubemus, la ſecõda C. de ſacroſanct. eccle. Nam hoc in caſu ceſſant rationes caſus præcedentis.

5 Tertius eſt caſus, quando † vterq; vult locare domum ſolitam locari, ſed non conueniunt de perſona conductoris, cui locetur, cum vnus vni, alter alteri vult locare. Vnus tamen eorum vult locare perſonæ honeſtæ, alter verò inhoneſtæ. Hoc ſanè in caſu is debet pręferri, qui vult locare perſonæ honeſtæ. Ita ſcribunt Ange. in l. 1. C. qui teſta. face. poſſ. Soc. ſen. in conſil. 58. numero. 2. verſi. circa ſecundum, lib. 4. Socinus in d. §. Labeo, num. 5. & licet ibidem Ruinus col. 6. verſi. ſi verò daretur, diſſentiat à Soci. Attamen eum ſequutus eſt ipſemet Ruinus in conſilio 75. in fine li. 1. qui idem eſſe ait, quando
6 vnus vult † locare conductori plus offerenti, & alter alteri minus offerenti. deferri debet plus offerenti.

Quartus eſt caſus, quando vterque vult locare domum locari ſolitam, & ambo perſonæ honeſtæ, ſed non conueniunt de perſona cõductoris, cui locetur. Hoc in caſu inquit Socinus in d. §. Labeo, numero 5. adhibetur primũ hoc remedium, vt Iudex ſuo officio ad concordiam

hos



hos diſſentientes reducat. Et eandem opinionẽ probarunt prius Baldus in c. cum omnes. num. 20. de conſtit. & Angel. in l. 1. C. qui teſta. facere poſſunt, moti ex l. quoties. in prin. ff. de vſufru. & ex l. huiuſmodi. §. vlt. de leg. 1. Hanc quoque ſententiam probauit idem Soci. Sen. in cõſil. 58. num. 2. verſic. aut ambo volunt, lib. 4. Verùm ab hac opinione diſſentit Ruinus d. §. Labeo. colum. 6. verſi. ſecũdo caſu. Ea ratione mo-
7 tus, quòd † iudicis officium ſolùm implorari poteſt, quando plures diſcordant ad præiudicium tertij, non autem quando inter ſe. Ita declarat Bart. in d. l. huiuſmodi. §. vlt. & ibidẽ Iaſon num. 10. alios recenſet. ff. de legatis primo, & in l. 2. §. ex his. ff. de verbor. oblig. Et his accedit, quo ſcripſit poſt alios Dec. ĩ l. quidã æſtimauerunt. nume. 4. uerſicu. vnde dubitabile. ff. ſi
8 certum petatur. Cùm dixit, † concordiam à iudice ſuaderi poſſe, non autem impetari. Et idem affirmarunt Iaſon in authen. ſi verò contigerit. colum. vlt. C. de iud. Felynus in rubrica de tregua & pacé, & copioſè Neuiz. li. 6. Syluæ nuptia. nume. 12. Hoc tamen intelligitur, ni-
9 ſi ſubeſſet timor † ſcandali ob hanc diſcordiã. Nam tunc ad iudicis officium pertinet eos reducere omninò ad concordiam, vt declarant Bart. in d. l. huiuſmodi, §. vlt. in fin. de legatis primo. Ang. in l. 2. §. ex his. vbi & alij. de verb. obligat. Caſſaneus in conſi. 1. in ſecundo præſuppoſito. num. 18.

Et in ſpecie ita declarat Ruinus in loco ſupra allegato.

Secundum itaque remedium adhibetur, vt
10 ſorte diſcordia † hæc dirimatur. Ita Ruinus in d. §. Labeo. col. 6. verſic. poſſet etiam ſecundum &c. & ex ſententia Bart. in d. l. huiuſmodi. §. vlt. in fin. ibidem Iaſon: nume. 13. multis confirmat. & infinita propè cõgerit Tiraquellus in tract. de iure primigen. q. 17. opinione prima. Cæterùm nec hoc remedium locum habere poteſt, cum tunc ſorte dirimi non poſsit quæſtio, quæ facti eſt, ut copioſè comprobat Tiraquell. in dicta opinione prima. num. 91. Et præterea.
11 locus non eſt † iudicio ſortis, quando vnus eorum diſſentit controuerſiam eſſe ſorte dirimendam, vt poſt Ioan. Andreæ & alios tradit idem Tiraquellus in dicta opinione prima. num. 94. & in fine illius q. 17. His fit, quòd ſi nullo modo poſſunt ij ſocij inter ſe conuenire, domus vacabit & fructus quoque peribunt, vt cõcludit poſt Angelum Socinus in d. conſi. 58. num. 2. verſic. aut ambo volunt, lib. 4. idem in d. §. Labeo. nume. 5. verſic. & ſi non poteſt eos &c. qui duabus rationibus hoc comprobat. Et confert, quod ait Bart. in l. huiuſmodi. §. vlt. in fi.
12 de leg. 1. quòd quando † partes inuicem non conueniunt, res non ſortitur effectum.

13 Quintus eſt caſus, quando † vnus ex ſocijs recuſat locare partem ſuam domus locari ſolitã, ſed vult ipſemet eam pro ſui parte inhabitare, & non vult cõducere alteram partem ſui ſocij. Hoc in caſu poteſt quidem ſocius iſte habitare, ſed tamen non debet eſſe impedimẽto alteri ſocio, quo minus poſſit partẽ ſuam alteri locare: aliàs huic conſultum non eſſet, niſi mediante diuiſione. Ita docuit Soc. in d. l. ſerui electione, §. Labeo. nume. 6. verſi. primus caſus, de leg. 1. ex ſententia Bal. & Caſ. Et hanc opinionem admittunt omnes, quos ſtatim recenſebo.

14 Sextus caſus, quando † vnus ex ſociis recuſat locare partem ſuã domus locari ſolitã, ſed vult ipſemet inhabitare: ac etiã vult conducere partem alterã ſocij, ſed is ſocius recuſat ei velle locare, ſed vult locare alteri. Hoc in caſu affirmat Socin. in dicto §. Labeo. nu. 7. & in dicto conſi. 28. col. penultima, lib. 4. Socium cogi poſſe locare alteri ſocio inhabitanti, atque ita ait Socinus ſenſiſſe Baldum in l. 1. nume. 7. C. qui teſta.
15 facere poſſunt. Cùm docuit, quòd † ſocius tenetur recipere vel penſionem, vel conductorẽ, & hanc viſus eſt probare & Iaſon in l. 1. nume. vigeſimoquinto. C. qui teſtamenta facere poſsũt, & ibidem Decius numero 25. & Marſilius ſingul. 369. Et Socinum ſequutus eſt Ruinus in cõſi. 143. nume. 18. verſiculo. Sed his non obſtantibus lib. 4. Idem tamẽ incõſtans Ruinus in d. §. Labeo. colum. 7. verſic. nec obſtat auctoritas, intelligi Baldum loqui, quãdo ſocius ſe offert velle conducere ad impediendum locationẽ fiendam perſonæ inhoneſtę. Rectius tamen ſenſit
16 Socinus, quandoquidem † Baldus non ait, quòd ille extraneus, cui locare vult ſocius demum ſit perſona inhoneſta, ſed cõparatiuè, vel cauſatiuè, vt ſcilicet poſſit in eadem domo habitare, ex quo forte hic ſocius inhabitans habet vxorem adoleſcentẽ, vel filias aut ſorores nubiles. Et propterea nõ eſt ſatis honeſtũ, quòd ille extraneus conducat partẽ hanc, & Baldi mentem clarius explicat Iaſon in d. l. 1. nume. 24. C. qui teſtamenta facere poſſunt, qui & illo in ca-
17 ſu Baldi vult verſari † iudicis arbitrium, an is cõductor extraneus ſit perſona idonea, vel nõ. Secundò ea ratione motus eſt Socinus, quòd ſocius ille, qui vult domum habitare, & partẽ cõ ſocij conducere, poteſt prętẽdere aliquod intereſſe, vel ratione alicuius vtilitatis, vel ratione affectionis: ed ille, qui vult alteri locare, ſi ſocius eandem pecuniam vult numerare non poteſt aliquod probabile intereſſe prætendere. argum. l. numis. ff. de in litem iura. Atqui regula
18 iuris eſt, quòd † ſocius poteſt vti re communi etiam altero ſocio inuito, quando ipſius prohibentis non intereſt, vt credit gloſſ. in l. Sabinus. ff. communi diuid. Ergo &c.

Nec obſtat cõſideratio Ruini in d. §. Labeo. colum. 7. verſic. & minus etiam. Cùm dixit, gl. in d. l. Sabinus, loqui, quando quis vult vti re communi abſque eo, quòd petat aliquid noui fieri à ſocio: ſed quãdo petit aliquid noui fieri, sẽpre intereſt illius, ex quo quod poterit eſt facturus inuitus, ex d. l. vlt. ff. de vſu. & habit. Nõ inquã obſtat hæc cõſideratio, cùm intereſſe illud ſolius voluntatis ſit cõſiderabile, & potius dicitur quædam iniqutas, & peruicacia, quàm

iuſta

iuſta cauſa: Tertiò ego addo rationem illam,
quam ſenſit Bald. ſuboſcurè admodum loquens
in d.l.1.nume.7. C.qui teſtamen.facere poſſ. In
19 re † communi ſpectatur arbitrium viri boni,
& ideò æquum præferri debet iniquo.§.vlt.inſt.
locati.vbi gloſſ. Atqui nullus eſt vir bonus, &
æquitatis amator, qui non iudicet, ſocium habi
tare volentem domum, & cupientem cõducere
partem cõſocij, præferendum eſſe extraneo, cui
ſocius alter non inhabitans vult locare. Ergo
&c. Et hinc intelligimus, malè ab hac æqua opi
20 nione Socini diſſenſiſſe † Ruinum in d.§. La-
beo.colum.7. verſicul. ſed contrarium iudicio
meo &c. Qui quidem mouetur ſola traditione
Bartol.in l.2.in prin. num.13.ff.ſolut.matrim.
21 Cùm ſcripſit, quòd ad † petitionem alterius
non cogor facere, quod ſibi prodeſt; & mihi nõ
nocet. Hæc ſanè traditio Bartoli nil in ſpecie
noſtra vrget, quandoquidem hic non agitur de
lucro inhabitantis, ſed potius de damno eui-
tando, poſſet enim facilè exoriri aliquod graue
damnum ob id, quòd ſocius iſte inhabitans ha-
bet vxorem, filias, vel ſorores, & periculum
eſſet ex communi habitatione cum illo extra-
neo. Quare ego certè ſequerer ſemper Socini
æquam opinionem, quam quidem (vt admonui
ſupra) probauit & ipſemet ſibi parum con-
22 ſtans Ruinus † in d. conſi.143.num.18. verſ.
ſed his non obſtantibus lib.4.

23 Septimus eſt caſus, quando † domus, vel fun
dus non conſueuit locari, & vnus ſociorũ vult
locare, alter verò recuſat. Hoc in caſu ait primò
Baldus in capitulo cum omnes. nume. 26. ſo-
cium locare non poſſe. deinde ſubiungit, hoc
24 † relinqui iudicis arbitrio. & Baldum ſecuti
ſunt Soc. Sen. in conſil.58.colum.1.verſi. hanc
etiã.lib.4.& reliqui in l.1. C. qui teſtamenta fa
cere poſſunt. Ruinus verò in d.l. ſerui electio-
ne. §. Labeo. col.6.verſ. Sed primũ dictũ &c.
probat primum illud dictum Baldi, quòd ſcili-
cet impediatur locatio. ex regula l.id quod no-
ſtrum.de regulis iuris. Et non cogitur quis ha-
bere ratum, quod pro ſe factum fuit, etiã ſi vtili
ter fuerit factum ſubiungit tamen Ruinus, quòd
ſi ex illius cõtradicentis iniuſto impedimento
is locare volens ſentiat damnum, tenetur ille im
pediens ad intereſſe. vt ſenſit Bald. in capitulo
primo.§.ſi quis de manſo.de cõtrouerſ.inueſtit.
Ego certè tribuerem hoc totũ iudicis arbitrio,
25 ob † ſummam æquitatem, quæ inter ſocios ob
ſeruari debet. §.vltimo inſtit. de ſocietate. Et ſi
adhiberi poteſt ab initio remedium locando
domum, id quidem ſatius eſt quàm differre, &
deinde condemnare impedientem ad intereſſe.
Illius enim iniuſtè impedientis calumnia ab
ipſo exordio præcidenda eſt.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conductor vectigalium plus debito exigere non debet.*
2 *Iudicis arbitrio puniri publicanũ plus debito exigens.*
3 *Publicanus plus debito exigens in quadruplum punitur.*
4 *publicanum in foro conſcientiæ puniri, cùm plus debito exigit.*
5 *Gabellam nomine Principis exigens qua pæna puniatur, ſi plus debito exegit.*
6 *Principis mandato in dubium parendum eſſe.*

## CASVS CCCCXLIII.

### GABELLAS ET VECTIGALIA plus debito exigens qua pæna ſit feriendus.

1 QVI gabellas & vectigalia † con
duxit, ob oculos habere debet,
ne plus iuſto exigat, alioqui in-
debitè extorquens nõ ſolùm te
netur iniuſtè exacta reſtituere,
2 verùm etiã iudicis † arbitrio pu
nitur, l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publica.&
vectigal.& ibi hoc annotarunt Barto. Alber. Ro
man.& Fulgoſ. etſi nil aliud, quod huc adferri
poſſit, ſcriptum reliquerint. His accedit Petrus
Antibolus in tracta.de munerib. parte 3.§.1.nu
3 42 qui copioſius diſtinguit, ait ille, † quòd ſi ci
uiliter agitur, exactor poteſtate carens punitur.
in quadruplum. l.peræquatores. C.de cẽſib. vbi
eadem pœna punitur habens poteſtatem, ſi per
vim plus debito exigit. Si verò habens exigen-
di poteſtatem ſine vi exigit, punitur in ſimplũ
l.licitatio. §. Titio.& publica. Quando verò de
pæna criminali agitur, ſi pluries exigit, qui exi-
gendi poteſtatem nõ habebat, pœna combuſtio
nis plectitur. l. vniuerſi. C. vbi cauſæ fiſca, Si
verò habebat poteſtatem & pluries exegit, puni
tur capitaliter §.omnes, in fin. C.loc. ſi ſemel. tã
tùm. punitur extra ordinem iudicis arbitrio d.
l. licitatio, §. quod illicitè. Hæc ille. Illud nunc
ex Theologorum ſententia non prætéribo, in
4 foro conſcientiæ omnino teneri † qui illicitas ga
bellas exigit, vel plus debito extorquet. Ita Ang.
Clauaſius in ſumma in verbo pedagium. num.
5. Silueſter in verbo Gabella, il tertio, num.10.
qui & illud ſcribunt, hos eſſe etiam excommu-
nicatos excommunicatione Pontificia. Quòd
memoriæ etiam proditum eſt à Nauarra Theo
logo erudítiſſimo in manuali confeſſoris capit.
5 17.nu.201. qui declarat non procedere, cũ † exa
ctor nomine Principis exigebat: & credebat ſe
iuſtè exigere, vel etiam ſi dubitauit, & deinde
dubitare deſiit. Si quidem in dubijs mandato
6 † Principis eſt parendum, com inferior credit
iuſtum eſſe, quod ſibi mandatur, vel abſolutè,
vel ſaltem quo ad quod ſibi mandatur, ita Na-
uarrus in capitulo, ſi quis autem, numero 114.
de penitentia, diſtinctione ſeptima.





*S V M M A R I V M.*

1 *Exequutor teſtamenti iuſtè illud exequi debet.*
2 *Exequutorem teſtamenti compelli illud exequi.*
3 *Iudicis arbitrio pœna indicitur contra teſtamenti executorem, vt teſtamentum exequatur.*
4 *Exequutorem teſtamenti poſſe carcerari, ſi non exequitur teſtamentum.*
5 *Epiſcopum mulcta indicta compellere executorem exequi teſtamentum.*
6 *Iudicis arbitrio puniri exequutorem teſtamenti, ſi malè reddidit rationem executionis*

## CASVS CCCCXLIIII.

### DE POENA RECVSANTIS ET malè exequentis teſtamentum, breuis explanatio.

1 IVSTE quoque exequi debet
ſibi demãdatũ munus † execu-
tor teſtamẽti. Hic equidẽ pęnali
pręcepto compelli poteſt ſuſce
ptũ officiũ exequi l. nulli. C.de
epiſ.& cle.§. ſi quis autẽ, & .§.
ſi tamen hæres, in authentica de eccleſ.tit. Quæ
ſanè iura eam indixerunt pœnã, vt is executor
eo commodo, ꝙ erat ex teſtamẽto percepturus,
priuetur. Aliquando etiã præcepto pœnali, ad-
2 monitione præmiſſa † ab Epiſcopo compelli-
tur. cap.tua.& cap.Ioannes. 12.q.2. idque per
ſententias excommunicationis, vel ſuſpẽſionis
vel etiam interdicti, ſecũdùm negotij qualitatẽ
c.ſanè.c.paſtoralis.de off.deleg.c. quærenti. de
verb.ſig.& c.2.in fi.de pœ. Aliquando etiam pę
3 na † iudici arbitraria compellitur, quẽadmodũ
ſcriptum reliquerunt Spec.in titu.de inſtrumẽ
torũ editione. §. Nunc verò aliqua. nu.56.&
Aff l.in c.1.nu.21.verſ.item habet arbitriũ, per
quem modũ.ex quibus cauſis feud.amitt. Quò
4 circà (vt ſcripſit Speculator) Eps hunc exequu
torem aliquando cõpellet mulcta indicta.argu.
l.3.ff.ſi.quis iuſd.nõ obtẽpe.& l. mulctarũ. C.
de modo mulct. Aliquádo captis pignoribus, &
diſtractis. l.3.C.de pręt.pign.l.1.§.ex hoc.ff.de
5 vẽtr.inſpiciẽ. Interdũ (ſi expedierit) † capta per
ſona. c.dilectis.de appell. Illud ẽt (ꝙ arbitrariũ
6 eſt) nõ prætereo, ꝙ ſi iſte † executor male reddi
derit de executis rõnes, eſſe pœna arbitraria pu
niendum, quemadmodum docuit gl.pen.cle.1.
de teſta.& ibid.eam annotauit Abb. Panor. Cæ
tera quæ de executoribus his dici poſſent am-
pliſſimè ſcripſerunt Spec.d.§. nũc verò, & Iaco
bus de Canibus, qui integrum tractatũ edidit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Appellantium temeritas que pœna plectenda.*
2 *Iudicis arbitrio puniri temere appellantes.*
3 *Pœna quinquaginta librarum puniri temere appellantes.*
4 *L.eos.§.ne temere, C.de app.declaratur.*
5 *L.ab executione.§.vlt. C. quo. app. non recip.explicatur.*
6 *Pœnam temerè appellantiũ in vſu eſſe deſiiſſe multi affirmarunt.*
7 *Cynus canoniſtis infenſus.*
8 *Conſtitutio Pedemontium.* Delle pene de temerarij appellanti. *declaratur.*
9 *Temerè appellat, qui inconſultè appellat.*
10 *Temerè appellat, qui videt aduerſarium bonum ius fouere.*
11 *Appellat temere, qui litem proſequutus videt ius bonum aduerſario ſuperueniſſe.*
12 *Appellaſſe dicitur temere, qui à lite diſceſſit ante ſententiam.*
13 *Litis proſequuta maximè ſpectari.*
14 *Conſtitutio Pedemontium tit.* Delle pene de temerarij appellanti, *declaratur.*

## CASVS CCCCXLV.

### DE POENA TEMERE APPELLANtium à ſententijs, & quando temere quis appellaſſe dicatur, explicatur.

REPRIMENDA aliquando
1 fuit inſolens illa † appellanti-
um à ſententijs temeritas, qui
tanquam peſſimi concinnato-
res litium, temerè ac fruſtrà
à iuſtis, æquisque iudicum ſen
tentijs, non aliam ob cauſam prouocant, quàm
vt aduerſarium impenſis plus æquo vexent. Sã
citum ergo fuit à multis: tum à Diocl.& Max.
in l.eos.§.ne temere.C.de app. temerè appellãtes,
2 mediocri pœna eſſe plectendos. Pœnam † illã eſ
ſe extraordinariam ibidem Accur. interpreta-
tur; atque ita arbitrariam, & apertius Rip. in c.
1.n.34.de reſcr.& ante eum Cyn.& Alb. in d.
§.ne temerè.& ibid. Bal.& Saly.q.4.& Fulg.nu.
3. idẽ ſcriptum reliquit Io. Ferrarius in tract.
de appel. lib.2.c.2. qui ex aliquorum opinione
3 credidit, hanc pęnam arbitrariam † extendi vſ-
que ad illam ſententiam quinquaginta librarũ
argenti, de qua in l. ab executione. §.vl. C. quo.
app. non reci. Ego opinor diſtinctas eſſe pęnas
4 & conſtitutiones, Nam † illa.§. ne temere. litis
finẽ reſpicit; nõ.n. appellationẽ repellit. At illa
5 † l.ab executione.§.vl. appellationẽ ab ipſo ini
tio reijcit. Quorſum enim appellare, ſi exequẽ-
da eſt ſententia? Quocircà maior hic iniqui-
tas temerè appellantis, quàm in ſuperiore ca-
ſu detegitur. Illum ergo pœnam arbitrariam
pro facti & rei qualitate iudex indicere debet,
quod non faceret, ſi illa d.§.vl. obtineret, quip-
pe quòd non arbitrarium, ſed neceſſariũ foret,
ſi vera ſunt quæ ſcripſimus ſuperiore lib.q.14.
6 nume.6. Pęnam † hanc in vſu eſſe deſijſſe, ſunt
ex relatis, q affirmãt. Idq; vel ex eo, qđ iure Põ
tificio ſolũ pęna refectionis expenſarũ plectũt.
c. vt debitus.de appell.& c.cũ.appellat.de appel.
in 6. Quod factũ exiſtimãt aliqui; quia addẽdã

non eſſe afflictionem afflicto lex pontificia ſta-
7 tuit, etſi † Cynus ille, qui pro more canonum
ſtudioſis aduerſari ſolet, falsò exiſtimauerit, id
factum, quo facilius Curia Romana lites ad ſe
omnes vocet, trahatque. Hanc iuris communis
7 ſanctionem inſecuta eſt noua † Pedomontium
conſtitutio, titulo. *Delle pene de temerarij appel-
lanti.* Quæ quidem conſtitutio pœnam indixit
arbitrariam arbitrio Senatus, modò minor non
ſit decem coronatorum. Cum in illa Regione
ſubalpina aliquando in foro & iudicum ſubſel
lijs verſarer, vidi non ſemel controuerſum, qui
dicerentur ij temerè appellantes. Dicere conſue
9 ui temerè † illum appellare, qui inconſultè ap-
pellat, cum temerè agere is dicatur, qui impru-
denter & inconſultè agit. vt diximus ſupra caſu
194. nume. 29. Hinc rectè docuit Bald. in d. §. nè
10 temere. † temerè illum præſumi appellaſſe, qui
prouocat, cùm videt aduerſarij fundatam eſſe in
tentionem de iure. Eſt enim hoc imprudenter
& inconſultè agere, quia ſi prudẽtes ac iuriſ
peritos conſuluiſſet, ex eorum opinione non
prouocaſſet. Quocircà dicendum eſt, illum à
temeritatis pœna excuſari, qui arbitratus eſt ex
peritorum conſilio, ſe in cauſa obtinere poſſe:
quemadmodum de his multa ſcripſimus ſupra
caſu 177. vbi enumerauimus decem cauſas, qui
bus litigans excuſatur à pœnis temerè litigan-
tis, quæ ſanè cauſæ & ad rem noſtram ibi vno
verbo ſpectare oſtendimus. Illud etiam eſt hic
adnotandum, quod docuit Baldus in dicto §. ne
temerè. numero ſecundo, verſiculo quæro quid
11 ſi &c. † temerè illum appellaſſe, qui & ſi ab ini
tio iuſtam cauſam foueret, attamen in illius pro
ſecutione nouit ſe iniuria contendere, dicitur te
merè proſequi l. deſtitiſſe ff. de iud. atque ita nõ
initium, ſed ipſa proſecutio ſpectatur. Cæterũ
Salycetus in d. §. ne temerè. columna prima ver
ſiculo quæro tertiò, ſcribit, eũ non dici temere
12 † appellaſſe, qui à lite ante ſententiam deſtitit.
Cum temeraria appellatio (inquit ille) ſine pro
ſequutione non puniatur. Et ibidem in fine ait;
13 quòd magis finis, & ita ipſa † proſequuta
quàm initium ſpectatur. Dubitat etiam Baldus
in dicto §. ne temerè. numero primo, verſiculo
quæro nunquid. an pœna temerè appellantium
locum etiam ſibi vindicet aduerſus illos, qui te
merè dicunt ſententiam eſſe nullam. Et locum
nõ habere docuit Baldus, & cum illo Salycetus
ibidem quæſtione ſexta, eam eſſe rationem ſcri-
bunt, quòd is qui de nullitate dicit, non arguit
aliquam iudicis iniquitatem, vt facit is, qui ap-
pellat. Quamobrem ſcribit Baldus, legem de ap
pellationis cauſa loquentem nõ extendi ad cau
ſam nullitatis. Atque ita declarandæ ſunt illæ
14 † conſtitutiones Pedemontium. *Delle pene de te
merarij appellanti.* Credit tamen, & rectè Bald.
præcitato loco, quòd ſi cauſa nullitatis & appel
lationis ſimul in eodem libello deduceretur, &
is adhuc ſuccumberet in vtraque cauſa, eſſet lo
cus pœnæ, ratione ſcilicet appellationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellantes à ſententia annum habent ad proſequẽ
dum appellationem.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui quod dicatur modicum tem
pus ſupereſſe ad proſequendum appellationem.*
3 *Tempus modicum ad proſequendum appellationẽ eſ
ſe vnius menſis*
4 *Iudicis arbitrio relinqui. quando appellans dicatur
nimis feſtinare.*
5 *Fatalium prorogatio iudicis arbitrio fit.*

## CASVS CCCCXLVI.

### DE TEMPORE PROSEQVENDÆ appellationis & fatalium prorogatione breuis enarratio.

CONSTITVIT Iuſtinianus
in authentica de ijs, qui ingred.
ad appella. §. 1. qui relatus eſt &
in auth. ei, qui C. de tempo. ap-
pella. vt ij, qui à ſentẽtijs cõtra
1 ſe latis appellãt, annũ † habeant
ad proſequẽdũ ipsã appellationẽ. Et ſi iuſtis de
cauſis impediti fuerint, alius annus ſtatuatur.
Appellatore verò ceſſante, cũ vnus mẽſis ſupe-
reſt ex biennio, permiſſum eſt actori, efficere, vt
eã diffiniatur, ipſo abſente in expẽſis cõdẽnato.
Et hæc Iuſtiniani conſtõ eſt relata in canone c.
2 ei, qui 2. q. 6. Cæterũ dubitari cõtingit, qñ † mo
dicum tps dicatur ſupereſſe ad proſequẽdũ ap-
pellationẽ. Arch. in d c. ei qui. §. appellatore. 2.
q. 5. in princ. ſcribit, ꝙ vbi nõ eſt præfixũ tẽpus
illud modicũ iudicatur pro iudicis arbitrio, qui
quidẽ iudex poterit arbitrari eſſe modicũ tps,
cũ ſpes non habetur de aduentu appellantis: &
maximè ſi iudex videt imminere periculum ap
pellato, iux. c. oblatæ. de appellat. Ego apertius
3 dicerem, iure † communi inſpecto modicum
tempus ad proſequendum appellationem eſſe
vnius menſis, d. auth. ei, qui. §. appellatore. in
auth. de temp. app. Si verò ex legibus munici-
palibus non eſſet hoc diffinitum, eſſet relin-
quendum iudicis arbitrio, qui pro perſonarum
& cauſarum conditione & qualitate diffiniret,
quod dici poſſet hoc modicum tempus. Simile
eſt è contra, quod tradit Barb. in c. ſedes. num.
4 75 de reſcr. † iudicis arbitrio relinqui, quando
appellans dicatur nimis feſtinare, quæ ſententia
fuit Iacobi Butrigarij in dicta authẽtica ei, qui:
Illud etiam annotandum ad dictam authenticã
5 ei, qui, quòd quando fit † prorogatio fatalium,
id fieri dicitur iudicis arbitrio. Et ideo admo-
nuit Ioan. Staphilæus in tract. de commiſſioni
bus & literis iuſtitiæ, in verbo, vltimò quò ad
materiam, in fine, ꝙ inoleuit praxis, vt literis cõ
miſſionis, quibus prorogari mandantur fatalia,
adſcribatur clauſula, arbitrio iudicis: quia for-
tè (ait ille) appellans non adhibuit omnem dili
gentiam ad proſequendũ ipſam appellationẽ.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Pœna corporali afficitur, qui non habet in ære, vt
ſoluat.*
2 *Prætoris album corumpens pœna corporali interdum
punitur.*
3 *Iudicis arbitrio indicitur pœna illa, qua loco pecunia-
riæ ſuccedit.*
4 *Contumax in expenſis litis condemnatus pœnam fe-
ret corporalem, ſi non habet vnde ſoluat.*
5 *Pœnam pecuniariam fiſco deferendam in corporalẽ
ſuo arbitrio iudex commutare poteſt.*
6 *Pœnam pecuniariam fiſco deferendam in corpora-
lem commutat ſolus Senatus in Dominio Medio-
lani.*
7 *Clericum pœna corporali poſſe puniri, cùm pœnam
pecuniariam ſoluere non poteſt.*
8 *Pęnam pecuniariam commutari in corporalem etiã
debitore non ſoluente minimum quid.*
9 *Mulctam in pęnam corporalem commutari, cùm de-
bitor ſoluere non poteſt.*
10 *Pęnam pecuniariam non commutari in corporalem,
cum debitor eſt perſona nobilis.*
11 *Pęnam corporalem in nobili eſſe maiorem omni pe-
cuniaria.*
12 *Perſonarum nulla eſt exceptio in ſpiritualibus.*
13 *L. in ſeruorum. in fi. ff. de pęnis, declaratur.*
14 *Pęnam pecuniariam magiſtratibus indictã in ſyndi-
catu non commutari in corporalem.*
15 *Pęnam pecuniariam non commutari in corporalem
debitore affectante.*
16 *Pęna pecuniaria delata creditori pro ſuo intereſſe nõ
commutatur in corporalem eo recuſante.*
17 *Gomeſij opinio exploſa.*

## CASVS CCCCXLVII.

### QVIBVS IN CASIBVS POENA pecuniaria in corporalem commutari poſſit, dilucida explicatio.

VVLGARIS, annotatione ta-
mẽ digna, eſt illa iuris regula &
1 aſſertio, qua dicimus, eũ † luere
in corpore qui in ęre nõ habet,
l. vltima ff. de in ius vocan. quo
loci Modeſtinus reſpõdit, liber
tum luere in corpus ſi nõ habet vnde ſoluat pę
nam quinquaginta ſolidorũ, qua mulctatur cũ
ſine venia in ius dominũ vocat. Ita qui Prętoris
2 albũ corrumpit, ſi pęnã à lege ſancitam ſoluere
nõ poteſt, pœna corporali afficitur, vt probat l.
ſi quis id quod. §. in ſeruos. ff. de iuriſdictione
omniũ iudicum, vbi gloſſa in verbo, torquẽdũ.
& ibidem Iaſon nume. 28. qui his ſimilia cõgeſ
ſit. Cæterùm dubitare contingit, quæ pœna cor
3 poralis indicenda erit? Et iudicis † arbitrio
indicendum fore probat l. 1. §. vltim. ff. de pœ-
nis. etſi ibidem gloſſa male interpretari videa-
tur. Quocircà rectè docuit poſt alios, Iaſon in
d. l. ſi quis id quod. num. 9. iudicẽ pro ſuo arbi-
trio pœnam illius edicti pecuniariam cõmuta
re in corporalem, cùm ille delinques ſoluendo
non eſt. Hinc etiam rectè cenſuit gl. ult. ca. finẽ
4 litibus. de dolo & contumacia. † iudicis arbi-
trio puniri in expenſis litis condemnatum, qui
non habet vnde ſoluat. Quam quidem gloſſam
probarunt ibidem Io. Andr. Imo. in fi. & Butr.
nume. 30.
Quo tamẽ facilius intelligat iudex noſter, qñ
ac quomodo ſuum hoc arbitrium moderari de
beat, duo capita sũt à nobis diſtinguẽda. Primũ
5 illud eſt, † cum pœna illa pecuniaria fiſco defer
tur atque applicatur. Secundum, cùm defertur
aduerſario verius loco damni reſarciẽdi, vel in
tereſſe, quàm pœnæ. Primum caput ita ſe habet
vt poſſit iudex eam pœnam pecuniariam fiſco
deferendam ob inopiam debitoris in corpora-
lem commutare pro ſuo arbitrio. d. l. ſi quis id
quod. & ibi Iaſ. numero vigeſimooctauo, verſi-
cul. limita iſtam. de iuriſdictione omnium iudi
cum, & d. l. 1. §. vlt. ff. de pœ. glo. clara & aperta
in c. ſi res, in verbo cruciatus. 14 q. 6. Abbas in
capitulo ſecundo de maledictis, ex illo tex. Go
mes. in §. item ſi quis in fraudem. numero 42.
Berous in capitulo cognoſcentes. numero. 42.
de conſtit. Iulius Clarus in practica crim. §. vlt.
q. 95. verſic. ſed quid ſi &c. qui ſcribit in domi
nio Mediolani hanc commutationem pęnæ fie
6 ri † à ſolo Senatu.
Extenditur hæc iuris ſententia, vt locum ha
beat non modò in layco, verùm etiam & in cle
7 rico, † qui ſi pœnam pecuniariã fiſco deferendã
ſoluere nõ poterit, corporali pœna puniri pote
rit. ita Abb. in c. finem litibus. nume. 15. de dolo
& contumacia. & in c. Odoardus. nume. 9. de ſo
lutio. Arch. in d. c. ſi res. 14. q. 6. & idem affirma
uit Boer. q. 349. nu. 11. qui hoc intelligit ibidẽ
colum. pen. verſi. ſed hæc detentio, modò id à
iudice ſuo fiat.
Extenditur ſecundò, vt procedat etiam, cùm
hic delinquens, fiſcique debitor deficit in ſolu-
8 tione vnius † partis ipſius ſummæ, etiã ſi eſſet
ſolus nummus: adhuc enim poterit iudex eam
pœnam in corporalem commutare. ita egregiè
cenſuit Bald. in l. cum ſcit. C. de ſepulchro viol.
quem ſecuti ſunt Iaſ. in autentica qui rem, nu-
mero ſeptimo. C. de ſacroſanct. eccleſ. Alex. in
l. ſi quis id quod. nu. 5. de iuriſdict. omn. iud.
idẽ in l. ſi ſeruus. §. plurium. in fine ff. ſi quis cau
tio. in lege vltima in prin. de verbor. obligat.
Corſetus in tractatu de minimis. nume. 35. Feli
nus in capitulo ad liberandum tertio notabili
de iudęis. Purpuratus in l. imperium. nu. 355. de
iuriſdict. om. iud. & communem eſſe teſtatur
Gomes. in § pœnales. nume. 18. inſtit. de actio.
Quo loci reſpondet argumẽtationibus Iaſonis
contrarium ſentientis. Idẽ cẽſuit Boerius quęſt.
349. numero octauo, & Iulius Clarus in d. pra
ctica criminali. §. vltimo. quæſtio. 95. verſicul.
quæro quid ſi &c.
9 Extenditur tertiò, vt fortius † procedat in
mulcta, quam iudex indicit. Nam tunc

 illam

illam non ſolùm commutare poteſt in pœnam
corporalem: ſed etiam ex toto remittere, vel
minuere poteſt. Ita Iulius Clarus vbi ſupra,
verſicu. hæc autem, qui recenſet Vaſquium
de controuerſiis illuſtribus capitulo 24. num.
15, atteſtantem hanc eſſe receptam opinionem,
quam etiam probat Iaſ. d. l. ſi quis id quod, num.
28. verſi. 4. limita.
10 Declaratur primò vt procedat † in perſonis
vilibus & abiectis tantùm, non autem in nobili-
bus & egregijs. Nam in his pœnam pecunia-
riam in corporalem commutare iudex non po-
teſt. ita declarat Salycetus in l. & ſi ſeuerior,
colum. 3. C. de ijs, qui nota. infam. Iaſon in d. l.
ſi quis id quod, nume. 28. verſicu. tertiò limita,
ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. idem in au
thentica ad hęc, in fin. C. de iud. Felynus in ca-
pitulo ad liberandum, colum. 1. de iudęis. Lu-
douicus Bolognetus in authen. habita. nume.
225. C. ne filius pro patre. Ea ratione moti
ſunt. quòd in nobili pœna leuis in grauiorem
commutaretur, contra. c. vt afferamus. 24. quæ-
11 ſtio. 5. Eſt enim in † nobili grauior pœna quæ
libet corporalis, etiam minima, quauis pecunia
ria ex l. in ſeruorum. in fin. ff. de pœnis. quam
ita Bartolus ibi intelligit, idem in l. prima in fi.
ff. eod. plures recenſet Gramma. voto. 23. num.
23. Cæterùm à recepta hac opinione diſſentit
Gomes. in. §. item ſi quis in fraudem. nume.
42. verſicu. ſecundò limità, inſti. de actio. Sed
illius rationes generales non ſunt; ſolùm enim
illum caſum recipiunt. Et quod ille ait, non eſ-
12 ſe habendam † perſonarum exceptionem in iu
dicijs, capitulo nouit, de iudi. procedit in ſpiri-
tualibus, non autem in temporalibus, in quibus
videmus aliud eſſe multis in caſibus ſtatutum
in nobilibus, aliud in vilibus & abiectis. Illud
tamen, quod aliquando præter Gomeſium ſo-
leo conſiderare, maius mouet dubium, illud
13 inquam, quòd aſſertio illa † l. in ſeruorum. in
fin. de pœnis, procedat in nobilibus & egregijs
perſonis, quandoquidem, ſi rectè perpendantur
is textus, loquitur tam de nobilibus, hoc eſt de
decurionibus, quàm de plebeis, atque ita vili-
bus. Erit itaque cogitandum.

Declaratur ſecundò, vt non procedat in ma-
14 giſtratibus † condemnatis in ſyndicatu pœna
pecuniaria. Nam illa ob inopiam non ſolet in
corporalem commutari. ita Baldus in capitulo
1. §. iudices. nume. 2. de pace iura. firm. Ama-
deus in tract. ſyndicatus num. 160. alios recen-
ſet, & ſequitur Iulius Clarus in practica crimin.
§. vlt. q. 95. verſi. & ſcias. ij ſcribunt, hunc offi-
cialem eſſe carcere mancipãdum, donec ſoluat
quod debet.
15 Declaratur tertiò, non procedere † cùm con-
demnatus hanc pœnæ cõmutationem affectaſ-
ſet, ita Ang. in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis an-
te. de leg. 1. Iaſ. in d. l. ſi quis id quod, num. 30.
in fi. de iuriſd. om. iud.

Secundum eſt caput huius diſceptationis,
16 cum ſcilicet pœna † pecuniaria ratione dam-
ni & intereſſe aduerſario defertur atque appli-
catur. Hoc caſu non poteſt pro ſui arbitrio
iudex eam in pœnam corporalem mutare. ita
cenſuit Abbas in capitulo finem litibus. nume
ro quinto, de dolo & contumacia, ex illo textu.
hocq́ue eſſe ſingulare ſcribit. Idem placuit Iaſ.
in l. ſi quis id quod, numero vigeſimooctauo,
verſicul. limita. de iuriſdictione omnium iudi-
cum. & in. §. pœnales. nume. ... inſtitut. de
actio. Francus in capitu. reprehenſibilis, colum
na ſecũda de appellation. Didacus libro ſecũdo
varia. reſol. capitulo primo numero octauo, Boe
rius q. 349. nume. 8. verſicul ſecundò ſi is. Iulius
Clarus in practica criminali. §. vltimo q. 95. ver
17 ſicul. ſed quæro, Cæterùm Gomes. † in. §. pœ-
nales. nume. 16. in fi. inſtit. de actio. diſſentire vi
detur; ſed malè, niſi dicamus illum loqui, cùm
pœna hæc pecuniaria propius accedit ad merã
pœnam, quam ad damni emendationem. Acce-
dit, quòd nec boni cedere poteſt hic debitor re
luctante creditore. ita affirmarunt Albericus
in tractatu ſtatutorum. parte ſecũda q. 196. Cœ-
polla conſi. 9. in crimi. Dec. l. ſi quis id quod.
nume. 22. de iuriſdict. omn. iud. Iulius Clarus
d. q. 95. verſ. ſed pone. Ab his tamen hac in re
diſſentit Didacus li. 2. varia. reſol. cap. 1. numero
octauo ad finem.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna qua afficiatur conuictus de delicto per modum exceptionis.*
2 *Iudicis arbitrio puniri conuictum de delicto per exceptionem.*

## CASVS CCCCXLVIII.

## DE POENA CONVICTI DE DELI cto per exceptionem.

CONTROVERSI iuris eſt
diſputatio, qua pœna punien-
dus eſt ille, qui de delicto per
1 † exceptionem oppoſito con-
uictus eſt. Quod diſputant
omnes in capitulo primo de ex
cep. Recepta videtur ſententia, iudicis arbi-
2 trio † puniri. ita cenſuit Archidiaconus in ca
pitulo in primis, ſecunda queſtione prima, &
capitulo primo, vbi gloſſ. de confeſſ. in ſexto.
Io. Andr. in capitulo primo, de exceſſ. & ibidem
Abbas numero decimoſexto, Felynus numero
ſeptimo, & ibi clarius Mantua nume. decimo
ſexto, etſi Decius in vltimo notabili diſtin-
guat, ab illo tamen recedit Pariſius ibi ad
finem.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicationis pęnam non poſſe cadere in iudæum.*
2 *Pęnam pecuniariam in ſeruum cadere non poſſe.*

*Pęnam*



3 *Pœnam parricidij & ſimiles non cadere in ſeruos & illis ſimiles.*
4 *Iudicis arbitrio alia pœna eum puniri, in quem pœna ordinaria non cadit.*
5 *L. hos accuſare. §. omnibus, cum §. vlt. ff. de accuſa. declaratur.*
6 *Statutum puniens exportantem frumentum comprehendere etiam ſeruum.*
7 *Statutum quo falſario amputari debet manus, locum an habeat in eo, qui illa manu caret.*
8 *Iudicis arbitrio puniri eum, in quem pœna ordinaria non cadit.*
9 *Pœnam eſſe grauiorem amputare manum ſiniſtram carenti deſtra, quàm amputare deſtram habenti vtramque.*
10 *Ariſtotelis egregius locus.*
11 *Locrenſium lex aduerſus excæcantem luſcum.*
12 *L. ſi quis id quod. §. in ſeruos. ff. de iuriſd. om. iud. declaratur.*
13 *Bartholomæi Cœpollæ opinio exploſa.*
14 *Statutum, quòd perturbans aliquem in ſua poſſeſſione teneatur ad centum, et ad poßeſſionis reſtitutionem, an locum habeat aduerſus eum, qui poſſeſſionem non abſtulit.*
15 *L. mancipia, cum gloſſa ibi. C. de ſeruis fugiti. declaratur.*
19 *Clericos regulares non priuari beneficijs ob delictum, cum beneficia non habeant.*
17 *Iudæum poſſe puniri per indirectum pœnis eccleſiaſticis, ſi fœnus exerceat.*
18 *Iudæos poſſe compelli ad reſtitutionem vſurarum.*
19 *Pœnam cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. non cadere in Iudæum.*
20 *Conſtitutionem cap. quamquam. de vſuris in 6. non comprehendere Iudæum.*

## CASVS CCCCXLIX.

## QVA POENA FERIENDI SINT illi delinquentes, in quos non cadit pœna ordinaria, dilucidè explicatum.

PErſæpe euenit, vt pęna, quæ à le-
ge indicitur ad coercendum ali
quod delictum, cadere non poſ
ſit in certum genus perſonarũ.
1 Quemadmodum eſt pœna † ex-
communicationis, quæ cadere
non poteſt contra iudæum, vt ſcribit Abbas in
cap. propoſuiſti, num. 5. de iudæis, & alios infra
2 commemorabo. Sicuti pariter videmus † pœnã
pecuniariam non cadere in ſeruum. l. ſi quis id
quod. §. 1. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Vt etiam dici-
3 mus † pœnam parricidij & ſimiles non conue-
nire contra ſeruos. l. hos accuſare. §. in omnib.
ff. de accuſa. Dubitari itaque cõtingit, an loco il
lius pęnæ, quę non cadit in has perſonas, altera
poſſit ſubrogari, & quæ illa ſit? Qua in re exi-
ſtimaui ſemper pœnam alteram eſſe illius loco
4 ſubrogandam, hãcq́ue † eſſe iudici arbitrariam.
5 Quam ſententiam probat tex. d. † l. hos accuſare.
§. omnibus, iuncto §. vlt. ff. de accuſa. Cũ enim,
dixiſſet Venuleius, ſeruos nõ damnari ob vim
publicam, publicatione tertiæ partis bonorum,
quia illa pœna non cadit in ſeruum. Et idem de
alijs pęnis pecuniarijs, quæ vel alijs legibus, vel
in cæteris pęnis, quæ caput adimunt, quæ pari-
ter nec in ſeruos cadunt, ſubiungit tandem hæc
verba. Sed durior pœna extra ordinem ei im-
minebit. Et rationem paulò ſupra attulerat:
quia natura communis eſt, ob id etiam ſeruus
ob delictum puniri debet. Ait itaque Venule-
ius, extra ordinem ſeruum hunc puniri, quam
pœnam rectè interpretatur gloſſa, ideſt arbi-
trio iudicis. Et ibidem Bartolus ad finem idem
cenſuit. Quibus accedunt Geminian. in cap. 1.
§. 1. col. 3. de ſepul. & egregiè poſt eum Felynus
in cap. nonnulli. col. antepen. uerſicu. & pro iſto
ſecundo caſu. de reſcrip. Huc maximè pertinet,
quod docuit Salycetus in l. ſi criminis. colum. 1.
6 C. ad l. Iuliam de vi publ. quòd ſi † ſtat. punit in
quota bonorũ exportantem frumentum, com-
prehendit & ſeruum, & ſi ſeruus bona non poſ-
ſideat pęna corporalis pro iudicis arbitrio indi
citur. Qua ex traditione permultæ iuris contro
uerſiæ diffiniuntur. Prima eſt, cùm ſtatutum
7 ſanciuit † falſario amputandam eſſe dexteram,
ſi falſarius ea manu careat, an in eum ſtatuti ſan-
ctio locum habeat. Hac de re multi multa ſcri-
pſerunt. Exiſtimauit Guiel. Cuneus in auth. ſed
nouo iure. C. de ſeru. fug. eſſe illi amputandam
ſiniſtram, & ibidem Iacobus Butriga. & Salyce-
tus idem ſentiunt, Bartolus in l. vulgaris. in fi-
ne. ff. de furtis. Et idem affirmauit Caſtren. in
l. de quib. nume. 13. in fin. ff. de leg. atque ita de-
ciſum fuit in conſilio Neapolitano, vt refert
Gramma. deciſ. 94. Verùm eo loci Baldus nume.
11. verſic. item quid ſi ſolam. ſcripſit, eſſe pœ-
nam hanc quidem commutandam in aliã, ſed
non eſſe præcidendam ſiniſtram. Quare pœna
8 hęc erit † iudicis arbitrio commutãda, id quod
apertè docuit Bartolus in d. l. hos accuſare. §.
omnibus. ad finem. de accuſa. idem ſenſit Bald.
in l. quid ergo §. pęna grauior, ſecunda lectura,
col. vlt. ff. de his, qui nota. infam. & ſibi parum
conſtans Caſtren. in d. auth. ſed nouo iure, nu.
12. & hos ſecutus eſt Didacus lib. 2. varia. reſol.
cap. 9. num. 4. Ea ratione vtuntur, quòd grauior
9 ſit pœna † amputare ſiniſtram non habenti de-
ſtram, quàm præcidere dextram habenti utrã-
que, iuxta l. illicitas. §. ne tenuis, ibi, lumine vni-
co. ff. de offic. præſid. Id quod expreſſim aſſerit
10 † Ariſtoteles lib. 1. Rheto. ad Theodecten. cap.
7. de maiori ac minori bono, ad finem. Cuius
verba adſcripſi. Et quod amabile & charum eſt,
his quidem ſolùm, illis autem cum alijs bo-
nis coniunctum. Quare non æqualis pœna
legibus eſt conſtituta, ſi quis altero captum
oculo cęcauit, & ſi quis duos oculos haben-
ti alterum effoderit. Nam illi id ereptum

G 3 eſt,

eſt,quod maximè charum erat. Quam ſenten-
tiam confirmat egregia illa hiſtoria a Demo-
ſthene in oratione contra Timocratem com-
11 memorata. Scribit ille apud Locrenſes † cau-
tum fuiſſe,ne cui leges nouas ferre,aut ueteres
abrogare liceret, alioqui ea res eſſet capitalis.
Cum autem Locrenſis quidam ciui oculum v-
num tantùm habenti minatus fuiſſet,ſe oculum
illi eruturum,perterritus ille ciuis,& uitam ſibi
odioſam ratus,ſi id accidiſſet, auſus eſt legẽ fer-
re,vt ſi quis Luſcum excęcaſſet ambos ipſe ocu
los amitteret, quã legem ciues omnes approba
runt. Quibus intelligimus grauiorem eſſe pœ-
nam eius, qui dum ſolam habet manum, eam
amittit,quàm habẽti duas. Et propterea ex le-
gis interpretatione nõ licet iudici pęnã hãc ex
tẽdere. Nec hic repugnat, quod liceat iudici pu
nire pęna corporali eum,quem ob ſui inopiam
12 pecuniaria mulctare non poteſt. † l. ſi quis id
quod. §. in ſeruos. ff. de iuriſdictione omnium
iudicum,& l.quicunque. C.de ſer.fug Nam id
facit lege ipſa ſuum arbitrium mandãte. Quod
nõ contingit hoc in caſu. Crederem itaq; huic
iudici licere hanc pœnam commutare, vel in
aliam corporalem mitiorem, vel in pecunia-
riam.

13 Non ignoro tamen † Bartholomæum Cœ-
pollam in dicta authentica ſed nouo iure.num.
38.C.de ſer.fugit.in ea opinione fuiſſe, quòd ſi
hic puniendus ſua culpa iam amiſit dextram, ſi-
bi eſſe amputandam & ſiniſtram, ne ex ſua cul-
pa commodum hoc conſequatur, vt ſcilicet mi
tiori pœna puniatur. Verùm exiſtimo leuem eſ
ſe Cœpollæ rationem. Nam & ſi ſua culpa iſte
amiſerit dextram,non tamen culpa illa fuit ordi
nata ad caſum hunc, & ob id non eſt conſidera
bilis l.non omne.ff.de ſtatuliber.& capitu. quia
diuerſitatem.de conceſſ. præben.& declaraui ſu
pra in caſu 182.num.59.Ea igitur de cauſa non
eſt augenda pœna.

His diffiniri poteſt & illa iuris quæſtio, lege
14 † municipali cautum eſt, quòd perturbans ali-
quem in ſua poſſeſſione, reſtituat poſſeſſionem
& ſoluat centum: turbauit quis poſſeſſorẽ,non
eum tamen à poſſeſſione deiecit, an locus ſit pę
næ ſtatuti? Iacobus Butrigarius in l.mancipia.
C.de ſeruis fugitiuis.ſcripſit,non eſſe locũ illi
pœnæ. Quandoquidem duę ſunt pœnæ copula-
tiuè indictæ a lege,& vna alteram determinat,&
ſi vna non poteſt habere locum, ita nec altera,
ex dicta lege mãcipia;& quia vna diſpoſitio plu
ra determinabilia reſpiciẽs æqualiter determi-
nat,arg.l.quamuis. C.de impub.& aliis ſubſtit.
Eapropter cum iſte perturbator non deiecerit
illum perturbatum è ſua poſſeſſione, ſicq; cum
illa pœna reſtitutionis poſſeſſionis locũ habe-
re non poſſit, nec etiam locum habebit altera.
Quã opinionem probarunt Fulgoſius & Saly-
cetus ibidẽ, Romanus ſingu.489. ſtatutum pu-
niens. Et cũ Romano ſimpliciter tranſeunt So
cinus Senior in conſi.72.nume.5.lib.1. Dec.in
conſi.233.num.6.& in conſi.259.num.6.Cur
tius iunior in l. 1. numero ſecundo. ff. ſi cer-
tum petatur. Marſil.ſingul.339. Cui non con-
ueniunt &c.

Cæterùm diſſentit Bal.in d.l. mancipia.in fi.
C.de ſer.fug. Cùm ſcripſit,eſſe locum pœnæ ſo
lutionis centum,ea ratione,quòd etiam vis tur
batiua criminaliter punitur.l.ſeruus. ff. de act.
& oblig. & quia in his proceditur de ſimilibus
ad ſimilia. Et idẽ quod Baldus ſcripſit Felynus
in cap.nonnulli.col.antepen.uerſic.ſed contra,
de reſcrip.Et licèt illa pœna reſtitutionis poſſeſ
ſionis locũ habere non poſſit, locum tamen ha-
bet hæc ſolutionis centum, vel altera arbitrio
iudicis,ne delictũ impunitũ remaneat. Nec re-
15 pugnat † l. mancipia. C.de ſer.fugi. & ibi glo.
in verbo,auocandum. Nam gloſſa voluit dice-
re, quòd quando lex imponit pęnam pro deli-
cto qualificato, atque ita pro eo delicto, quod
aliud tacitè includit, ſi qualitas illa nõ verifica-
tur,non habet locũ illa pęna. Ita declarat Fely.
in dicto capitulo nonnulli.colum.antepen. ver
ſic.& conſidera,an fortaſſis,de reſcript.qui ſcri
bit,ita eſſe interpretandã d.l.mancipia,& rectè.
Nã ibi ſancitũ eſt, quòd ſi quis mancipiũ ſolici
tauerit,vel auocandũ crediderit,cum ſeruo alte
ro ſolicitatum reſtituat. Qua ex pęna intelligi-
mus,ſatis non eſſe, vt pęna illa indicatur, quòd
ſeruus fuerit ſolicitatus,niſi ſolicitatus ad ſolici
tantẽ tranſierit. Et propterea, ſi quis ſeruum ſo-
licitauit,ſed non abduxit, non punitur pęna il-
lius legis. Non ea ratione, quòd in eum non ca-
dat pęna illius legis,ſed quia non deliquit, ſeu
delictum,vt lex requirebat,non perfecit. Eſt &
ſimile,quod tradit ipſemet Felynus in dicto ca-
pitulo nonnulli,in prim.colum.antepen. verſic.
ſed contra.de reſcript.ex ſententia Ioann. Mona
ci,quòd & ſi pęna illa extrauag. Ioannis 22. lo-
16 cum habere non poſſit contra † clericos regu-
lares, vt ſcilicet beneficijs priuentur, ex quo be-
neficia non habent: attamen illius loco altera
pęna indici poteſt.

His etiam diffinitur illa controuerſia, quòd
17 licèt pęnæ eccleſiaſticæ, vt excommunicatio,
indictæ contra Chriſtianum vſurarium non
edentem libros rationum, in quibus vſurarij
contractus continentur,ex clemen.1.§. cæterũ.
de vſur.licet inquam hæ pęnæ non poſſint ha-
bere locum contra iudæum, qui pęna excom-
municationis plecti non poteſt,ex quo eſt extrà
eccleſiam.cap.iudæi,de iudæis. Abbas in capitu
lo propoſuiſti.nume.5.eo. Attamen puniri po-
teſt cenſura eccleſiaſtica per indirectum, nem-
pè interdicendo Chriſtianis,nè cũ eo communi
cent.Ita glo.in clem.1.§.cæterùm.in verbo. cen
ſura.de vſuris. & ibi notant Card. in tertio no-
tabili.Anchar.nume.7. Bonifacius de Vitalinis
num. 74.text. in cap.quanto. de vſu.& manife-
ſtè quoque in capitulo poſt miſerabilẽ. de vſu-
18 ris. vbi ſancitum eſt, † hæbreos compelli poſ-
ſe ad reſtitutionem vſurarum per Principes ſe-
culares: & ſi non reſtituunt interim per indire
ctũ excommunicantur. Ita in capitulo decerni-
mus.



mus. de decimis. excommunicari mandantur
indirectè iudæi non ſoluentes decimas. Hinc
gloſ. in capitulo iudæi. il ſecundo in verbo,
præſumuntur, de iudæis, tradit, per indire-
ctum prohibere iudæos, ne à Chriſtianis hæ-
redes inſtituantur, per indirectum inquam,
quia Chriſtiani relinquentes excommunican
tur. & gloſſam illam eſſe ſingularem dixit Ro
manus in ſing. 735. Chriſtianus. Et hinc vi-
demus, quòd & ſi pœna percutientis clericum
ex capitulo ſi quis ſuadente 17. q. 4. non cadat
19 in † iudæum: attamen cadit pœna per indire-
ctum, vt pecuniaria, vel interdicti commu-
nionis fidelium. capitulo poſtulaſti. de iudæis.
Marquardus de iudæis, parte ſecunda, cap.
5. numero 4.

Hinc diffinitur ſimilis præcedenti iuris quę
20 ſtio, qua ambigitur, an diſpoſitio † capituli
quamquam, de vſuris in ſexto, locum habeat
aduerſus iudæum? Et non habere locum re-
ſponderunt Marianus Socinus Senior. in con-
ſilio 71. numero 7.libro primo, & ibidem ſub
ſcripſerunt Ioan.Baptiſta à Sancto Seuerino,ac
alij Doctores Senenſes conſi. 72. & in conſi.
73. quod eſt Alexandri, relatum deinde inter
conſilia ipſius Alexand. in conſi. 6. lib. 6. qui
ſanè omnes de eadem facti ſpecie reſponde-
runt. Verùm eruditiſſimus Franciſcus Are-
tinus in conſi. 157. Copioſè & ſubtiliter. co-
lum. 1. cum eſſet de eadem forte facti ſpecie
interrogatus, reſpondit, eam conſtitutionem
non annullare teſtamentum hæbrei,non ea qui
dem ratione, quòd lex facere id non potuerit,
cum verè potuerit Pontifex, ſi ei placuiſſet,
ita etiam contra eos ſtatuere,ſed ei locus non
eſt; quia colligitur mens Pontificis, quòd no-
luerit de iudæis id ſtatuere. Et ſi de eis ſenſiſ-
ſet Pontifex tam & ſi aliquæ pœnæ in eos cade-
re non potuiſſent, alias pro iudicis arbitrio in-
dicere ei licuiſſet.

## SVMMARIVM.

1 *Excommunicatum quemuis abſolui poſſe mortis tem-
pore ab inferiore.*
2 *Excõmunicatus ob verbera, vel vulnera illata Epi-
ſcopo à ſolo Pontifice Maximo abſoluitur.*
3 *Excommunicati aſſertioni non creditur, quòd com-
modè Romam ire non potuerit, vt abſolutione im-
petraret.*
4 *Ca.ſignificaſti de homicid.declaratur.*
5 *Iudicis arbitrio relinqui quando dicatur, excommuni
catum commodè ire potuiſſe Romam, vt impetraret
abſolutionem.*
6 *Iudex quod tempus debeat ſtatuere excommunicato,
vt eat Romam pro abſolutione conſequenda.*

## CASVS CCCCXXXVI.

### DE TEMPORE CONGRVO QVO excõmnnicatus ire poſſit Romam, vt abſol-uatur ab excommunicatione à Summo Pontifice.

CASVS permultos eſſe ſcio, in
1 quibus excommunicatus † ab
ſolui non põt ab inferiore, ſed
à ſolo Põtifice, niſi tẽpore mor
tis: cũ tunc permiſſum ſit & in
feriori eam gratiam facere: ſi-
2 cuti eſt eo in caſu, quando quis † verberat, vel
grauem iniuriam infert Epiſcopo. c. eos. de ſen
tent.excõmun. in 6.& clem. 1. de pœnis. Eſt tñ
iure ipſo Pontificio ſancitum, vt abſolutus iſte,
priſtina ſanitate recuperata, quàm primũ com-
modè poterit abſolutionem à Põtifice ipſo ob-
tineat. Ita ſtatuit Clemens V. in d.cle.1.§. 1. de
pœnis. Cæterùm dubitari contingit, qñ & quõ
conſtare poſſit, hunc excommunicatum com-
modè non potuiſſe accedere ad pontificem? Et
fortè dicendum videbatur, eſſe credendũ aſſer-
tioni ipſius excommunicati, ex quo ab animo
3 † ſuo pẽdet, ſitq; res ſibi ſoli cognita, iuxta tra
ditionem glo. in §. ſed iſtæ. vbi Iaſon nu. 54.
inſt. de actio. & vberrimè ſcribũt Marſilius ſin
gul. 635.& Tiraquell. in tract. de retractu con-
ſang §. 4. glo. 1. nu. 5. & alibi ſæpe. Verùm hæc
opinio recipienda non eſt: cum iuri non conue
niat, quod excommunicatus ſit iudex in cauſa
4 propria. Et quod ſcriptum eſt † in d.c. ſignifica
ſti. de homicid. procedit ſolùm in foro animæ.
Ita in ſpecie declarat Bonifacius Vitalinus in d.
clem. 1. nu. 91. qui & alia iura huic ſimilia ex-
plicat. Et idem ſcripſerunt diuus Antoninus,
Franciſcus de Platea,& alij, quos ſtatim cõme-
morabo. Præterea aſſertioni ipſius excommuni
cati fides non adhibetur, quia coniecturæ ſunt
in contrarium, iuxta ea, quæ ſcripſi ſupra in ca-
ſu 241. nu. 6. Quocirca verior eſt opinio, quòd
5 hoc totum relinquitur † iudicis arbitrio. Quã
quidem opinionẽ probarunt gl. in d. cle. 1. §. vlt.
de pœnis, in verbo, commodè. & ibidẽ Vitali
nus nu. 90. Cardin Zabarella in fi. & Abb. Pa-
nor. Idem ſcripſerunt diuus Antoninus in trac.
de excommunicatione c. 47. nu. 8. Frãciſcus de
Platea in tract. de excommunicatione. §. 35. nu.
11. Soci. in tract. fallent. reg. 72. fallen. 2. & Sylue
ſter Prierius in ſua ſumma, in verbo excommu
nicatio. 8. nu. 5. Iudex aũt prudens rõnem habe
bit non ſolùm ꝙ is excommunicatus ſit benè
ſanitati reſtitutus, ſed ẽt ꝙ potuerit res ſuas cõ-
ponere, & itineri neceſſaria parare: ſicuti Vita-
linus & reliqui iam relati admonuerunt. Quòd
ſi ab hoc excommunicato mora fuerit cõmiſ-
ſa, quæ coniecturis ſatis probari poterit, facta
declaratione; pronunciabitur reincidiſſe in ex
communicationẽ. Ita ſcripſit diuus Antoninus
in d. tract. de excommunicatione: c. 47. nu. 9.
Poterit

Poterit etiam † iudex ſtatuere huic excommu-
nicato tempus, intra quod ſe præſentare debeat
ſummo Pontifici, ſtatuẽdo diętas vulgares, quas
homines facere conſueuerunt, iuxtà. l. conti-
nuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. & c. ſtatutũ. de
reſcrip. in 6. Et vbi de diebus vulgaribus con-
ſtare potuerit, referre ſe debet iudex ad diętas
legales, nempè computando viginti milliaria
pro ſingula diæta. Et facta computatione, ſi
vnum miliare ſupererit, aſſignabit integrũ diẽ.
c. propter. vbi gloſſa 2. q. 6. Vbi longa erit loco
rum diſtantia, æquum erit, quòd aſſignetur vna
dies in ſingula hebdomada, vt aliquantulũ quie
ſcat. Non enim poteſt quis aſſiduè, ſingulosque
dies equitare, aliqua quiete non interpoſita, ca
pitulo cum longè. 63. diſtinct. Atque intelligit
iudex, benignè eſſe agendum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Excommunicato non eſſe excommunicandum.*
2 *Excommunicato communicari multis in caſibus.*
3 *Excommunicato licitè peregrinans cõmunicare põt.*
4 *Excommunicato pâtri filius impunè communicat.*
5 *Excõmunicato licitè ob neceſſitatem cõmunicatur.*
6 *Iurari permiſſum ex cauſa neceßitatis.*
7 *Neceſſitatem efficere eſſe licitum, quod aliàs prohibitum erat.*
8 *Iudicis arbitrio relinqui, qualis eſſe debeat neceßitas ob quam permittuntur aliàs non permiſſa.*

## CASVS CCCCLI.

### QVANDO EXCOMMVNICATO communicare liceat: & quæ neceſſitas excuſet à delicto.

EXCOMMVNICATO ne
1 quis communicare poſſit lege
pontificia prohibetur. capitulo
nuper. & cap. concubinę. de ſen
tentia excommunic. vbi copio
sè ſcribentes. Cæterùm plures
excepti ſunt caſus, in quibus excommunicato
2 † communicare permiſſum eſt: qui ſanè caſus
enumerantur in c. quoniam multos, 11. q. 3. ſicu
ti permiſſum eſt ex cauſa neceſſitatis, vt quan-
3 do quis peregrinatur, † & in loco peregrino e-
mit ad victum neceſſaria ab excommunicato,
vel ab eo accipit eleemoſinam, cum ab alio habe
re non poſſit. Nã eo in caſu ab excõmunicatione
excuſatur. Ita ſancitum eſt in dicto c. quoniam
multos, in fi. Qui quidẽ canon hac in parte de-
claratur à cap. inter alia. de ſententia excom.
vt ſcilicet poſſint hi peregrini. ſi volunt emere
& eleemoſinas ab excommunicatis accipere,
non tamen cogantur: ſicuti coguntur aliqui
4 in dicto capitulo quoniam, vt cogitur † filius
communicare patri, à quo habet alimenta, &
ſeruus domino, cui ſeruit. Verùm dubitari cõ
5 tingit, an omnis neceſſitas † excuſet communi
cantem cum excommunicato? Gloſſa in dicto
capitulo inter alia, in verbo, neceſſitatis, relin-
quit iudicis arbitrio, quanta hæc neceſsitas eſſe
debeat; & ibidem annotauit Butrius nume. 14.
& ibidem Marianus Socinus Senior nu. 71. 72.
& num. 84. His declarari poſſunt multa, quæ
de conceſsis cauſa neceſſitatis eſſe dicuntur. Si-
6 cuti permiſſum eſt † furari cauſa neceſsitatis, c.
ſi quis propter neceſſitatem. de furtis. quo loci
Marianus Socinus ſen. nume. 9. & multis ſub
ſequentibus multos caſus recenſet, in quibus
neceſſitas facit eſſe licitum, quòd aliàs eſt pro-
7 hibitum. Et trigintaocto † caſus commemo
rat Romanus in l. ſi verò. §. de viro, in fallent.
54. ff. ſolut. matrim. & ſcribunt recentiores in
l. quæ propter neceſſitatẽ. de regulis iuris. His
itaque in caſibus quibus qualis & quanta eſſe
8 debeat † neceſſitas iudicis arbitrio relinquitur
ex quo iure diffiniri non potuit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Banniti ne præhendantur qui opem ferunt grauiter puniuntur.*
2 *Iudicis arbitrio puniri eos, quorum negligentia banniti non præhenduntur.*
3 *Iudicis arbitrio puniri iudices ſeculares, qui brachiũ ſeculare non concedunt iudici eccleſiaſtico ad coercendum audaciam delinquentium.*
4 *Brachiũ ſeculare quãdo cõcedẽdũ ſit iudici eccleſiaſt.*

## CASVS CCCCLII.

### DE POENIS IVDICIS SECVLAris recuſantis præſtare brachium ſeculare iudici eccleſiaſtico, breuis explicatio.

CVM his qui deperditis, & im-
pijs fauent non leuiter delin-
quant, factum eſt, vt etiam gra-
ui pœna pro admiſsi criminis
qualitate coerceantur. Quẽad-
modum euenit in his, qui ne
1 banniti, facinoroſiq; homines pręhendantur,
auxiliũ ferre negligunt, quando pro ſui officij
munere tenentur: ij. n. iudicis arbitrio puniun-
tur. Ita ſancitum fuit ab Hono. & Theodo. in l.
vlt. §. tribuni. C. de ijs, qui latro. occulta. Id qđ
confert ad puniendũ negligentiã inabitantium
vicos, qui tenentur capere delinquentes, vel ijs,
qui deprehendere volunt opem ferre. Horum
2 † negligentia iudicis arbitrio punitur. Qua de
re aliqua ſcribit Salycetus in d. l. vlt. Ita quoq;
2 exiſtimarem † iudicis arbitrio puniendos fore
iudices temporales, qui auxilium, quod ſecula-
re brachium appellant, iudici eccleſiaſtico præ
ſtare negligunt, quo delinquentiũ audacia coer
4 ceatur. Iure. n. † brachium hoc ſeculare præſtã
dum eſt. c. Princeps. c. adminiſtratores. 24. q. 5.
& ſcribunt Hoſtien. in capitulo 1. de offi. dele.
Card. in clemen. 1. quæſtio. 10. de offi. deleg.
Alber. in l. epiſcopale. C. de epiſcopis, & cle-
ricis. Abbas in capitulo ſi quis contra clericũ.
col.



colum. penult. de foro compet. Dec. in c. poſtu-
laſti. & in capitulo ſignificaſti. num. 4. de offic.
deleg. & in cap. cum non ab homine. num. 9. de
iud. & copioſè diſſerit Rolandus à Valle in cõ
ſi. 37. lib. 1. quo loci vberrimè declarat, quando
brachium hoc ſeculare impetrare poſſit. Qua
de re nunc plura non dicam, quòd hic locus
non poſtulat.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clandeſtina matrimonia cur prohibita.*
2 *Denunciari prius debere contrahenda matrimonia.*
3 *Denunciatores falſos impedimentorum matrimonij puniri.*
4 *Iudicis arbitrio puniri eos, qui falſa impedimenta matrimonij denunciant.*
5 *Iudicis arbitrio relinquitur numerus denunciationum, quæ fieri debent pro contractu matrimonij.*
6 *Patris conſenſum non eſſe neceſſarium in contractu matrimonij, ex conſtitutione Concilij Tridentini.*
*Matrimonia libera eſſe debere.*
8 *Patris conſenſum in contractu matrimonij non requiri iure Pontificio inſpecto.*
9 *Duareni & ſequacium exploſa opinio.*
10 *Statutum non valere, quòd puellæ non nubant ſine conſenſu patris.*
11 *Statutum Patauinum, ſub rubrica de adulterio, non valere.*
12 *Statutum Brixiæ 72. in criminalibus non valere.*
13 *Matrimonia celebrari à Parocho, vel ab alio de eius licentia.*
14 *Licentiæ verbum, expreſſam ſignificat.*

## CASVS CCCCXLIII.

### DE DENVNTIATIONIBVS OBſeruandis pro contrahendis matrimonijs, & alia nonnulla de his explanantur.

CLANDESTINA matrimo
nia iure optimo damnarũt ſem
per ſacrorũ Põtificum canones
1 ꝙ his illiciti † cõcubitus plerũ
que fierent. Et hodie ſtatuit ſa-
croſanctũ Cõcilium Tridẽtinũ
Seſſione 24. capitulo primo de reformatione
matrimonij, veterẽ illum morẽ obſeruari nunc
oportere, vt ſcilicet in eccleſia parochiali fiant
2 † denũciationes, quibus omnes intelligãt, cõtra
hendũ eſſe matrimoniũ inter illum & illã. Id ꝙ
& olim ſtatuit Innocentius Tertius in capitulo
cum in tua. de ſponſa. & in cap. vlt. de cland. de-
ſponſa. Et idem fuit antea cõſtitutum in capitu
lo aliter, 30. q. 5. Hæ denunciationes ea præci-
pua ratione fiunt, vt ſi quod forte ſubeſt impedi
mentum conſanguinitatis inter contrahere vo
lentes, illud detegatur. Verùm cum ſæpe vſu ve
nire ſoleat, vt viri nequàm & impij, quo matri-
monia impediant contrahi, falſa deferant impe
dimẽta, dignum fuit eos pœna coerceri, quocir
ca Innocentius Tertius in eo cap. vlt. in fine. de
3 cland. deſponſa. hos falſos & calumnioſos † de
nunciatores vltione canonica mulctari voluit.
Quæ autem ſit canonicæ vltionis pœna non ex
plicauit Innocẽtius, ſed gloſſator ibi, & cum eo
4 Ancharanus nume. 13. interpretatur, † pœnam
iudici arbitrariam. Eſt etiam aliud, quod in hac
5 tractatione iudicis arbitrio † relinquitur, nem
pè numerus denunciationum. ſtatuit quidem
Conciliũ tres fieri debere denunciationes: atta
men ex cauſa permiſſum eſt, vt vel nullæ, vel
pauciores denũciationes fiant pro iudicis, hoc
eſt, Epiſcopi arbitrio, quod ſanè arbitrium non
modò à ſacroſancto ipſo Cõcilio, ſed & à iure
communi Pontificio eſt tributum, quemadmo-
dum ſcripſi in cõſi. 69. nume. 7, poſt Hoſtien. in
ſumma de clandeſt. deſponſa. colum. 4. nume.
2. & Petrum Paludanum in 4. ſenten. diſtin. 28.
q. 2. art. 2. Et meo illo in reſponſo. 69. nume. 15.
& alijs ſubſequentibus admonui, quòd & ſi Cõ
6 cilium ſtatuerit, in matrimonijs † contrahendis
neceſſarium non eſſe patris conſenſum: non ta-
men vult eſſe ſpernendum illius conſilium. De
conſenſu rectè certè & ſanctè ita ſancitum eſt:
7 quandoquidem libera † eſſe debent matrimo-
nia, nec ab antiquorum patrum, & aliorum ca-
nonum conſtitutionibus diſcrepat canõ iſte cõ
ciliaris. Cum verior & magis recepta ſit opinio
eorum qui ſcripſeruat, iure Pontificio vel vete
8 ri, vel nouo non requiri † patris conſenſum ad
matrimonij eſſentiam: ſicuti receptam & veram
eſſe opinionem ſcripſerant recentiores in l. nu
ptias. ff. de regulis iuris. Calçaneus in conſi. 13.
nume. 8. & Pariſius in conſi. 29. nume. 2. lib. 3.
quos recenſui, & in eo conſi. 69. nume. 20 Ex no
tioribus nunc addo benè eruditos Antonium
Guibertum libro primo quæſtio. iuris. cap. 12.
Antonium Contium in commentarijs ad edi-
ctum Regis galliarum, de clãdeſtinis matrimo
nijs, & Didacum Couaruuiam in epitome de
ſponſal. & matrim. parte ſecunda cap. 3. §. 8. nu.
5. reiecta opinione exiſtimantium; iure ipſo ve
teri pontificio, & ſanctorum patrum traditioni-
bus repugnare, ſi ſine patris conſenſu fierent cõ
nubia. Qua quidem falſa in opinione fuerunt
9 ex recentioribus † Duare. in commẽtarijs ad ti
tulũ ſoluto matrimo. in ea præfatione ſecunda,
in qua agit, quomodo nuptiæ contrahantur Co
raſius libro primo miſcella. iuris. cap. 17. & lib.
1. epiſtolica. cap. 29. & omnium vberius Gentia
nus Heruetus in ea oratione quam de clandeſti
nis matrimonijs habuit in Concilio Tridenti-
10 no. Quinimmo (vt & hoc adiungam) nec † le-
gibus municipalibus caueri potuit, puellas æta-
te quatuordecim annorum contrahere non poſ
ſe matrimonium ſine patrum cõſenſu, quemad
modum reſpondit Alexand. in cõſi. 97. lib. 1. &
alij permulti probant, vt ſcribit Didacus in epi
tome de ſponſal. parte prima c. 3. §. 8. nume. 6.
Qui-

Quibus ſit, vt intelligamus obſeruandum mini
11 mè eſſe † ſtatutū Patauinum ſub Rubr. de adul
12 terio, & † Brixienſe.72. in Criminalibus ſub ru
bri. Mulier minor annis viginti ſe maritare nō
poſſit ſine conſenſu patris, vel fratris. Illud quo
13 que obſeruandum eſt, vt matrimonia † non
celebrētur ab alio, quàm à proprio Parocho, vel
ab alio ſacerdote de ipſius Parochi, vel Ordi-
narij licentia, vt ſtatuit ſacroſanctum Conciliū
Tridentinum d. ſeſſio. 24. titu. 1. de reformatio
14 ne matrimonij. Hæc autem † licentia eſſe de-
bet expreſſa, nō autem tacita ex permiſſione. Ita
enim ſignificat verbum licentia, vt ſcribunt, La
pus allegat. 86. nume. 3. vbi recētiores appoſtil-
lantes, & copioſe Tiraquellus in tract. de legib.
connubial. in glo. quinta, nume. 8. Et ita anno
1573. die. 12. Nouēbris declararunt Illuſtriſ. at
que ſepientiſſimi interpretes ſacroſancti Conci
lij, dum Venetijs quæſtio eſſet inter Magnificos
Grimanos & D. Paulā de Alaueno, quę ſe deſpō
ſatā profitebatur à quondam Magnifico D. Io.
Baptiſta Grimano nobili Veneto.

*SVMMARIVM.*

1 *Impedimentum matrimonij nullum extare iuramento parentum probatur.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, an admittatur teſtimonium parentum de matrimonij impedimento.*

## CASVS CCCCLIIII.

### PARENTIBVS ET AFFINIBVS quando fides adhibeatur ſuper impedimento matrimonij.

QVÆ ſuperiore caſu ſcripſi faciunt, vt hic ſubiungā alia non nulla de his denunciationibus & impedimētis cōnubiorum. Euenit enim aliquādo, vt fama ſit, nulla etiam denunciatione facta, extare aliquod impedimētū inter eos, qui matrimonio volunt inuicē iungi. Quā quidē famæ probationē vt diluant qui matrimonio vo-
1 lunt copulari, vel eorū parentes † ſuo iuramen
to, nullum extare impedimentū, probare conan
tur, dubitatū ſcio, an recipi vel ſperni iuſiuran-
2 dū hoc debeat. Et iudicis † arbitrio, id eſt, Epi-
ſcopi tributū eſt, vt vel recipiat, vel reijciat. ita
ſtatuit Innocentius Tertius in c. cum in tua. de
ſpōſa. & ibidem Abbas in fine, & annotauit Bu
trius numero 5. arbitrium eſſe oportere diſcre
tū, & ibidem numero 7 copiosè diſſerit, quomo
do hac in re habere ſe debeat Epiſcopus.

*SVMMARIVM.*

1 *Sponſalia diſſolui plerunque iuſtis de cauſſis.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, quæ iuſtæ ſint cauſæ, quibus permiſ-*
*permiſſum eſt recedere à ſponſalibus.*
3 *Sponſalia diſſoluuntur ob odium capitale inter ſponſum & ſponſam.*
4 *Pontificem Maximum poſſe diſſoluere matrimonia per verba de præſenti contracta, copula non ſecuta.*
5 *Sponſalia ob cauſam fornicationis diſſolui.*
6 *Sponſalia diſſolui vbi promiſſa non obſeruantur.*
7 *Sponſalia diſſolui ob abſentiam & vagationem ſponſi.*
8 *Sponſalia diſſolui ob lapſum tempus ad contrahendū matrimonium.*
9 *Sponſalia diſſolui ſi eorum vnus alteri nupſit.*
10 *Sponſalia diſſolui ob ingreſſum religionis.*
11 *Sponſus infra quod tempus debeat ingredi religionē, vt à ſponſalibus dicatur receſſum.*
12 *Sponſalia diſſolui ſi maior effectus non conſentit.*

## CASVS CCCCLV.

### IVSTÆ CAVSÆ QVÆ SINT, vt à ſponſalibus recedi poſſit, ſummatim, ſed dilucidè explanatum.

1 ETSI iuri diuino ac humano cō
ueniat, vt quę alteri nubere pro
miſit, à ſponſalibus illis recede
re nō debeat, attamē † cōtingūt
ſępe cauſæ iuſtę, quibus æquum
eſſe videtur, vt omnino à pro-
miſſis recedatur, c. requiſiuit. de ſponſal. dubita
tū autē aliquādo nō ignoro, quę iuſtæ hę cen-
ſeātur cauſæ, quibus permiſſum eſt pœnitere &
2 à ſpōſalibus recedere. Et iudicis † arbitrio re-
linqui ſcripſerūt Abbas in d. c. requiſiuit, nu. 4.
& Butrius in fine. Et hi admonent iuſtam vide
3 ri cauſam, ſi † ſpōſus odio capitali proſequitur
ſpōſam, vel è cōuerſo, ita vt timor ſit ex nuptijs
futuris oriri poſſe vel homicidium, vel adultè-
riū, vel lis & cōtentio inter parētes. Quam qui-
dem cauſam probauit & Felinus in conſilio. 26.
numero 10. & 21. qui fortius reſpondit, Pōtifi
cem Maximum iuſtis his de cauſis poſſe diſſol-
4 uere † matrimonium contractum per verba de
præſenti, modo ſequuta non ſit copula carnalis.
& Felinum, Abbatemque ſecutus ſum in conſi.
69. numero 44 & numero 66.
Secunda iuſta cauſa recedendi à ſponſalibus
5 eſt, ſi ſponſa cum alio † fornicetur. Nam tunc
ſponſus iure recuſare poteſt cum ea contrahe-
re matrimonium. capitu. quemadmodum, de iu
reiuran. vbi Abbas & cæteri, & copiosè declarat
Didacus in Epitome de ſponſal. parte prima, c.
5. num. 2. qui idem eſſe ait è conuerſo, quando
ſponſus fornicatus eſt.
6 Tertia iuſta † cauſa recedendi à ſponſalibus
eſt, quando ſponſa non obſeruat promiſſa, vt ſi
promiſit dare dotem, & nunc renuit, vel ſi non
promiſit, ſed diues eſt. Nam ſponſus nō poteſt
cogi eā ducere ſine dote. Ita Abbas & cęteri in
d. cap.



d. c. quemadmodū, quos ſequutus eſt Didacus
in d. c. 5. nu. 4.
7 Quarta iuſta cauſa † recedendi à ſponſalibus
eſt, ſi ſponſus ſit abſens & vagetur per terrarum
orbem. Ita Hoſtien. Ioan. Andr. & Butr. in cap.
de illis. de ſponſa. Sylueſter Prierius in ſumma
in verbo ſponſalia. q. 10. & alios recenſet Dida
cus in d. cap. 5. nume. 7. qui quidem affirmant,
ſponſum extra prouinciam vagantem eſſe expe
ctandum per triennium, lege ſecunda. C. de re-
pud. Si verò eſt in prouincia expectatur per biē
nium, l. 2. C. de ſponſa.
8 Quinta iuſta cauſa † eſt, quando eſt elapſum
tempus præſtitutum ad matrimonium contra-
hendum. Ita probat capitulum ſicut, de ſpon-
ſa. vbi Cardin. & Præpoſ. & declarat Didacus
in d. cap. 5. nume. 8.
9 Sexta iuſta cauſa † eſt, quando iam eorum al-
ter alteri ſe copulauit in matrimonium. capitu-
lo ſicut. capitulo ſi inter. & cap. de illis. de ſpō-
ſa. & declarat Didacus in d. capitulo quinto nu
mero 9.
10 Septima iuſta † cauſa eſt, quando eorum al-
ter ingreſſus eſt religionem. cap. 2. & cap. ex pu
blico. de conuerſ. coniug. vbi Abbas & Præpoſ.
quos ſecutus eſt Didacus in d. cap. 5. num. 11.
11 Cęterùm dubitari ſolet, intra † quod tēpus de-
bet iſte ingredi religionem. Et iudicis arbitrio
relinqui cenſuit glo. in d. cap. ex publico. in ver
bo infra duorum. & ibidem Abb. num. 11. egre-
giè declarat.
12 Octaua eſt iuſta † cauſa recedendi à ſponſali
bus, quando illa fuerunt in minori ætate contra
cta, & deinde ſuperueniente ętate maiori recu-
ſat qui minor fuit. Quam ſanè cauſam copiosè
explicat Didacus in d. cap. 5. §. 1. Hæc ſumma-
tim tantùm volui recenſere.

*SVMMARIVM.*

1 *Maritum leproſum non eſſe ab vxore deſerendum.*
2 *Maritus quando diu abeſſe dicatur ab vxore iudicis arbitrio relinquitur.*
3 *Iudicem ſtatuere terminum marito, vt ad vxorem reuertatur.*

## CASVS CCCCLVI.

### DE VXORE, QVÆ VIRVM LEproſum non poteſt deſerere: & de viro, qui diu ab vxore abeſſe non debet.

CVM diuino iure conſtitutū ſit,
matrimonij vinculum eſſe in-
diſſolubile, & vnitatem omni-
modam continere, iure optimo
reſcripſit Alex. Tertius in c. 1.
1 de coniugio leproſo. † virū le-
proſum nō eſſe ab vxore deſerēdū, nec ècōtra vi
rū ab vxore leproſa diutius poſſe abeſſe. Cæte-
rùm dubitatum fuit quando diutius abeſſe dica
2 tur? Et hoc † iudicis arbitrio relinqui docuit
glo. in d. c. 1. in verbo diutius. & ibidem Abbas
nume. 7. ſcribit, ſibi placere hanc gloſſæ opinio
nem, nec diſſentit ibi Butrius num. 10. Cùm ex
3 ſententia Hoſt. ait, † iudicem petente altero cō
iugum poſſe ſtatuere terminum, intra quem ad
cohabitandum veniant. Et apertius gloſſę opi-
nionem ſecutus eſt ibi Præpoſ. num. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Sequeſtrum concedi contra debitorem ſuſpectum.*
2 *Sequeſtrum eſſe aliquando loco deſcriptionis bonorum, qua eorum alienatio impeditur.*
3 *Sequeſtrum quandiu durare debeat.*
4 *Sequeſtrum durare, donec erit ſatiſdatum.*
5 *Sequeſtrum non durare, ſi creditor illud impetrauit ad vexandum debitorem.*
6 *L. Cùm proponas. C. de bonis auct. iud. poſſid. declaratur.*
7 *Iudicis arbitrio ſtatui tempus, intra quod creditor, qui impetrauit ſequeſtrum, experiatur.*
8 *Diſſamatori ſtatuitur terminus ad agendum pro iudicis arbitrio.*
9 *Sequeſtrum durare, cùm creditor impeditur à iudice, ne agat.*
10 *Sequeſtrum durare, cum creditor caſu impeditur, ne agat.*
11 *Sequeſtrum durare, cùm creditor facto ſuperioris impeditur.*

## CASVS CCCCLVII.

### SEQVESTRVM QVANDIV DVrare poſſit explicatum.

SEQVESTRORVM fre-
quens eſt vſus. Quare cum cre
1 ditor † ſuſpectum habet debi-
torem, impetrare ſolet ſeque-
ſtrum quo magis ſibi conſultū
ſit, l. ſi fideiuſſor. §. penult. vbi
Docto. ff. qui ſatiſdare coga. & l. 1. C. de prohib.
ſequeſtra. pecu. Cæterùm in praxi obſeruari id
2 ſolet, vt interdum † ſequeſtrum vim ſuam obti
neat, vt ſcilicet cenſeatur interdicta rei aliena-
tio, interdum verò vim ſolius deſcriptionis ha
bet: ſicuti explicarunt Iacobus de Arena in tra
ctatu de ſequeſtrationibus nume. 20. Ruinus in
conſi. 209. num. 13. lib. 1. Pariſius in conſ. 107.
nume. 70. lib. 3. & Alciatus reſp. 401. num. 4.
Dubitari tamen aliquando contingit, quanto tē
3 pore durare debeat † hoc ſequeſtrum. Qua ſa-
nè in re ex traditionibus Iacobi de Arena in di-
cto tract. de ſequeſtrationibus, num. 12. aliquot
caſus ita diſtinguo, atque conſtituo.
4 Primus eſt caſus, quando † actor paratus eſt
procedere in cauſa: tunc durat ſequeſtrum do-
nec fuerit ſatiſdatum. d. l. ſi fideiuſſor. §. vlt. ff.
qui ſatiſd. cog. & ibi Doct.
5 Secundus eſt caſus † quando actor non eſt pa
ratus

ratus agere ſua ipſius cauſa, vt quia differt age-
re quò magis debitorem vexet. Hoc ſanè caſu
iudex ſtatuere ei debet tẽpus intra qđ agere &
de iure ſuo experiri debeat, arg. l. ſi per Prætorẽ
§. ait prætor. ff. ex quib. cau. maio. & l. diffa-
mari. C. de inge. & manumiſſ. cũ ſimilibus. Cæ
terũ in eo verſatur dubitatio, quantũ tẽporis aſ
ſignare debeat iudex huic actori, vt agat? Et di
6 cendũ videtur, eſſe ſtatuendũ tempus iuxta † l.
cum proponas. C. de bonis aucto. iud. poſſi. Ve-
rùm, vt rectè admonet Iacobus de Arena loco
præcitato, aliò ſpectat illud reſpõſum, quod &
explicaui ſupra caſu ſexto. Quo loci ſcripſi, nec
ex eo reſponſo ſtatui aliquod certum tempus.
Subiungit autẽ Iacobus de Arena noſtro in ca-
ſu videri ſtatuendum tempus duorum menſiũ,
iuxta tex. §. 1. in auth. de exceptio. Quem quidẽ
locum hactenus non inuenio. Rectius itaque
7 ſubiungit Iacobus de Arena † iudicis arbitrio
ſtatui hoc tempus. arg. l. 1. ff. de iure delibe. Et
quia arbitrariæ ſunt hæ dilationes. l. ſiue pars.
C. de dilatio. Et optimè comprobatur, quia in
ſpecie. l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ. qua
proditum eſt remediũ contra diffamantem, ꝙ
res ab alio poſſeſſa ſua ſit, vt is diffamator de iu
8 re ſuo experiatur. Nam & eo in caſu iudex † pro
ſuo arbitrio ſtatuit illi diffamatori terminũ ad
agendum. Ita ſcribunt gloſſ. in l. à quo fundus,
in fin. ff. de dam. infe. & in l. ſi quis libertatẽ, in
verbo modicum. ff. de petitio. hæred. Alber. &
Salicet. in l. ſi ea. in prin. C. qui accuſa. nõ poſſ.
& Cęſar Contardus in repe. d. l. diffamari, in
quæſtionibus nu. 50. C. de inge. & manumiſſ.
9 Tertius eſt caſus, † quando creditor, qui ob-
tinuit ſequeſtrum, impeditur facto iudicis, ne
experiatur. Hoc in caſu iudicis factum neutri
partium obeſſe debet. l. 1. in fine ff. ſi quis cau-
tio. & §. 1. in auth. de appel. Quare ſequeſtrum
debet relaxari, ex quo fieri non debuit. Ita intel
ligo Iacobum de Arena in d. tract. de ſequeſtra-
tionibus, nu. 12. verſi. ſi verò ſtat per iudicem.
10 Quartus eſt caſus, † quando creditor impe-
ditur caſu, qui quidem caſus ſuperuenit facto
ipſius creditoris. Hoc in caſu (inquit Iacobus
de Arena) reuocabitur ſequeſtrum, ſi verò ca-
ſus ex facto debitoris ſuperuenit, tunc non re-
uocatur ſequeſtrum, quia caſus contingens ex
perſona rei, non debet nocere debitori. l. colo-
nus. & l. non debet. ff. de re iud. Nec ſuccurren-
dum eſt ei, qui ſe in neceſſitate poſuit. l. ſi fide-
iuſſor, §. qui neceſſaria. ff. qui ſatiſd. coga. & ſcri-
pſi ſupra in caſu 282. nu. 62.
11 Quintus eſt & vltimus caſus, quando † cre-
ditor fuit impeditus facto ſuperioris, vtputa,
quando iudex fuit mutatus à Principe, & alter
eius loco ſubrogatus. Hoc in caſu ſequeſtrum
durat, donec fuerit ſatiſdatum, vel lis finẽ acce-
perit. Ita ſcribit idem Iacobus de Arena in di-
cto tract. de ſequeſtrationibus. nu. 16. ex tex. l.
ſi fideiuſſor. §. vlti. ff. qui ſatiſd. cog. & arg. l. me-
miniſſe. ff. de offi. Proconſ. l. vlt. ff. de penu. leg.
& l. cum apud. ff. iudicatum ſolui. De his ſatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Concilium Prouinciale, vel generale recuſari an poſſit.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, an Concilium ſit ſuſpectum, vbi Præſides ſuſpecti ſunt.*
3 *Concilium Prouinciale iuſtam ob cauſam poſſe recuſari.*
4 *Ioannem Chryſoſtomum recuſaſſe ingredi Cõcilium Prouinciale ſibi ſuſpectum.*
5 *Sozomeni locus.*
6 *Cap. licet, de foro compe. declaratur.*
7 *Clem. paſtoralis. §. Piſana. & §. notorium, de re iudicata, declaratur.*
8 *Cap. accedens, il ſecondo, vt lite non conteſta. declaratur.*
9 *Gloſſæ, Barbatiæ & ſequacium opinio, quòd Concilium Prouinciale recuſari non poſſit, reijcitur.*
10 *Senatum à pari procedere cum Concilio Prouinciali.*
11 *Senatum recuſari iuſtis de cauſis poſſe.*
12 *Doctores omnes vnius Collegij recuſari poſſe.*
13 *Conſtitutio pedemontium titu.* De la recuſatione del Giudice. §. non ſi potrà, *declaratur.*
14 *Iudicem, qui iam animi ſui motum detexit, iuſtè recuſari poteſt.*
15 *Acta rem notoriam facere.*
16 *Concilium Prouinciale poſſe recuſari, vbi caput Cõcilij eſt ſuſpectum.*
17 *Iudicem, qui in prima inſtantia iudicauit, eſſe ſuſpectum in ſecunda.*
18 *Cap. multis, diſtinct. 17. declaratur.*
19 *Suſpectus in iudicando non eſt ſuſpectus in delegãdo.*
20 *Ripæ diſtinctio probata.*
21 *Præſide ſenatus ſuſpecto Senatum poſſe recuſari.*
22 *Concilium Prouinciale poſſe recuſari cùm præſides Concilij ſunt ſuſpecti.*
23 *Concilium Prouinciale non poſſe recuſari etſi Præſides ſint ſuſpecti, cum ſedent tanquam iudices.*
24 *Iudicem eſſe ſuſpectum, vbi ſuſpectus eſt Aſſeſſor.*
25 *Concilium Prouinciale non poſſe recuſari ob ſuſpicionem Præſidum, cum illis remotis integer numerus patrum remanet.*
26 *Concilium generale ſeu vniuerſale recuſari non põt.*
27 *Concilium vniuerſale cauſas fidei catholicæ pertractare.*
28 *Iudicem ob prærogatiuam non poſſe recuſari.*
29 *Cauſæ recuſationis iudicis quomodo conſiderentur.*
30 *Iudices quibus de cauſis ſoleant errare.*
31 *Eccleſiam errare non poſſe in his, quæ de moribus ſtatuit.*
32 *Eccleſiam errare non poſſe in his, quæ de fide conſtituit.*
33 *Concilium vniuerſale congregari in virtute Spiritus ſancti.*
34 *Symbolum fidei à Concilio Conſtantinopolitano editum fuiſſe.*
35 *Dubius in fide infidelis eſt.*
36 *Appellari non poſſe à ſententia Concilij vniuerſalis.*
37 *Appellationis remedio ſubueniri omnibus cauſis vitiatis.*





38 *Concilium Aquiſgranenſe & alia quædam in aliquibus erraſſe, & cur.*
39 *Matrimonium eſſe magnum ſacramentum.*
40 *Fidem, quæ in matrimonio eſt, differre à fide, quæ eſt rerum ſperandarum &c.*
41 *Concilium poſſe circa matrimonia quõ procedat.*
42 *Dubitare circa ſacroſanctam Euchariſtiam nemo fidelis debet.*
43 *C. tria, 36 q. 2. declaratur.*
44 *Concilium Ariminenſe erraſſe, & cur.*
45 *Concilium Piſanum erraſſe, & qua de cauſa.*
46 *Eccleſiam repreſentari à Concilio.*
47 *Eccleſiam à Concilio repreſentatam eſſe veram & propriam.*
48 *Diffinita in pleno Concilio cenſeri à tota eccleſia determinata.*
49 *Regum lib. 3. c. 8. explicatur.*
50 *Act. Apoſt. c. 15. declaratur.*
51 *Seruatorem noſtrum oraſſe etiã pro fide Sedis Apoſtolicæ.*
52 *Concilium vniuerſale cauſas temporales aliquando diffiniuiſſe.*
53 *Concilium vniuerſale errare poſſe circa diffinitionem cauſarum temporlaium.*
54 *Diui Thomę locus in quodlibetis explicatur.*
55 *Concilium ordinatum à Stephano Septimo erraſſe.*
56 *Concilium vniuerſale non poſſe recuſari etiam in diffinitione cauſarum temporalium.*
57 *Papam recuſari non poſſe cùm de cauſis temporalibus vult cognoſcere.*
58 *Appellantes à ſententijs Pontificum puniri.*
59 *Papam ſuſpectum ex lege honeſtatis cauſam alteri delegare debere.*
60 *Papam eſſe Iudicem in cauſa propria.*
61 *Concilium vniuerſale congregatum ſine auctoritate Papæ poſſe errare.*
62 *Papa admittente recuſationem Concilij generalis, recuſatio procedit.*

## CASVS CCCCXLVIII.

### CONCILIVM PROVINCIALE, vel vniuerſale quando ob iuſtas ſuſpicionis cauſas recuſari poſſit, dilucidè pertractatur.

CVM ius Pontificium, quod duo
decim perpetuos annos ſum in
terpretatus, explicarem, incidi
aliquando in diſputationem il-
lam, quam interpretes oẽs per-
tractant in cap. 1. de iudicijs, an
1 Concilium prouinciale & generale recuſari ali-
quam ob ſuſpicionem poſſit. Et cum aduertiſſẽ
2 Ripã in eo c. 1. nu. 42. ſcripſiſſe, † iudicis arbi-
trio relinqui, quando Concilij præſides ſuſpe
cti ſunt, concilium ipſum poſſe recuſari. Cũ vi-
ſum mihi ſit, non ſatis poſſe intelligi & explica
ri quod docuit Ripa, niſi & tota hæc tractatio
plena (quod aiunt) manu explanetur. Eam ſu
ſcepi ex profeſſo pertractandã, id quod eo libẽ-
tius facere volui, quò viſa eſt diſputatio & iucũ
da & non parum frugifera. Duo itaque diſpu-
tationis capita ſunt conſtituenda. Primũ erit
de recuſatione concilij prouincialis, ſub quo
claudam & explanationem recuſationis Senatus
ac colegij doctorum. Secundum erit caput de
concilio generali. Primo itaque in capite rece-
3 pta eſt interpretum ſententia, † concilium pro
uinciale recuſari poſſe ob iuſtã ſuſpicionis cau-
ſam. Ita ſcripſerunt Specul. in titu. de requiſi-
tione concilij in princip. nume. 3. Calder. in
conſi. 6. titu. de appellat. Francus in cap. poſtre-
mò, verſic. octauo & vltimo & in cap. cum ſpe-
ciali. ver. decimò quæritur. de appel. Felinus in
c. 1. num. 6. de iudicijs, & ibidem Dec. in pri. le-
ctu. nu. 16. & in ſecunda lect. nu. 15. & Rip. nu.
40. Gondiſlau. de Villadieg. in tract. de legato,
parte prima, q. 10. in fin. & Boer. q. 269. Quam
ſanè ſententiam probaui, & ipſe in conſ. 94. nu.
6. adductus illa conſtitutione Nicolai in capit.
quod ſuſpecti, 3. q. 5. Cùm in illius fine ait, Ioan
4 nem, os aureum, hoc eſt † Chryſoſtomum recu
ſaſſe ingredi collegium, ideſt, concilium, quod
nouerat contra ſe congregatum. Cuius quidem
5 recuſationis & hiſtoriæ meminit † Sozomenus
lib. 8. hiſt. eccle. cap. 17. his verbis. Vocauit &
Ioannem quoque, vt ſe defenderet. Iuſſit autem,
vt cum eo adeſſent Serapion & Tigrius presby
ter & Paulus lector. Ioãnes igitur, & alios quoſ
dam clericos familiares ſuos, & Demetrium Pi
ſinuntis Epiſcopum ad illos mittens, ait, ſe non
detrectare iudicium, quin paratum eſſe, ſi prius
tamen accuſatores cognouerit, & obiectum cri
men expendere coram ampliori ſynodo ſui de-
fenſionem ſuſcipere. Neque enim ſe tam ſtul-
tum foret, vt iudices ferat ſuos, qui eſſent mani
feſti hoſtes. Hæc Sozomenus. Solet etiam pro
6 hac ſententia adferri † c. licet, de foro compet.
cui tamen poſſet, præter Ripam in d. c. 1. nu. 40.
de iudicijs, reſponderi, ibi ſolùm agi de recuſã
dis conſulibus ciuitatis, non autem de recuſan-
do iudicio totius ciuitatis. Et rurſus ibi ageba-
tur de iudicio eorum, perſonæ quorum nõ ita
approbatæ ſunt, vt illæ Epiſcoporũ & pręlatorũ,
qui in ſynodo prouinciali interueniunt. Ita ẽt
7 confutari põt argumentũ ſumptũ † à Clem. pa
ſtoralis. §. Piſana. ſeu in § notorium, de re iudi.
vbi tota ciuitas Piſana recuſata fuit à Rege Ro-
berto ob inimicitiam, quam cum ea gerebat. Et
præterea non agitur in eo. §. notorium, diſputa
tio de recuſatione iudicij ciuitatis Piſanæ: cum
illa iudex non eſſet ea de controuerſia, ſed ſolus
Henricus Impe. qui ad ſe regẽ ipſum Robertũ
vocauerat, vt de iure rñderet. Ille verò iudiciũ
euitabat: tũ ꝙ Henricus cõpetens illius cauſæ iu
dex nõ eſſet; tũ ꝙ Roberto tutus nõ dabatur ad
eã ciuitatẽ Piſanã acceſſus, cũ grauis eſſet cũ ea
inimicitia. cuius ſanè hiſtoriæ auctor eſt Plati-
na in vita Clemẽtis V. Pont. Max. Nõ ẽt ad rem
8 cõfert † c. accedens. il 2. vt lite non conteſt. qđ
in hanc ſententiã ſolet citari. Quandoquidẽ lo-
quitur, nõ de concilio aliquo, hoc eſt multarũ
perſonarum ſub nomine publico cõgregatarũ,

ſed de tribus tantùm priuatis perſonis, quibus
delegata fuerat cauſa. Quocirca dicēdum eſt, ve
ram hanc traditionem firmari ſolo illo tex. cap.
quod ſuſpecti. 3. q. 5. Et quanquam ab opinione
9 hac diſſentiant † gloſſ. & Barb. in d. c. 1. de iudi
cijs. quo loci Beroius num. 120. ſcripſit, hos de
fendi poſſe: attamen nulla ſolida ratione mo-
uentur. Nam quod aiunt, nullā ſuſpicionis cau-
ſam conſiderari poſſe in Concilio Prouinciali,
falſum eſt, ex d. c. quod ſuſpecti. Horum autem
conſideratio locum quidē habere poteſt in con
cilio generali, quod ſuo loco explicabimus.

Idem quod de Concilio Prouinciali dicimus
10 & de † Senatu: cum à pari procedant prouin-
ciale concilium & Senatus, c. eccleſia. 16. q. 1.
quo adductus ita cenſuit Antonius Roſellus in
tract. de concilio, tit. Qualis eſſe debeat proceſ-
ſus forma, incipit. Nunc capio decimam tertiā
11 quæſt. Et in ſpecie Senatum † poſſe recuſari de
cidit Boerius. q. 269. nu. 4. Ita etiam Doctores
12 † omnes vnius collegij recuſari poſſunt. Ita Al
ber. in tract. ſtatut. par. 2. q. 101. & alij plures,
quos commemoraui, ac ſecutus ſum in d. conſi.
94. nu. 10. Quorū traditio intelligi debet, quā-
do manifeſtè cōſtat de iuſta cauſa recuſationis,
aliàs. n. præſumptio eſt contra recuſantē, vt ſcili
cet per fraudem tot iudices ſuſpectos dicat, ſicu
ti ſcribunt Bald. in l. hoc modo. ff. de cōd. & de-
monſt. Iaſ. in l. apertiſſimi. nu. 10. C. de iudicijs.
& Rip. in c. 1. nu. 40. verſ. intellige iſtā conclu-
ſionem de iudicijs. & egregiè ſcribit Antonius
13 Capicius deciſ. 138. nu. 6. & 7. † In Regione Pe
demōtiū ſcio extare cōſtōnes Sereniſſimi Ducis
in tit. *Della recuſatione del giudice*. §. *non ſi potrà*.
Qua quidem ſancitum eſt, Senatum recuſari in
totum poſſe, modò manifeſtè conſtet de iuſta re
cuſationis cauſa. Et quāquam difficile ſit, vt iu-
ſta hæc cauſa excogitari poſſit: attamen hæc eue
nire poteſt. Si cauſa vna, quę multis cōmunis eſt
diffinita à Senatu fuit inter aliquos: & alter, qui
adhuc in iudicio non fuit, nouè ad iudiciū corā
eodem Senatu vocetur, poterit iſte citatus recu-
ſare iudiciū Senatus, ex quo iā voluntatē ſuam
detexit: & præſumptio eſt, quòd ab ea non rece
14 det. Ita egregiè † de iudice, qui hac de cauſa iu
re recuſari poteſt, ſcribunt Spec. in tit. de iudi-
ce delegato. §. ſupereſt. ver. item ſi. Aret. in cōſ.
29. nu. 25. & Aufrerius in tract. de recuſ. nu. 18.
verſ. vigeſimaſexta. Et idem ſenſit Iaſ. in l. aper-
tiſſimi. nu. 8. ver. decima cauſa eſt. C. de iudicijs.
cùm dixit, iuſtam eſſe cauſam recuſandi iudicē,
ſi iam animi ſui motum emulgat. Idē ēt eſt ſi iā
Senatus tuliſſet ſententiam inter litigātes, & de
inde tertius ratione ſui intereſſe veniret ad iudi
cium. Nam is tertius poſſet recuſare Senatum,
qui tulit ſententiam ad ſui aduerſarij fauorem.
Ita decidit afflictus deciſ. 235. in fine, ex tradi-
tione Franchi in ca. cum ſpeciali. q. 20. de appe.
Quod intelligo, quādo nullum aliud ius dedu
citur, quàm iam deductum. Et hæ iuſtæ recuſa-
tionis cauſæ manifeſtę dici debent, ex quo ex
15 actis reſultant. Acta † enim rem notoriam &
claram faciunt. c. olim, vbi Abb. de verb. ſign.
& ſcribunt Are. in cōſi. 42. nu. 5. & Dec. in cōſ.
191. n. 9. ver. quartò facit. Cæteros ſciēs prtereo.

Extenditur primò relata cōcluſio, vt proce-
16 dat ēt eo caſu, quo ſolum caput † Concilij pro-
uincialis eſſet ſuſpectum. Nam & tunc totū cō-
cilium pōt dici ſuſpectum. Ita receptā eſſe opi-
nionē ſcripſerunt Ripa & Boerius in c. 1. de iudi
cijs. ille nu. 41. iſte num. 123. ſed ſententia Baldi
in l. 1. C. ſi rector prouin. Alex. in conſi. 40. nu.
2. li. 2. & Decij in conſ. 151. nu. 19. Eorū argu-
mentationes de induſtria non recēſebo: Sed ſo-
lum confutabo argumentum illud, qđ aduerſus
hāc opinionē contorquet Ripa. Ait ille, præſup
17 ponendo prius, q̄ is † iudex, qui iudicauit in pri
ma inſtātia, dř ſuſpectus in cauſa appellationis.
eos in prin. C. de appel. gl. in c. querelā, de ele-
ctio. & Felinus in c. inſuper, col. 5. de teſtib. &
Aufrerius in tract. de recuſationibus, num. 35.
verſ. ſexageſima prima cauſa. Hoc ſuppoſito, ita
argumentatur Ripa, Archiepiſcopus eſt caput
concilij prouincialis. c. 1. diſtinct. 18. Atqui ab
Archiepiſcopi ſentētia appellatur conciliū pro-
uinciale. c. multis. vbi gl. diſt. 17. & c. omnis. 2.
q. 6. Ergo ratione capitis ſuſpecti non eſt ſuſpe-
ctum totū conciliū? Reſpondetur ex declaratio
ne glo. in c. à collatione. de appel. in 6. cū expla
18 nādo † d. c. multis, ait, appellari quidē conci-
liū, ſed conciliū alteri iudici cauſam delegare
debere. Quam ſanè interpretationē probarūt
Gemin. & Ancha. ibi. ac cæteri in c. irrefragabi-
li, de officio ordina. & Aufrerius in tract. de re-
cuſationibus, nu. 35. verſ. ſexag. tertia cauſa. Nā
19 ſuſpectus † in iudicando nō eſt ſuſpectus in de
legando, vt ſcribunt Bar. in auth. Clericus. nu.
5. C. de epiſc. & cle. Caſtren. & Dec. in l. prętor.
de iuriſd. om. iud. Diſtinguere ēt poſſumus vnà
20 cum † Ripa in d. c. 1. nu. 41. in fin. de iudicijs.
Aut caput concilij amoueri non poteſt, quin to
tum concilium amoueatur, & tunc ſi caput eſt
ſuſpectum, totum concilium redditur ſuſpe-
ctum, quia à capite ipſo totum concilium pen-
det, & capite amoto non datur conciliū. Aut
caput concilij amoueri poteſt concilio ipſo ſub
ſiſtente; & tunc ſi caput eſt ſuſpectum, non ta-
men ſuſpectum redditur totum conciliū. Quā-
doquidem poteſt illud caput amoueri, & illius
21 loco aliud ſubrogari. Et hinc fit, quòd † Præ-
ſide ſenatus ſuſpecto totus ſenatus ſuſpectus nō
redditur: Cum amoto Præſide illo, vices gerēs
illius perſonam ſuſtinet.

Extenditur ſecundò, vt locū ēt habeat, quan-
do ſoli concilij Præſides ſuſpecti eſſent. Nam
& tunc totum conciliū redditur ſuſpectū. ita
Rip in d. c. 1. nu. 42. de iudicijs, argumento, c.
vlt. de procura. Quam ſanè traditionem expli-
care poſſumus ſicuti præcedētē declarauimus.

Declaratur primò relata doctrina, vt locum
habeat, qn̄ † Præſides concilij ſunt in concilio
tanquā iudices, ſeu cōiudices, ſecus ſi vt aſſeſſo
res. Nā tunc iudicis arbitrio relinquitur, an to-
tū conciliū reddatur ſuſpectū. Ita declarat Ri-

pa



Concilium reddatur ſuſpectum. Ita declarat Ri
pa in d. capit. 1. numero 42. de iudicijs. Verùm
exiſtimo & eo caſu, quo Concilij præſides ſunt
in Concilio tanquam aſſeſſores, Concilium to-
tum reddi ſuſpectum, niſi ab eo ammoueantur
14 præſides ipſi. Cum recepta magis ſit ſententia
iudicem reddi ſuſpectum ſuſpecto aſſeſſore non
amoto, vt ſcribunt Abbas in d. c. 1. num. 14. de
iudicijs, & Decius ibi prima lect. nume. 15. ver-
ſicu. item dum Abbas, & communem aſſerit
ibidem Ripa numero 43. Nec differentiam vi-
deo inter hunc caſum & illū ſimplicis iudicis,
ſuique aſſeſſoris.

25 Declaratur ſecundò, quando † remotis præ-
ſidibus, remanet integer numerus patrum, qui
Concilium celebrare, & cauſas diffinire poſsēt.
Ita declarat Ripa in d. capitu. 1. nume. 42. de iu
dicijs poſt Abbatem ibi. Cætera de induſtria
prætereo.

Secundum eſt huius diſceptationis caput, de
Concilio generali, vel verius vniuerſali. Quod
26 quidem ex recepta penè † omnium ſententia re
cuſari non poteſt. Ita Abbas in cap. 1. nume. 15.
de iudicijs, & ibidem Decius prima lect. nume.
16. in fine. Ripa num. 45. & Beroius num. 131.
Cardinalis Iacobatius in tract. de Concilio lib.
5. art. 10. & Mantua in tract. de Cōcilio nu. 159.
Ego omiſſis aliorum diſputationibus, duos ca-
ſus diſtinguo, quēadmodum & duabus de cauſis
Conciliū cōgregari ſolet nempè ex cauſa fidei,
& ex cauſis tēporalibus, vt ſtatim declarabimus.

Primus itaque caſus eſt, cum in Cōcilio hoc
27 vniuerſali † cauſa fidei Chriſtianæ diffinienda
eſt, & Concilium ipſum rectè fuit congregatū
nempè auctoritate ſummi Pontificis. Hoc caſu
verò Concilium recuſari non poteſt, ita ſentiūt
relati omnes interpretes. Nec eſt ex viris bonis
Chriſtique fidelibus, qui diſſentiat, vel diſſen
tire poſſit, vel debet. Quæ ſanè ſententia proba-
28 ri ita facile poteſt. Recuſari iudex tunc † poteſt,
cum prærogatiua perſonæ non impedit: & iu
ſta recuſationis cauſa adeſt, ſeu conſiderari po-
teſt. l. apertiſſimi, vbi docto. C. de iudicijs, & in
cap. cum R. Canonicus. de officio delega. Atqui
in vniuerſali Concilio ſumma perſonæ præro-
gatiua concurrit, vt ſtatim dicemus, & nulla
cauſa iuſta recuſationis conſiderari poteſt. Re-
cuſari ergo Concilium hoc non poteſt. Illa mi-
29 nor propoſitio ita probatur † iuſta recuſationis
cauſa conſideratur, aut ex perſona iudicis imme
diatè, ſicuti illa, quæ cauſatur ab ignorantia iu-
ris, vel facti, aut mediatè ex perſona aliorū, ſicuti
quādo amore, odio, vel timore eorū, inter quos
ferenda eſt ſententia, iudicandum eſt, id quod
colligitur ex cap. iudicet. 3. q. 7. Hæ enim cauſæ
30 illæ ſunt, quæ iudices † errare faciunt. Atqui
nullæ horum conſiderari poſſunt in vniuerſali
concilio, cum in his, quę de fide tractantur,
31 errare nullo modo poſſit; imò nec in his, quæ
de moribus ſunt, vt tradunt Alphonſius de Ca-
ſtro lib. 2. aduerſus hæreſes in verbo Eccleſia,
hæreſi 2. & Turrecremata in ſum. de eccleſia.
libro 3. capitulo 58. Quod autem in his, quæ
32 de † fide aguntur, errare non poſſit eccleſia, ſeu
vniuerſale cōcilium, ita multis probatur. Et pri-
mò ex diuina illa Seruatoris noſtri, vt habetur
Matth. c. quinto, & Lucæ capitulo 22 Petre ego
rogaui pro te, ne fides tua deficiat, & probat ca
pitulum à recta. cap. hæc eſt fides, & cap. puden-
da, 24. quæſt. 1. Accedit ſecundò, quòd conci-
33 lium † congregatur in virtute Spiritus Sancti
capitulo primo, & cap. violatores, diſtinctio. 15.
Et ſcriptum eſt Matthæi cap. 27. Ego vobiſcum
ero vſque ad conſumationem ſæculi. Et Ioan-
nis cap. 17. Cum venerit ille ſpiritus veritatis
docebit vos omnem veritatem. Errare ergo nul-
lo modo concilium poteſt. Comprobatur ter-
tiò; ſi concilia vniuerſalia errare poſſent, nil cer
ti de diffinitis fidei haberemus, atque ita ſymbo
34 lum † fidei, quod in ſacrificio miſſæ decantatur
ab Eccleſia; tanquam in concilio Conſtantino-
politano editum, eſſet apud nos dubium; cum
tamen ſit firmiter credendum, & ſi dubitare-
35 mus infideles eſſemus, cum † dubius in fide in-
fidelis ſit. cap. 1. de hæret. in 6. Confirmatur
36 quartò ea ratione, quòd à † concilio vniuerſa-
li appellari non poteſt, ſicuti fuit diffinitum in
concilio Calcedonenſi. c. multis. diſt. 17. & co-
pioſè diſſerit Turrecremata in c. cuncta per mū
dum. 9. q. 3. & in ſumma de eccleſia, lib. 3. c. 48.
& 49. Ergo eccleſia quò ad cauſas fidei errare
non poteſt. Conſequentia eſt manifeſta; cum
37 omnis cauſa † viciata per appellationis reme-
dium ſubleuanda ſit. cap. liceat. 2. q. 6. ſi enim
concilium in his errare poſſet, certè cauſa dice-
retur vitiata, & tamen hoc eſt falſum. Et hinc
deducitur quinta ratio, quòd ſi à concilio non
licet appellare, nec etiam licet illud recuſare: cū
à pari procedant appellatio, & recuſatio. cap. ſu
per eo. il 2. de appella. Nec dicatur ſecundùm
Abbatem & Decium ibi num. 13. recuſationem
non æquiparari appellationi in omnibus: quia
imò verius eſt negatiuè æquiparari, argumento
ducto à fortiori. Si appellari non poteſt à ſen-
tentia iam lata; qua vnus contendentium iam
condemnatus eſt, & qui ſe læſum aſſerit. Ergo
à fortiori non debet admitti recuſatio, cùm ad-
huc de grauamine non conſtet.

Non obſtant nunc aliqua, quibus conſtare vi
detur concilium errare poſſe; & aliquando er
38 raſſe. † Et primò erraſſe dicitur † concilium
Aquiſgranenſe. Cùm diffiniuit, raptorem non
poſſe ducere raptam. Sicuti relatum eſt in cap.
tria. 36. q. 2. & ſcribit Abb. in c. ſignificaſti. nu.
3. de electio. Et tamē hoc repugnat legi diuinæ.
ſicuti legitur iudicū. c. vlt. quod retulit Gratia.
in c. placuit. 39. q. 2. vbi conciliū Meldenſe con
trariū ſtatuit. Huic difficultati ſatisfacit Dec. in
c. 1. prima lec. nu. 16. de iud. Eccleſiam non erra
re in his, quæ ſunt fidei, vt dictū fuit, ſed poſſe
quidē errare in cęteris occultis. Dum Dec. non re
ſpondet in ſpecie ad d. cap. tria, ſentit concilium
Aquiſgranēſe erraſſe circa ea, quę fidei nō ſunt.
Quod falſum eſſe videtur: quia ſi errauit circa

H 2 matri-

matrimonium, erraſſe videtur circa eccleſiæ ſa
36 cramenta; cum matrimonium† ſit ſacramentũ
in eccleſia magnum, teſte Apoſt. ad Eph. c. 5. At
que ita circa ea, quę fidei ſunt erraſſe videtur.
Verùm dici põt, ex ſententia Syluestri Prierij in
ſumma, in verbo fides. nu. 1. iuncto nu. 9. dum
40 conſtituit differentiam inter † fidem, quę ver-
ſatur in ſacramento matrimonij: quę dicitur eſ
ſe quædam prę miſſio à Deo cõprobata, & fidẽ
quæ dicitur rerum ſperandarum &c. & ait Syl-
ueſter Concilium errare poſſe circa matrimo-
nium. Ego opinor (ſalua tamen ſanctæ Roma-
næ eccleſię catholicę ſententia) dici poſſe, ea ra
41 tione concilium † errare poſſe circa matrimo
niũ hoc modo, an ſit, vel non ſit contrahendũ
inter hũc & illũ; atq; ita errare põt, circa ſin-
gularitatem, non aũt in vniuerſum. Nã in vni-
uerſum certũ eſt, matrimoniũ eſſe ſacramentũ,
& ita firmiter credere debemus: ſed tamẽ neceſ
ſe non habemus credere, hoc, vel illud eſſe legí
timũ, vel illegitimũ matrimoniũ. Exẽplũ egre-
gium & ad rẽ adferri põt. Nemo fidelium nec
42 põt, nec debet † dubitare, quin in pane illo,
quã hoſtiã appellamus, conſecratione facta à ſa-
cerdote adſit immaculatũ, verumq; Seruatoris
noſtri Chriſti corpus. Et tamen põt fidelis du-
bitare, an in illa ſingulari hoſtia, quã cernit eſſe
in manibus Franciſci ſacerdotis ſacrificiũ cele-
brãtis, adſit Seruatoris noſtri corpus, cum fieri
poſſit, ꝙ Franciſcus ille ſacerdos eã hoſtiã nõ cõ
ſecrauit. Ita declarant Card. Turrecremata in
c. nos autem. nu. 4. de cõſecrat. diſt. 2. & Nauar
rus in cap. ſi quis autem. nume. 104 de pœnit.
diſtinct. 7. ex ſententia diuorum Thomæ ac Bo
nauenturæ, &. aliorum Theologorum, ad quos
me remitto. Præterea & ſecũdò reſponderi põt
43 ad illud † c. tria, quòd illud Conciliũ Aquiſgra
nenſe fuit ſola quædam congregatio prælatorũ
à ſummo Pontifice ſeparata, ſicuti affirmat Tur
recremata in ſumma de eccleſia, li. 3. cap. 58. Et
propterea non eſt mirum, ſi errauit. Sicuti ẽt er
44 rauit † Concilium Ariminenſe, in quo nomine
fidei infidelitas ſcripta fuit, vt inquit diuus Hie
ronymus in altercatione Luciferiani & Ortho-
doxi. Quòd ſanè Concilium congregatum fuit
à Conſtantino Cæſare Conſtantini fil io, mediã
te Thauro illius præfecto. Quòd ſanè Conciliũ
fuit deinde à Damaſo reprobatum. c. ſancta Ro
mana. §. quibus. diſt. 15. ita etiam alia ſimilia re-
cenſet Turrecremata in ſumma de eccleſia li. 3.
c. 58. poſt Vincentium in ſpeculo hiſtoriali lib.
24. c. 134. Et patrum noſtrorum ætate idem vi.
45 dimus in † concilio congregato Piſis, quod cõ-
gregari potuiſſe ſine Pontificis auctoritate re-
ſpõdit Dec. in cõſ. 151. & ſi contrariũ in ea ſpe-
cie conſuluerit Iaſ. in conſ. 1. li. 4. Secũdò adfer-
ri ſolet aduerſus relatam ſententiã argumẽtatio
hæc. Quod dictũ eſt, eccleſiã errare non poſſe,
intelligitur de eccleſia vera & propria, non aũt
46 de repræſentata per Conciliũ. Quandoquidem
eccleſia à concilio repreſentata, non eſt vera, &
propria eccleſia: cum eccleſia vera ſit ipſa fide-
liũ oĩum congregatio, cuius caput eſt Chriſtus.
Et hæc quidem errare non poteſt, cũ in vno ſo-
lo reſidere fides poſſit. c. eccleſia. de conſe. diſt.
1. ita ad rem noſtram argumentati ſunt Ripa in
d. c. 1. nu. 45. & Bero. nu. 138. de iudicijs. Et idẽ
ſcripſerunt Abb. in c. ſignificaſti. nu. 3. de elect.
& Fely. in c. 1. nu. 5. de ſumma trinita. & fide ca-
tholica. Huic obijci ita ſatisfacere poſſumus. ne
47 gando prius, quod relati ſcribentes dicunt, † ec
cleſiam repręſentatam per concilium non eſſe
veram & propriam eccleſiam, cum veriùs ſit eſ
ſe, & propriam, & verã. Nam etſi concilium nõ
referat materialiter totam eccleſiam, attamẽ re-
fert auctoritate. Ita probat c. confidimus, 25. q.
48 1. quo loci dicitur, quòd diffinita in plena † ſy-
nodo, dicuntur aſſenſu vniuerſalis eccleſiæ dif-
finita, & approbata. Id quòd egregiè & optimè
49 comprobatur lege diuina, nempè † Regũ li. 3.
c. 8. quo loci deſcripta prius ſacra illa hiſtoria
de tẽpli exædificatione, verba hæc legũtur. Tũc
ſunt congregati omnes maiores natu Iſrael cũ
Principibus tribuum, & duces familiarũ Iſrael
ad Regem Salomonem in Hieruſalem, vt deffer
rent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid,
i. de Sion. Et poſtquam auctor ille dixit, arcã il-
latã fuiſſe in oraculũ tẽpli, ſubiungit hæc verba.
Conuertitque Rex faciem ſuã, & benedixit om
ni eccleſiæ Iſrael, omnis. n. eccleſia Iſrael ſtabat.
Hæc ibi. Quo ex loco manifeſtè conſtat congre
gationem illam, in qua conuenerãt maiores na-
tu Iſrael & principes ac duces familiarum, bis
appellari eccleſiam. Hoc idem confirmat, quod
50 legitur in actibus † Apoſt. c. 15. vbi, cõcilio cõ-
gregato Hieroſolymis pro ea qõne diffinienda,
poſteaquam dixit, conſueuiſſe Apoſtolos & Se-
niores videre de verbo hoc, ita ſubiungit. Tũc
placuit Apoſtolis & Senioribus cum omni ec-
cleſia eligere viros ex eis & mittere Antiochiã.
hæc ibi. Et multis alijs diuinæ ſcripturæ auctori
tatibus comprobant Alphonſus de Caſtro lib.
1. aduerſus hæreſes. c. 6. & Cardinalis Iacoba-
tius in tract. de cõcilio, li. 8. art. 4. col. 2. Rurſus
& ſecũdo reſpondetur, eſſe falſum, quod Ripa
& cæteri dicebant, eccleſiam errare ẽt poſſe in
his, quæ ſunt fidei. Si quidem Seruator noſter
Chriſtus non tantũ orauit pro fide vniuerſalis
eccleſię, ſed ẽt pro † fide ſedis apoſtolicæ. Eſt. n.
ſcriptum Lucæ. c. 12. Petre rogaui pro te, ne fi-
51 des tua deficiat. Quę ſanè verba ad ſingularẽ Pe
tri perſonam totam eccleſiam repręſentantẽ re
feruntur. Id quod copioſius explicat Turrecre-
mata in ſumma de eccleſia li. 2. c. 109. & li. 3. c.
60. His ergo conſtat eccleſiam erraſſe non poſ-
ſe. Et præterea, ẽt ſi diceremus, ꝙ cõceſſerim nũ
quã, eccleſiam atq, ita Cõcilium vniuerſale er-
rare poſſe, nõ tamẽ inde ſequitur, ꝙ poſſit recu-
ſari. Cum recuſationẽ ipſam impediat excelſa
perſonę ſuæ qualitas, ſicuti mox dicemus.
Secundus eſt caſus, cũ in Cõcilio hoc vniuer
52 ſali cauſę tpales ſunt diffiniendæ, † ſicuti nõ ſe
mel factum eſt, vt in c. ad ſedem. 35. q. 5. in c. 1.
de pact. in c. 1. de libelli oblat. in c. 1. de iudicijs
& in



& in cap. 1. de ſponſa. & ſcripſerunt gloſſa in c.
primates. 2. quæſt. 1. & copioſè Turrecremata
in ſumma de eccleſia, lib. 3. c. 38. & Iacobatius
in tract. de Cõcilio li. 5. art. 8. Hoc ſanè caſu di
cẽdũ videbatur, Concilium poſſe recuſari, cum
53 errare poſſit. Errare † autem poſſe in his, ratio
ne, auctoritate, ac exemplo ita demonſtratur.
Ratione inquam, quia hic ceſſat cauſa illa, qua
Deus Cõcilium, hoc eſt, Eccleſiam ſuam errare
non permittit, nempe cauſa fidei. Nõ enim aliis
pro cauſis quã fidei orauit ſeruator noſter Chri
54 ſtus. Auctoritate verò probatur, ex diuo† Tho.
ma quodlibeto. 8. & in 4. ſenten. diſt. 41. Cum
ſcribit, quod quamuis eccleſia dono & auctori-
tate diuina fulciatur, attamen in quãtum eſt ho
minum congregatio, aliquid ex defectu huma
no in actibus ſuis prouenit, quod non eſt diui-
num. Idem ſcripſerunt Turrecremata in ſum-
ma de eccleſia lib. 2. cap. 112. in reſponſione ad
nonum argumentum, & li. 3. cap. 60. ad finem,
& Syluester Prierius in ſua ſumma in verbo.
fides, numero 9. Exemplo quoque demonſtra-
tur, Cõcilium hoc vniuerſale in his errare poſ
55 ſe. Nam † errauit Concilium à Stephano ſe-
ptimo congregato, dum ordinationes omnes il
las Formoſi Põtificis irritas eſſe voluit. Ita quo
que erraſſe dicitur Concilium conuocatum à
56 Ioanne 9. Cæterum verius eſſe opinor, † Con
cilium vniuerſale recuſari non poſſe, etſi errare
poſſit in his temporalibus. Ea me mouet ratio
quòd bona non ſit hæc conſequentia; Con-
cilium errare poteſt, ergo recuſari poteſt, vt
in ſpecie tradit Iacobatius in tract. de Conci-
lio, libro quinto, artic. 10. col. vlt. quod ait pro
bari in ſimili in cap. lator, in cap. tenor. & in c.
conſanguinei. de re iud. Et hoc manifeſte com
probatur, quòd etſi Papa in his temporalibus
57 errare poſſit, cap. ſi Papa. 40. diſtinct. † recuſari
tamen non poteſt. cap. querelam vbi Abbas de
elect. in cap. ipſi ſunt & in cap. cuncta per mun
dum. vbi Turrecremata 9. q. 3. quibus ſancitũ
eſt à ſententia Pontificis appellare non licere,
id quod multis comprobant Frãciſcus de Mar
chis. q. 456. nume. 58 parte prima, & Turrecre
mata in ſumma de eccleſia; lib. 3. cap. 47. & ibi-
dem cap. 48. idem de Concilio aſſeruit. Et ſcri
bit Caietanus in ſua ſumma in verbo, excom-
municatio, extare Pij II. Conſtitutionem, qua
58 grauiſſima indicitur pœna † appellanti à ſentẽ
tijs Pontificum. conſtat ergo non valere con-
ſequentiam. errare poteſt Cõcilium, ergo recu-
ſari poteſt: quia recuſationem impedit eius prę
rogatiua. Nec hic repugnat, quod docuit Ripa
in cap. 1. numero 45. de iudicijs, quòd licet Pa
pa regulariter recuſari non poſſit: attamen ſi iu
59 ſta recuſationis cauſa ſubeſt, debet Papa † lege
honeſtatis cauſam alteri delegare, vt inquit glo
ſa in cap. nulla. 2. q. 5. & alia retuli in conſi. 94.
60 nume. 12. Et hinc dicimus, quod licet† Papa ſit
iudex in cauſa propria cap. cum veniſſent, de iu
dicijs, attamen lege honeſtatis iudices dare de
bet, vt declarant Felinus & Decius in d. cap. cũ
ueniſſent. ille numero 7. iſte nume. 5. & Franci
ſcus de Marchis q. 456. numero 56. parte pri-
ma. Non inquam hæc conſideratio vrget: quã-
doquidem ſatis eſt, quòd recuſari de iure non
poſſit, etſi libellus precum ei offerri poſſit.
Nec enim libellus ille cogit, vel Concilium, vel
Papam concedere, quod ab eis requiritur.
Cætera, quæ à Ripa obijciuntur, nil penitus
vrgent.
Declaratur tamen primò hic caſus, vt locum
61 non habeat, quando Concilium † fuit congre
gatum ſine auctoritate Papæ. Nam tunc po-
terit recuſari, tum quia Concilium verè dici
non poteſt, tum quia errare in his temporali-
bus poteſt. ſicuti à ſententia huius Concilij ap
pellari poſſe ſcribunt Turrecremata in ſumma
de eccleſia libro tertio, capitulo, 49. & Iacoba-
tius in tract. de Concilio lib. quinto art. 10. col.
3. verſiculo & ex his.
Declaratur ſecundò, vt non procedat, quan-
62 do Papa † recuſationem admitteret, ſicuti vi-
demus in appellatione recepta à Papa, vt ſcri-
bit Turrecremata in d. capitulo. 49. Hęc habui
quæ hac de quæſtione ſciberem. Et quemad-
modum me, ita mea omnia ſanctæ Romanæ ec
cleſiæ Catholicæ diffinitioni ſubijcio.

## SVMMARIVM.

1 *Actum qui per ſe non poteſt gerere, nec etiam po-
teſt per alium.*
2 *Tutor non poteſt per interpoſitam perſonam emere
bona pupilli.*
3 *Iudicis arbitrio punitur tutor, qui per interpoſitam
perſonam emit bona pupilli.*
4 *Fraus coniecturis probatur.*
5 *Tutor dicitur per interpoſitam perſonam emere bona
pupilli, quando eius filius emit.*
6 *Plinij lib. 18. natura. hiſtor. capitul. 3. locus egre-
gius.*
7 *Stolonis lex lata ne quis plus quàm quingẽta iugera
poſſideret.*
8 *Tutorem præſumi emiſſe bona pupilli per interpoſit-
tam perſonam, cum cum poſſidere reperitur.*
9 *Tutor bona fide emens bona pupilli per perſonam in
terpoſitam non delinquit.*
10 *Tutorem bona fide emere bona pupilli cum adhibi-
tis conſanguineis pupilli poteſt.*
11 *Tutor emens ſub haſta bona pupilli, bona fide emit.*
12 *Magiſtratum gerens nec per ſe, nec per perſonam in-
terpoſitam emere poteſt bona ciuium.*
13 *Magiſtratum gerens pecunias mutuò ſuſcipere à ſub
ditis non poteſt.*
14 *Item nec donationes.*
15 *Iudicis arbitrio puniri magiſtratum, qui à ſubditis
emit, mutuò ſuſcepit, vel donata acceptauit.*
16 *L. non licet, ff. de contrahenda emptione, declara-
tur.*
17 *Decuriones non poſſe nec per ſe, nec per interpoſitã
perſonam conducere prædia ciuitatis.*
18 *L. 2. §. 1. ff. de adminiſt. rerum ad ciuit. perti. de-
claratur.*

19 *Notarius nec per ſe, nec per alium poteſt ſibi ſcribere legatum in teſtamento.*

20 *Miles nec per ſe, nec per alium poteſt emere prædia in ea ciuitate, vbi militat.*

21 *Miles in ea Ciuitate vbi militat poteſt emere prædia paterna.*

22 *Statutum prohibens emere prædia in Ciuitate, non dicitur prohibere emere prædia illa, quæ fuerunt ſuorum maiorum.*

23 *Conſtitutio Mediolani tit. de pœnis §. collegijs. declaratur.*

24 *Bannitum non poſſe nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam emere.*

25 *Statutum prohibens bannitum emere, dicitur etiam prohibere eius filios & ſeruos, reiecta Bart. opinione.*

26 *Bart. opinio declaratur.*

27 *Pater nec per ſe, nec per alium poteſt aliquid relinquere filio ſpurio.*

28 *Maritus prohibitus legare vxori non poteſt relinquere per perſonam interpoſitam.*

29 *Statutum papiæ 90. in ciuilibus; quòd maritus non poſſit eius vxorem inſtituere, declaratur.*

30 *Vxor nec per ſe, nec per alium donare poteſt marito.*

31 *Cedere iura prohibitus non poteſt etiam per alium cedere.*

## CASVS CCCCLIX.

## DE IIS, QVI DVM PER SE NON poſſunt aliquid facere, nec etiam poſſunt per interpoſitam perſonam.

IVRE optimo ſancitum eſt, vt
1 is, qui per ſe actum † gerere at-
que conficere non poteſt, nec ẽt
id poſſit per interpoſitam perſo
nam. Eapropter generalis iuris
regula propoſita eſt in c. quod
alicui non licet. de regulis iuris in ſexto. Nam
& eluſoria redderetur legis prohibitio, & ipſi
legi fraus fieret. Quod, ne cõtingat, pœnæ variç
ſunt indictæ, & aliquando extra ordinem iudi-
cis arbitrio plectitur. Et quò facilius hæc tracta
tio explicetur, aliquot caſus hic enumerabo.
2 Primus eſt † in tutore, qui cum non poſſit ip-
ſemet emere bona pupilli, nec etiam poteſt per
interpoſitam perſonã, l. pupillus. §. itẽ ipſe. ver-
ſic. ſed ſi per interpoſitam. ff. de aucto. tut. Non
enim bonafide id facit; ſicuti eo loci Vlpianus
ait. & reſpondit Bald. in conſi. 347. Titius geſſit
tutelam. in primo dubio, libro quarto. Hæc au-
3 tem fraus à tutore commiſſa † iudicis arbitrio
punitur. l. quamuis. vbi gloſſ. ff. de rebus eorum,
4 qui ſub tutela & cura. Et verè, cum † fraus hęc
non niſi clam fieri ſoleat, coniecturis atque prę-
ſumptionibus poteſt detegi. Et vna eſt ſatis vr-
gens præſumptio, cùm interpoſita eſt coniun-
5 cta ipſi tutori perſona, veluti † ſi per eius fi-
lium, vel alterum ſuę poteſtati ſubiectum emat,
vt manifeſtè probat d. l. pupillus §. vlt. in fine. ff.
de aucto. tuto. & ibi notat Bartolus, & tradunt
Baldus in auhtentica quibuſcunque. nume. 12.
C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. 2. num. 1. C. de re
pud. hærad. Fabianus de Monte in tractatu de
emptione & vẽditione in tertia quæſtione prin-
cipali num. 10. Et huc pertinet illud, quod egre-
6 giè memoriæ proditum eſt à † Plinio lib. 18. na-
turalis hiſtoriæ, capitulo tertio, & à Valerio Ma-
ximo libro octauo, capitulo ſexto. Scribunt hi,
7 lege † Stolonis Licinij Trib. Pleb. cautum fuiſ-
ſe, nequis plus quàm quingenta iugera agri poſ-
ſideret. Cum verò Stolõ ipſe mille, ſubſtituta fi-
lij ſua perſona, poſſidere deprehenſus eſſet, ipſe
primus ſua lege à M. Popilio Lenate accuſatus
& damnatus eſt. Nil enim referre exiſtimarunt
æquiſſimi illi iudices, an ipſe Stolõ poſſideret,
vel eius filius, qui quod acquiſierat patri acqui-
ſiuiſſe dicebatur, l. placet. ff. de acquirenda hære-
ditate. Eſt etiam coniectura fraudis, quando
8 poſtmodum tutor ipſe reperitur poſſidere. Ita
Baldus in dicto conſi. 347. Titius geſſit tutelam
in ſecundo dubio libro quarto, Fabianus in di-
cto tractatu de emptione & vẽditione in tertia
quæſtione principali. nume. 10. idem ſimilibus
in caſibus Bartol. in l. ſi is, qui num. 4. ff. de vul
gar. & pupillar. ſubſt. & Bal. in l. 2. nu. 2. verſ. itẽ
præſumitur fraus. C. de repud. hæred. & Crau.
in conſi. 156. nu. 10. & nu. 11.
Hic autem caſus locum non habet, quando
9 † tutor iſte bona fide emiſſet, ita tradunt Baldus
in dicto conſi. 347. in primo dubio, & probat l.
cum ipſe. C. de contrahenda emptione, Ruin. cõ
ſi. 142. nume. 9. lib. 1. Bonafides ex eo arguitur
ſi adhibito alterius contutoris cõſenſu emit, l.
non exiſtimo. ff. de adminiſtr. tuto. qua ſic decla-
ratur. d. l. cum ipſe, vt ibidem explicant Accur-
ſius, Baldus & alij commemorati à Ripa in l. 1.
§. fuit quæſitum. num. 7. in fi. ff. ad Trebellian.
Socinus Senior in conſi. 80. nu. 16. libro quar-
to, Ruinus in dicto conſi. 142. num. 9. lib. 1. &
hoc ſuppreſſis nominibus, Io. Coraſius lib 6. mi
ſcella. iuris c. 14. nu. 5.
10 Exiſtimant etiam Doctores noſtri, Bonafide
tutorem bona pupilli emere, cum adhibitis con
ſanguineis pupilli emit. ita Bartol. in l. frater à
fratre. nume. . . . ff. de condi. indeb. & in lege
tranſactionem. nume. 3. C. de tranſact. Imola in
l. 1. §. fuit quęſitum, ff. ad S. C. Trebell. Soc. Sen.
in d. conſi. 80. nume. 17. lib. 4. egregie Petraſan
cta ſign. 57. & Gramm. deciſ. 66. nu. 65. Diſſen
tit tamen ab hac opinione Coraſius li. 6. miſcel
la. cap. 14.
11 Bonafides etiam probatur, ſi ipſemet † tutor
coram populo res pupilli vænales expoſitas ſub
haſta (vt vulgò appellant) ad proclama emit. Ita
reſpondit Decius in conſilio 410. nume. 2. Cæ
tera, quæ hoc in loco adferri poſſint, de indu-
ſtria prætereo.
Secundus eſt caſus in eo, qui publicum offi-
12 cium gerit. Is † enim prohibetur. per ſe, & per
interpoſitam perſonam contractus celebrare in
ea prouincia, in qua officium adminiſtrat. Pro-
hibentur



hibentur enim emere l. nõ licet. & l. qui officij.
ff. de cõtrahẽda emptione, & l. aufertur. §. quod
à præſide. ff. de iure fiſci. Ita prohibentur pecu-
13 nias † mutuò ſuſcipere, vel dare ſub fœnore, l.
14 principalibus. ff. ſi certum petatur. Ita nec † do-
nationes recipere poſſunt per ſe, vel interpoſi-
tam perſonam. l. 1. C. de contract. iud. vbi Iuſti
nianus adeò nullam eſſe voluit donationem, vt
nec præſtari æſtimationem quidem voluerit,
quem locum commendauit vt ſingularem Ro-
ma. ſing. 743. Quęſtio in ciuitate &c. quod pu-
blicæ vtilitatis cauſa factum eſſe ſcripſit. Hunc
tamen caſum multis extẽſionibus, atque decla
rationibus explicant Doctores noſtri in l. prin
cipalibus. ff. ſi cert. petatur. Quæ quidem om-
nia hìc congerere, nec locus, nec tempus poſtu-
15 lat. Hoc ſolùm nunc dicam, hunc † officialem
puniri varijs pœnis. Aliquando pęnam quadru
pli patitur, l. non licet. ff. de contrahẽda emptio
ne. Aliquando rem venditori reſtituit & æſtima
tionem fiſco infert. l. aufertur. §. quod, à præſi-
de. ff. de iure fiſci. Aliquando verò & rẽ & æſti-
mationem reſtituit parti l. ſi per impreſſionẽ.
C. quod metus cauſa. Quæ ſanè iuris loca conci
liat Bart. in d. §. quod à præſide, hoc modo. Quã
doque quis habet officij adminiſtrationem ſo-
lam, vel etiã cum ipſa adminiſtratione iuriſdi-
ctionem; & emit ea, quę ex ipſo officio vendun
tur, vt putà ſi aliqua bona venduntur ſub haſta,
cui ipſe officialis præeſt. Hoc caſu pœna eſt qua
16 drupli. ita loquitur † d. l. non licet. ff. de contra-
henda emptione. Ea fortè eſt ratio, quòd maius
ſit delictum emere à ſuo officio, quòd ſumma
ma fide ad ciuium vtilitatem, non ad propriam
adminiſtrare debet. Quandoque officialis emit
ea, quæ extra officium venduntur, & tũc ſi non
adhibito metu vendenti & diſtrahenti emit, pa
titur pœnam. l. aufertur. §. quod à præſide. ff. de
iure fiſci, vt. ſ. venditori res reſtituatur, & æſti
matio fiſco inferatur. Si verò adhibito etiã me
tu emit, res reſtituitur, & prætium à metu paſ-
ſo non aufertur. d. l. ſi per impreſſionem. C. qđ
metus cauſa. Ea fortè eſt differentiæ ratio, quòd
vbi nullus illatus eſt metus, is vendens conque-
ri non poteſt, cum in eo peccatum non ſit: ob id
non poteſt dici damnum aliquod paſſus, pœna
ergo ei non debet deferri, ſed fiſco. Eo verò caſu
quo illatus eſt metus, metum paſſo iure pœna
defertur. l. ſi per vim. C. quod met. cau.
17 Tertius eſt caſus in † decurionibus, qui non
poſſunt nec per ſe, nec per perſonam ſibi ſu-
18 biectam conducere prædia Ciuitatis. † l. 2. §.
1. ff. de adminiſtr. rerum ad Ciui. pert qui locus
errorem habet in antiquis codicibus, in quibus
negatiuè ita legebatur, non ſecundùm legẽ vſur
pata reuocentur. Quam ſanè negatiuam amouẽ
dam eſſe admonuit & rectè Ant. Aug. li. 1. emẽ.
iuris. c. 2. ad finem propè. Nulla autem hìc pœ-
na præter contractus annullationem indicitur.
19 Quartus eſt caſus † in notario, vel altero ſcri
bente teſtamentum, in quo dum nil poteſt ſua
manu ſibi ſcribere, nec etiam poteſt manu per-
ſonæ ſuæ poteſtati ſubiectæ, l. de eo. & l. diuus,
§. 1. ff. ad l. Cornel. de falſis. Quæ reſponſa inter
pretatur Ruynus in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ.
num. 96. ff. de liberis & poſthumis, & in conſi-
lio vigeſimotertio in fine lib. 1. procedere, quan
do filius, vel ſeruus, adhibito etiam patris, vel
domini mandato, ſcribit.
20 Quintus eſt caſus in milite, † qui non po-
teſt, nec per ſe, nec per interpoſitam perſonam
emere prædia in ea prouincia, in qua militat. l.
miles. argum. in prin. ff. de re milita. & ibi nota
uit glo. in verbo alieno. Ceſſat tamen hæc pro-
hibitio, quando emunt prædia paterna & maio-
rum ſuorum. l. milites. prohibentur. ff. eo. de re
milit. & annotauit Iaſon in l. principalibus. col.
3. verſic. ſextò limita. ff. ſi certum petatur, quo
loci ait, idem eſſe in officiali, qui etſi (vt dixi ſu-
pra in ſecundo caſu) non poſſit emere prædia in
21 loco, vbi adminiſtrat officium, poteſt † tamen
emere prædia paterna, & vtranque aſſertionem
probat. l. qui officij. in prin. ff. de cõtrahenda em
ptione. Et ſcribit Tiraquellus in tractatu de re-
tractu conſangu. in procem. num. 45. quòd is,
qui emere prohibetur, emere tamen poterit res
22 maiorum. Etſi † ſtatutum prohibet extraneũ,
vel forenſem emere in Ciuitate, emere tamẽ po
terit ea, quæ maiorum ſuorum fuerunt, ita de
clarat Tiraquellus in dicto tractatu de retractu
conſanguin. §. 1. gloſſ. 9. numero 164. quem
ſecutus eſt Plotus inter conſilia criminalia di-
uerſorum: tomo primo, libro primo, conſilio
23 108. nume. 54. qui ita declarat † conſtitutio-
nes Mediolani ſub titulo de pœnis. §. collegijs,
quibus prohibetur alienatio immobilium in fo
renſes & exteros.
24 Sextus eſt caſus in † bannito, qui cũ non poſ
ſit ob ſtatuti prohibitionem emere & contrahe
re, nec etiam id facere poterit per interpoſitam
perſonam. Ita Iaſon in l. ſi mihi & tibi. §. regu-
la. num. 5. de legatis primo, & ibidem Socinus,
Petraſancta ſing. 64. Qui quidem interpretes
reijciunt traditionem Bartol. in l. 3. §. hoc autẽ.
25 ff. de leg. præſta. Cũ dixit, quòd ſi † ſtatuto ſan
citum ſit, ne quis contrahat cum bannito, non
punitur ille, qui contraxit cum filio, vel ſeruo
banniti, Bartoli opinionem ſecutus eſt Aret. in
l. Gallus. §. quòd ſi is. ff. de libe & poſth. nec diſ
ſentit Socinus Senior in conſi. 61. nume. 14. li-
bro primo, M. Antonius Beuerius in repe. l. cũ
filiofam. nume. 14. in fi. de legatis primo, & Go
mes. in §. ſic itaque, num. 11. inſtit. de actio. Cæ
terùm idem Soc. in conſi. 241. colum. 17. verſic.
ſed hæc conſideratio. lib. 2. declarat atque rectè
26 ſatis tuetur Bartolum, † quem loqui exiſtimãt,
reſpectu pœnæ extrinſecæ, non autem reſpectu
acquiſitionis. Cum enim lex prohibet aliquod
alicui acquiri, non ſolùm prohibet ne per ſe ac
quirat, ſed nec etiam per interpoſitam perſonã,
ſicuti ſuprà multis demonſtratum fuit. Cũ ve-
rò lex ſolùm conſiderat pœnam, vt quando im-
ponit contrahenti cum bannito, id ſolùm facit
odio immediatè ipſius perſonæ, vt ab hominũ
commer-

commercio ille penitus excludatur: tunc pœna
locum non habet contra eum, qui contrahit cũ
filio, vel ſeruo banniti: cum ratio ſtatuti ceſſet
hoc in caſu. Quocircà dicere poſſumus, quòd
aut ſtatutum reſpicit effectum acquiſitionis, &
tunc rectè procedit Iaſonis & ſequacium opi-
nio, quòd ſcilicet is, qui contrahere non poteſt
cum bãnito, nec etiam poſſit cum eius filio, vel
ſeruo. Aut ſtatutum reſpicit pœnam extrinſe-
cam, & tunc procedit opinio Bartoli, & alio-
rum, vt ſcilicet filius vel ſeruus banniti non
puniatur.

27 Septimus eſt caſus † in patre, qui dum non
poteſt filio ſuo ſpurio relinquere, nec etiam po
teſt ei relinquere ſubſtituta atque ita interpoſi-
ta perſona loco filij. l. ſi is, qui ex bonis, ff. de vul
ga. & pupillar. ſubſtit. & ibidem annotarũt Bar.
& Iaſ. nu. 10. & copioſè Boerius q. 127. nu. 14.
Eſt ſimile, quod tradit Albericus in dicta lege ſi
is qui, & eum refert ibi Iaſon nume. 5. quòd
28 ſi ſtatuto prohibeatur maritus relinquere vxo-
ri, non poterit ei relinquere per interpoſitam
perſonam, vt puta ſubſtituendo vxorem hæredi
à ſe inſtituto. Quam quidem opinionem proba
runt Barba. in conſi. 12. col. 15. lib. 1. Coraſius
in rubr. C. de impub. & alijs ſubſt. num. 13. Ita
etiam non poteſt relinquere coniunctæ perſo-
næ vxoris, ſi alia coniectura præſumptę fraudis
concurrit. ita reſpondit Curtius iunior in conſ.
6. nume. 7. coniucto nume. 19. & Alciat. reſp. 71.
29 nu. 5. ita interpretantes † ſtatutum Papiæ 90.
in ciuilibus. ſub rubr. Quòd maritus non poſ-
ſit eius vxorem hæredem inſtituere.

30 Octauus eſt caſus † in muliere, quæ dum non
poteſt inter viuos donare marito, nec etiam po
teſt id facere per interpoſitam perſonam, qua
immediatè ei quæratur. l. 3. §. verbum poteſta-
tis, cum §. ſi ſeruus. in fi. ff. de donatio. inter vi-
rum & vxorem.

31 Nonus eſt caſus in eo, † qui prohibente ſta-
tuto non poteſt cedere iura ſua forenſi; non etiã
poterit cedere ciui, qui ſtatim cederet, vel aliter
acquireret forenſi. Ita Bartol. in l. ſi quis Ortho
doxæ. C. de hæret. quem ſecuti ſunt Soc. Sen. in
conſi. 26. num. 3. lib. 3. & Pariſius in conſi.
83. num. 48. in fi. li. 3.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrem interdum temere dotare filiam.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, quæ dicatur eſſe magna & iuſta cauſa, ob quam mater tenetur dotare filiam.*
3 *Matrem teneri dotare filiam, cùm pater eſt inops.*
4 *Mdtrem teneri alere filium, cùm pater eſt inops.*
5 *Argumentum poſſe ſumi ab alimentis ad dotem.*
6 *Matrem iudæam teneri dotare filiam ob patris inopiam.*
7 *Bona matris ſuppoſita fideicommiſſo poſſe alienari pro dote filiæ, ſi pater inops eſt.*
8 *Bartoli doctrina declarata.*
9 *Matrem cenſeri diuitem inſpecta perſona eius patris.*
10 *Bona aui materni ſuppoſita fideicommiſſo poſſe alienari, vt neptis dotetur, cùm eius pater inopia laborat.*
11 *Patrem præſumi voluiſſe bona eſſe libera pro dotatione filiarum.*

## CASVS CCCCLX.

### QVANDO MATER, VEL AVVS maternuus dotem conſtituere teneatur filiæ; neptive, explanatum.

ETSI paternum, non autem ma
ternum officium ſit dotare filiã
attamen interdum magna, &
1 probabili de cauſa † mater cõ-
pellitur. l. neque mater. C. de iu
re dotium. Dubitant noſtri, quę
iure dici poſſit magna & probabilis cauſa. Alex.
in l. 1. nnme. 21. ff. ſoluto matrimonio, & aper-
tius ibidem Socinus iunior nume. 197. verſic.
2 ſecundò etiam limitatur † iudicis arbitrium eſ
ſe ſcribunt. Iudex autem æſtimabit, magnam,
& probabilem eſſe cauſam, quando pater eſt
inops, & mater diues, ac opulenta. Nam tunc
3 cogi poterit † mater filiam ipſam dotare. ita
Alexand. & Socinus præcitato in loco affirmãt
poſt Cynnum, Bartolum, Baldum, & Albericũ
in authent. res quæ. C. cõmunia de lega. quos
ibi ſecuti ſunt Curtius Iunior nume. 15. & no
uiſſimè Antonius Padilla Hiſpanus num. 60. &
communem eſſe aſſeruit Ripa in l. 1. numero
79. ff. ſolut. matri. & eandem affirmarunt Boe
rius q. 129. num. 4. & Coraſius in l. qui liberos.
nume. 113. ff. de ritu nuptia. Et ea eſt huius ſen
tentiæ vrgens ratio, ac validum argumentum,
4 quòd etſi † mater non teneatur filium alere, te-
netur tamen cùm diues eſt, & pater inops. l.
ſi quis à liberis, §. penul. ff. de liber. agno. & in
§. illud. in auth. vt liceat matri & auię. & tradit
Bart. in tract. de alimen. nume. 13. Pari ergo ra-
5 tione tenetur mater dotare filiam: cum † ab ali
mentis ad dotem argumentari liceat, vt multis
probat Euerardus in centuria legali in argumẽ-
to 29. Nec verum eſt quod tradit Iaſon in dicta
authen. res quæ, nume. 6. & nume. 8. ex opinio-
ne Angeli, & ſequacium, non licere argumenta
ri affirmatiuè ab alimentis ad dotem. Cũ plus
vrgeat alimentorum cauſa, quàm illa dotis.
Non inquam vera eſt horum traditio, cum im
mo regulari iure argumentari ita liceat, ſicuti
multis probant Ripa & Euerardus in locis pau
lò ſuprà commemoratis. Et exiſtimant Ripa
in d. l. 1. nu. 77. ac Socinus Iunior nu. 197. ff. ſo-
6 lut. matrim. idem eſſe dicendum in † matre iu-
dæa, vt & illa tunc teneatur dotare filiam, cum
diues eſt, & pater inops: ita declarantes conſtitu
tionem Anaſtaſij in l. cognouimus. C. de hære.
qua in ſpecie ſcribunt gloſſa & cæteri in d. l. ne-
que mater. C. de iure dotiũ, ſic declarari d. l. ne-
que



que mater, vt ſcilicet & mater iudæa teneatur
dotare filiam. Id quod affirmarũt & Cãpegius
in tract. de dote parte prima q. 47. Iaſ. in. §. fue
rat nu. 114. inſt. de act. & Marquardus in tract.
de iudæis. parte 3. c. 4. nu. 2.
7 Et his fit conſequens, bona † matris fideicõ-
miſſo ſuppoſita hanc ob cauſam poſſe alienari,
ita ſcribunt Bartolus, Baldus, Albericus & cæte-
ri ferè omnes in authen. res quæ. C. commu. de
leg. vbi Curtius iunior nume. 15. & Antonius
Padilla numo. 61. communem eſſe aſſerunt: &
eandem probauit Euerardus in centuria legali
argum. 29. ab alimentis ad dotem. verſicul. ter-
tio iſtud. Cæterùm dubitationem excitat Salyce
tus in d. authen. res quæ. q. 4. aduerſus Bartolũ
& cæteros. Ait Bartolus, quòd quando mater eſt
diues poteſt alienare bona fideicommiſſi, vt do
tem conſtituat filiæ. Hoc repugnat (ait Salyce-
tus) cõſtitutioni dictæ authen. res quæ, dum ſo-
lùm permittit alienari bona fideicommiſſi, quã
do grauatus reſtituere fideicommiſſum nõ po-
teſt de legitima, vel alio ſuo patrimonio dotem
conſtituere. Huic conſiderationi atque obiectio
ni rectè ſatisfacit Curtius iunior in dicta authẽ
tica res quę, num. 15. verſic. ego autem &c. Cùm
8 ait † Bartolum loqui, quando mater eſt diues
ex hac hæreditate fideicõmiſſo ſubiecta. Quod
ſi dixeris, quia fieri poteſt, vt mater dicatur di-
ues ob res illas, quæ propriæ non ſunt, ſed alijs
8 reſtituendæ. Reſponderi poteſt, † matrem hanc
cẽſeri diuitem, patris ſui perſona inſpecta, iux
tã ea, quæ ſcribit Iaſon in l. ſciendum. in prin.
nu. 25. in fine. & nume. 27. ff. qui ſatiſda. cogan.
Cùm ex Alberici ſententia in l. in ſuis. ff. de libe
ris & poſthumis ait, quod bona & diuitię patris
dicũtur eſſe filij, & ei prodeſſe. Idem Albericus
in tractatu ſtatutorum parte prima, q. 71. & q.
109. & copioſè Tiraquellus in l. ſi vnquam. in
præfatione. num. 23. C. de reuo. dona. Cum ita-
10 que hæc bona † ab auo materno ſubiecta fidei
commiſſo hoc caſu, ſi is auus viueret, ſine con-
trouerſia alienari poſſent, immo & deberent,
vi ſcribunt Baldus Nouellus in tractatu de do-
te, parte ſexta, priuilegio 16. & Ripa in lege pri
ma num. 81. ff. ſoluto matrim. dicendum eſt, &
hanc mulierem poſſe filiæ ſuæ ex his bonis do
tem conſtituere. Nam & hoc in caſu militat ra-
tio illa l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Tre
11 bell. quòd ſcilicet præſumptio ſit, † patrem,
auumque noluiſſe hoc caſu bona prius alteri re
ſtitui, quàm ſua proles, cui dotem conſtituere
tenetur, eam ex bonis ſuis conſequatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Proteſtationis verba clara eſſe oportere.*
2 *Proteſtatio generalis ad certificandum aduerſariũ, an ſufficiat.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui, an generalis proteſtatio ſufficiat ad certificandum.*
4 *Perſonæ honeſtas ſuadet, vt generaliter interpelletur ad ſoluendum.*
5 *Iudicis arbitrio relinqui, quando perſonæ qualitas ſuadeat, vel non, vt generalis proteſtatio ſufficiat.*
6 *Moram cauſari ex verbis incitatoris tantùm.*
7 *Verba hæc, indigeo mea pecunia, an ſint incitatoria ad ſoluendum*
8 *Scire is non dicitur, qui ſcit in nube.*
9 *Moram magnam adferre debitori graue detrimentum.*
10 *Interpellationis verba certa eſſe debere.*
11 *Generalitas obſcuritatem parit.*
13 *Denunciatio generalis, quæ fit ab emptore venditori non ſufficit.*
13 *L. ſi quis mihi bona. §. pater. ff. de acquir. hæred. declaratur.*
14 *L. ſed & interpellatus in prin. ff. de recept. arbitris declaratur.*
15 *Verba enunciatiua propter ſe prolata diſponere.*
16 *Verba enunciatiua quando diſponant.*
17 *Verba enunciatiua diſponere ad liberandum.*
18 *Bart. in l. ex hac ſcriptura, nu. 16. ff. de donatio. explicatur.*
19 *Rogare interdum eſt iubere & mandare.*
20 *L. 1. §. 1. ff. mand. declaratur.*
21 *Preces maiorum eſſe mandata.*
22 *Preces Tyranni inferre iuſtum metum.*
23 *Preces armatæ prouerbium.*
24 *L. & eo modo, de leg. 2. declaratur.*

## CASVS CCCCLXI.

### DE PROTESTATIONE INCITAtoria, qua debitor interpellatur ad ſoluendum, egregia diſputatio.

1 CVM † proteſtationis vel inci
tatoriæ, vel certificatoriæ ver-
ba & certa & clara eſſe debeãt,
l. aut qui aliter. §. 1. ff. quod vi,
aut clam. Dubitatum ſcio, an
2 † generalis proteſtatio ad cer-
tificandum aduerſarium ſufficiat. Alciatus vir
eruditiſſimus in repetitione l. nõ ſolùm. §. mor
3 te. in fine. ff. de operis noui nuntia. ait, † iudi-
cis arbitrio relinqui, vt pro perſonarũ & nego
tiorum qualitate æſtimet, an proteſtatio iſta ge
4 neralis ſufficiat. Nam interdum qualitas † per-
ſonæ, cui à creditore exhibenda eſt reuerentia
fert, vt modeſtè & generatim admoneatur, vt
ſoluat, vt ſi quis prælato ſuo, vel patri, vel ſoce-
ro, ſimilive perſonæ dicat, ſe ſua pecunia indi-
gere, æſtimabit iudex, proteſtationem atque in-
terpellationem hanc ſufficere, id quod affirma
runt in ſpecie Cynus in l. in minorum. C. in
quib. cauſ. in integrum reſtit. non eſt neceſſ. &
Rubeus in repet. d. l. non ſolùm. §. morte. num.
477. in fi. ff. de operis noui nũciatione, qui ſcri
bit, conferre legem primam. §. quæ onerandæ.
ff. quarum rerum act. non detur l. penul. ff. de
furtis, & l. in coniunctione. C. de nupt.
Quando

5 Quando verò † qualitas perſonæ nõ id fert
iure arbitrari debet iudex, verba generalia, vt
puta, indigeo mea pecunia, nõ ſufficere, vt debi
tor cẽſeatur interpellatus & in mora poſitus, ſi
cuti rectè affirmarũt Petrus & Cynus in d.l. in
minorum. C. in quib. cauſ. in integrum reſtitu-
tio nõ eſt neceſſaria. Bartol. in l. ſi quis mihi bo
na. §. pater. ff. de acquirenda hæreditate, Iaſon in
l. ſi ex legati cauſa nume. 10. de verbor. obligat.
& Rubeus in d. §. morte nume. 476. Quorum
quidem ſententiam vel ex eo ſequor, ꝙ vt debi
6 tor in mora † conſtituatur, verba eſſe debent in
citatoria, quibus ſignificetur inſtantia credito-
ris. l. mora ff. de vſuris. ibi, omiſſa debiti repeten
di inſtantia. Et docuit Bartol. in d. §. morte. nu.
7 53. At verba hæc indigeo † mea pecunia, non
ſignificant inſtantiam & incitationem quandã
ad ſoluendũm. Non enim neceſſariò ſequitur,
indigeo mea pecunia. Ergo eam mihi numera.
Accedit ſecundò, quòd vt mora debitoris cauſe
tur, debet ipſe debitor certò ſcire, ſe tunc dare
oportere. l. ꝙ te. ff. ſi certum petatur. Atqui ver
ba hæc à creditore prolata, indigeo mea pecu-
nea, non faciunt debitorẽ certo ſcire, ſe tunc da
8 re oportere. Cum † ſcire is nõ dicatur, qui ſcit
in nube, vt ait Ripa in l. admonendi. nu. 82. ff.
de iureiuran. poſt Baldum in l. Æmilius. ff. de
minor. 25. annis. In nube autem interpellatus
iſte ſcit, ſe interpellatum; quia verba neceſſariò
& concludenter nõ ſignificant interpellationẽ.
Verius enim dubitationem magis quandam,
quàm ſciẽtiam inducunt, cum poſſint ſignifica
re & non ſignificare interpellationem. Non es-
go iſte cenſeri debet interpellatus, atque ita in
9 mora poſitus. Tertiò ſuffragatur, ꝙ ex † mora
magnum debitori infertur præiudicinm. l. ſi
ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbor. obligat. Atqui
in his, quę magni sũt pręiudicij, ſimplex admo
nitio non obligat monitum. l. ſi filius. vbi gloſ-
ſa notabilis. ff. de tutelis. Ergo. &c.
10 Quartò confert, quòd verba † interpellatio
nis debent eſſe certa & clara, l. aut qui aliter. §. 1.
ff. quod vi aut clam. At verba iſta ita generali-
ter cõcepta nõ poſſunt dici certa & clara. Cum
11 † generalitas obſcuritatem pariat, l. ita fidei. ff.
de iure fiſci. Quintò accedunt l. Iulianus. §. idẽ
Iulianus. & l. in venditione. vbi Caſtren. ff. de
12 actio. empt. vbi † generalis illa denũtiatio one-
ris annexi rei venditæ nõ ſufficit, ne deinde vẽ
ditor teneatur actione illa ex vendito.
His conſtat erraſſe eos, qui ſcripſerũt, verba
hæc generalia, indigeo mea pecunia, interpella
tionis vim ita obtinere, vt in mora cẽſeatur de
bitor ille poſitus. Qua quidem in opinione fue
runt Bartol. Alexand. & Iaſon. quos ſecutus eſt
Decius in l. vinum, nume. 13. ff. ſi certum peta-
tur. & idem docuit Alexand. in l. 2. §. volunta-
tem. num. 13. ff. ſolut. matrim. Et hi quidem le
uibus aliquot argumentis, quibus facilè reſpõ
13 deri poteſt. Et primo moti ſunt ex † l. ſi quis
mihi bona. §. pater. ff. de acquirenda hereditate.
Cùm iuriſconſultus ait, quòd ſi pater ſcribit fi-
lio, inuigilabis circa hæreditatem Sempronij.
His verbis dicitur pater iuſſiſſe filio adire hæte-
ditatem, ad cuius onera ſe obligaſſe patrem cen-
ſuit. Cęterum facilè diluitur argumentatio, cũ
is textus. §. pater, loquatur in aditione hæredita
tis, in qua cõiecturata voluntas ſufficit l. ſi auia
C. de iure deliberan. & ſcribit Bartol. in l. gerit.
nume. 21. ff. de acquirenda hæreditate. Quocir
cà mirum nõ eſt, ſi ineptus ille loquẽdi modus
non vitiat diſpoſitionem illam, ita ex d. §. pater
reſpondit Socin. Sen. in conſi. 83. num. 2. lib. 2.
14 Secundò relati Doctores citarunt textum † l.
ſed & interpellatus. in pri. ff. de recept. arb. quo
loci gloſſa intelligit, interpellationem pro ſola
notificatione. Sed mirũ certè eſt, Doctores ful
cire ſuam hanc opinionem eo textu, quo nil cõ
cluditur. Etſi enim interpellatio pro denuntia
tione ſumatur; non tamẽ inde fit, quin clara &
manifeſta eſſe debeat denunciatio: Quæ quidẽ
clara nõ eſt, cùm verbis his generalibus & am
biguis facta eſt. Tertiò, mouetur Decius eo ar-
gumento, quòd verba hæc, indigeo mea pecu-
nia, prolata ſunt principaliter & propter ſe. At-
15 qui verba, etiam ſi † enunciatiua ſunt, ſi princi
paliter propter ſe proferantur, diſponunt tamẽ
l. ex hac ſcriptura. vbi Bartol. num. 16. ff. de do-
nat. Ergo hæc verba, indigeo mea pecunia, etſi
ſint enunciatiuè prolata, attamẽ diſponunt. Cæ
16 terum facilè reſponderi poteſt, verba † enun-
ciatiua ſolùm diſpoſitionem inducere duobus
in caſibus, nempè ad probãdum, & id quidem
potius ex benignitate quadam quàm iure ipſo
ciuili inſpecto, vt probat l. Publia. §. vlt. ff. depo
ſiti. Sicuti declaraui ſupra in caſu 93. nume. 15.
17 Ita etiam quò ad liberandum † verba enun-
tiatiua diſponunt l. tale pactum, in prin. ff. de
18 pactis. † Et Bartol. in d. l. ex hac ſcriptura. nu.
16 loquitur in vltimis voluntatibus, in quibus
verba enuntiatiua propter ſe prolata diſponũt
ſecus in actibus inter viuos.
Prætereà & ſecundò reſpondetur, negãdo il-
lam maiorem propoſitionem; quòd ſcilicet hęc
verba ſint prolata propter ſe, vt voluerit credi-
tor ſuum debitorem eſſe monitum parare ſolu
tionem. Non enim ſequitur, indigeo mea pecu-
nia, ergo eam mihi numera. Quartò argumen-
19 ratur Decius ea ratione, quòd † rogare eſt iu-
bere & mandare. l. 1. § 1. ff. mand. Ergo & hæc
verba, indigeo mea pecunia, ſignificant quod-
dam mandatum ad numerandum. Verùm hęc
argumentatio nil vrget. Si quidem hoc verbũ,
rogo, eſt ſignificatiuum voluntatis ipſius rogan
tis, cum demonſtret, quid ille velit. Sed ſi prola
ta ſunt ab eo, qui iubere non poteſt præcatiua
ſunt; ſi verò prolata ſunt ab eo, qui poteſt iube-
20 re, ſunt imperatiua. Ita probat † d. l. 1. §. 1. ff.
21 mand. Hinc dicimus † præces maiorum eſſe
mandata, vt dixit gloſſa in l. 1. §. 1. ff. quod iuſſu.
& tradunt Baldus in l. ſi mandator. ff. quod cũ
eo. Hinc reſpondit Decius in conſi. 219. nu. 2.
22 præces † Tyranni inferre iuſtum metum. Nam
23 † preces ille verè armatæ preces appellari poſ-
ſunt



sũt, vt eſt in prouerbio, & declarat auctor Chi-
lidadis in quinta Chiliade cẽturia prima in ver
bo, preces armatæ. Noſtro autem in caſu nega-
mus, hæc verba, indigeo mea pecunia, eſſe ſigni
ficatiua voluntatis ipſius creditoris, vt voluerit
debitorem debere tũc numerare. Quintò ac vl-
timò adferri ſolet l. & eo modo. & l. etiam hoc
modo, de legatis primò, quibus probatur, verba
enunciatiua inducere fideicommiſſum. Ergo
multò magis debent inducere admonitionem.
Siquidem fideicommiſſum eſt onus l. cohæredi
§. cum filiæ. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſt. Cum
tamen admonitio hæc odium non cõtineat. Ve
24 rùm reſpondetur d. † l. & eo modo, ac illi ſimi
les loqui in fideicõmiſſis, quæ etſi odioſa ſunt:
attamen ſolis coniecturis inducũtur, l. cum pro
poneretur de legatis ſecundò. Et in eis conſti-
tuendis non ſpectatur, ad quem verba dirigan-
tur, ſed ad quem effectum. l. ſi ſeruus. §. qui mar-
garitam. & l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. de legatis
ſecundò. Diuerſum eſt in caſu noſtro, vbi volũ-
tas creditoris interpellãtis debet eſſe verbis cla
ris, ſignificat. De his ſatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Aquæductuum Romanorum vſus & vtilitas.*
2 *Valentiniani & Theodoſii conſtitutio. De aquædu-ctibus*
3 *Pœna quæ contra frangentes & impedientes aquæ ductus Romanos.*
4 *Aqua ex Caſtello quomodo olim duceretur.*
5 *Conſtitutio Mediolani li 4. tit. de aquis & fluminibus, declaratur.*
6 *Conſtitutio Mediolani li. 4. tit. de aquis §. extrahens declaratur.*
7 *Tempus continuum in dubio intelligi.*
8 *Conſtitutio Mediolani li. 4. tit. de aquis. §. iſque cõtrafeciſſe, declaratur.*
9 *Commodum, quod venit in conſequentiam, non eſt conſiderabile.*
10 *Furtum præſumi ab eo factum, apud quem res reperitur.*
11 *Conſtitutio Mediolani li. 4. tit. De aquis. §. omnibus habentibus, explicatur.*
12 *Vendere nemo cogitur rem propriam.*
13 *Vendere quis cogitur rem ſuam ob publicam vtilitatem.*
14 *Aedificare liberè quis poteſt in proprio prædio.*

## CASVS CCCCLXII.

### DE POENIS FRANGENTIVM, vel impedientium aquæductus: & conſtitutio Mediolani tit. De aquis explicata.

1 CVM publicorum † aquæductorum in
vrbe Roma olim eſſet & vſus & vtili-
tas non mediocris, factum eſt, vt Im-
peratores ipſi ſuis legibus & conſtitutionibus
cauerint, ne eorum curſus impedirentur, ali
2 quove modo læderentur. † Et inter cæteros
Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius in l.
3. C. de aquæduct. li. 11. hanc conſtitutionem
promulgarunt.
Eos, qui aquæ copiam vel olim, vel nunc per
noſtra indulta meruerunt, vſum aut ex caſtellis
aut ex ipſis formis iubemus elicere: neque ea-
rum fiſtularum, quas matrices vocant, curſum
ac ſoliditatem attentare, vel ab ipſo aquæductu
trahere. Quòd ſi quis aliter fecerit, nõ ſolùm id
quòd prius iure beneficij fuerat cõſecutus, amit
tat, verùm pro conditione quoque perſonę ſeuę
riſſima pœna plectetur. Hæc illi. Cæterùm cũ
ab his nec diffinitum ſit, nec diffiniri potuerit,
3 quanta debeat eſſe † pœna hæc, ex quo cogni-
tum eſſe eis non potuit conditio eorum, qui ſã
ctionem ipſam violaſſent, eapropter pœna illa
ſeueriſſima iudicis arbitrio declaranda reliquę
runt: ſicuti annotauit Ioan. à Platea in d. l. 3. in
4 fine. Quo autem modo † aquæ ex Caſtellis, vel
ex formis ducerentur indicat Iulius Frontinus
de aquæductibus, & melius L. Vitruuius lib. 8.
de architect. cap. 5. Cuius verba recenſui in cõ
mentarijs de retinenda poſſeſſione. remedio ſex
to nu. 58. & ibidem alia hac de re ſcripſi. Quid
hodie ea in vrbe Romana obſeruetur planè
ignoro. Nos autem qui his aquæductibus non
vtimur, tum noſtram ob inopiam, tum ob incu
riam ciuium has pœnas euadimus. Non me la-
tet tamen in Mediolanenſi ditione cautum eſſe
5 nouis illis † cõſtitutionibus, libro quarto, titu
lo de aquis & fluminibus, multa eſſe de ducen-
dis aquis ſancita. Eſt enim inter cætera conſtitu
tum, ne quis vti poſſit aquis fluminũ regalium
nanigabilium, vel innauigabilium, nec etiam
foſſarum manufactarum, ſine licẽtia & faculta
te conceſſa à Principe. Quam ſanè licentiam
vult illa conſtitutio eſſe probandam per literas
Principis. Qua ex re intelligimus, quòd non ſuf
ficeret probare teſtibus, vt ſcribunt Docto. in
l. contractus. C. de fide inſtr. & in capitulo pri-
mo de cenſ. in 6.
6 Eſt etiam illis † conſtitutionibus cautum in
primo capite. §. extrahens, ꝙ extrahens aquam
contra illius conſtitutionis formam incidat in
pœnam aureorum decem pro qualibet vncia, &
pro qualibet vice: niſi fuerit in quaſi poſſeſſio-
ne pacifica aquã extrahẽndi per triẽnium. Scio
hìc aliquãdo dubitatum, quomodo intelligi de
beat hoc triẽnium, an ſcilicet continuũ, vel in
terpolatum eſſe poſſit & debeat? Et exiſtimo
hoc triennium eſſe debere cõtinuum. Nam cũ
7 lex certi † temporis mentionem facit, intelligi
tur de continuo, ita affirmarunt gloſſ. in l. 3. &
in l. naturaliter. ff. de vſucap. & in rubr. ff. de di
uerſis & tempo. præſcript. Abbas in capitulo vl
timo, ad finem, de electio. Bartol. & Caſtrẽſ. in
l. vlt. §. quoties. ff. de publica. & vectig. Alexand.
in conſi. 34. nume. 1. lib. 5. & Lapus allegat. 46.
num. 3. quo loci ait, dictionem, per, continuatio
nem quandam ſignificare, ex ſentẽtia Ioan. An
dreæ

dreæ & Io. Monaci in cap. cum contumacia. de
hæret. in 6. Quare cum hæc conſtitutio requi-
rat quaſi poſſeſſionē per triennium, intelligitur
triennio continuo. Et dum ſubiungit hæc ipſa
8 Mediolanenſis † conſtitutio in .§, iſque contra
feciſſe &c. quòd is præſumatur extraxiſſe aquas
ex fluminibus illis. ad cuius commodum com-
pertum fuerit aquas decurrere. Hic pariter ſcio
aliquando fuiſſe dubitatum. quid ſi aquæ hæ
non vnius tantùm, ſed plurium agros irrigauit,
an omnes pariter præſumantur aquas aduerſus
legis prohibitionem extraxiſſe? Crederem ego
intelligendam eſſe conſtitutionem de eo imme
diato agri poſſeſſore, qui principaliter commo-
9 dum ex aquis percipit. Nam † commodum
quod venit in conſequentiam non eſt conſidera
bile. §. legatarijs. inſt. de teſta. & cōfert regula l.
ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum peta. vbi copio-
sè Iaſon. Et accedit, quòd is, qui habet prædium
propè ripam ipſius fluminis, è quo in ſuum fun
dum aquæ deriuant, ſi dolo careret, certe non eſ
ſet paſſus aquas illas ſuum in agrum fluere, ſed
riuum ipſum clauſiſſet, vel eum qui aperuiſſet
ſua omni diligentia perquiſiuiſſet, ne ſe & Prin
cipem lęderet. Hæc autem præſumptio dilui fa
cile poteſt contraria coniectura & præſumptio
ne, iuxta regulam. l. diuus. ff. de in integrum re
ſtit. Et contraria præſumptio cōſiderari poteſt
vt ſi is prædij dominus eſt vir admodū probus
qui non conſueuit huiuſmodi facere. Quemad
modum dicimus, quod & præſumptio ſit ab eo
10 commiſſum eſſe † furtum apud quem reperta
fuit res l. ciuile eſt, C. de furtis: non tamen hæc
præſumptio locum habet contra virum probū.
apud quem res ipſa reperiretur. Ita declarant Sa
lyc. in l. vlt. C. de quæſtio. Marſil. in l. 1. § vlt. ff.
eo. de quæſtio. Alciat. in tract. de præſump. reg.
3. præſum. 29. num. 1. Rebuffus in commenta-
rijs ad concordata Regis Galliarum. tit. de for
ma mandati apoſtolici. in verbo nos inducunt.
Et Tiraq. in tra. de pœnis legum &c. Cauſa 51.
nu. 131. Illud etiam annotandum ad interpre.
11 tationem illius conſtitutionis, dum in † capit.
omnibus habentibus &c. cōſtitutum eſt, licere
illis, qui aquas ducere volunt, ducere per agros
& prædia cuiuſlibet perſonæ, modò eis ſoluant
occupati agri pretium, & quartam partem æſti-
mati pretij & damnum. Hæc ſanè conſtitutio fa
uorabilis eſt, vt reſpondit Rubeus in conſi. 92.
dum ita interpretatur ſimile ſtatutū oppidi Foſ
ſani Pedemontium. Hic etenim verſatur publi-
ca vtilitas, vt ſcribit Cæpolla in trcta. de ſeruit.
ruſt. prædio. cap. 4. de aquæductu. q. 5. num. 28.
& num. 69. Et propterea hoc in caſu declaratur
12 illa iuris ſententia, quòd nemo † poſſit cogi
rem propriam vendere. l. inuitū. C. de contrah.
empt. & l. nec emere. C. de iure delibe. Hęc ſanè
ſentētia ceſſat ob publicam vtilitatem, qua quis
13 † vendere cogitur; vt omnes declarant in d. l.
nec emere. & fuſius Didacus Couar. libro 3. va-
ria. reſol. c. 14. num. 8. Eſt etiam hic animaduer
tendū, quòd is, per cuius prædia aqua ducitur
ad loca inferiora, poteſt in ſuo ipſo prędio ędi-
14 ficare † molendinū, modò non impediat aquę
curſum. Ita in ſpecie conſuluit Cur. ſen. in cōſ.
33. potens nobilis &c.

*SVMMARIVM.*

1 *Citationis forma triplex.*
2 *Citatio, quæ fit per edictum, quandiu affixa eſſe de-*
*beat ædibus.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui quandiu citatio per edictum*
*affixa eſſe debeat ædibus.*
4 *Citationem per proclama ter fieri debere.*
5 *Iudicem poſſe minuere tempus, intra quod citatio*
*per proclama ter debeat fieri.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur, quomodo tempus citan-*
*di ter per proclama poſſit coanguſtari.*

## CASVS CCCCLXIII.

### DE MVLTIPLICI CITATIONVM forma, & de iudicis arbitrio quod circa ea verſatur.

1 TRIBVS modis † vocari in ius
ſolet reus conuentus, verbo, li-
teris, & edictis l. cū verò. §. hoc
ſenatus. ff. de fideicom. libert. id
quod annotaui in cōmentarijs
de recuperanda poſſeſſione re-
medio octauo n. 101. poſt Boerium in l. conſen
taneum. nu. 19. C. quomo. & quādo iudex. etſi
Robertus Maranta in ſpeculo aduocatorū par-
te ſexta, tit. de citatione. n. 50. ſcripſerit ſex eſſe
citationum ſpecies, nempe realem, quam perſo
nalem vocāt, verbalem, quę ſolo verbo fit, litera
lem, quę literis edictalem quę edicto, per pro-
clama, & per tubā aut campanā. Qua de re nūc
nō diſputo. Illud ſolùm in pręſentiarum venit
2 explicādum, quando citatio † fit per edictū, quā
diu affixa eſſe debeat illa citatio in loco publi-
co. Et verè cū hoc iure diffinitū non ſit, iudicis
3 † arbitrio relinquitur. Ita Maranta loco iā cita-
to nu. 96. ex ſentētia Bar. in extrau. ad reprimē
4 dū. in verbo publicè. Eſt quoq; dubiū † in citatio
ne per proclama, quæ ter fieri debet, iuxta auth.
qui ſemel. & l. tres denūciationes C. qūo, & qn̄
iudex, quantum vna ab altera diſtare debeat. Et
ex d. auth. qui ſemel. §. qui ſi cauſam, conſtat di
ſtare debere ſpacio triginta dierum. Cæterùm
5 poteſt † iudex ipſe tempus hoc minuere, vt ſcri
bit gloſſ. in d. § qui ſi cauſam. in verbo interual
lo, quæ ex conſuetudine hoc poſſe fieri ſcribit,
& ibidem idem aſſerit Bartol. nume. 14. Dubita
ri autem contingit, infra quod tempus coan-
guſtare poſſit iudex hoc tempus triginta die-
rum? Et cum hoc lege diffinitum non ſit, ex
6 quo vſu introductum fuiſſe diximus, † iudicis
arbitrio relinquitur. Ita affirmauit Herculanus
Peruſinus in tractatu quis teneatur probare ne
gatiuam. num 245.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum in ſupplementum non deferri actori, ſeu*
*accuſatori in cauſis criminalibus, cum ſemiplenè tan*
*tùm probauit.*
2 *Probationes claras, & apertas requiri in cauſis cri-*
*minalibus.*
3 *Cauſa criminalis etſi leuis, dicitur maior quauis ci-*
*uili.*
4 *Iuramentum in ſupplementum probationum non deſ*
*ferri in cauſis ciuilibus magnis.*
5 *Cauſam eſſe magnam, ne deferratur iuramentum in*
*ſupplementum probationum aſſerens probare de-*
*bet.*
6 *Iuramentum in ſupplementum probationum non de*
*ferri actori agenti ciuiliter pro cauſa aliàs crimina*
*li, ſi ſemiplenè tantùm probauit.*
7 *Iuramentum in ſupplementum probationum an deſe*
*ratur accuſatori in cauſa criminali, quando proba-*
*uit plus quàm ſemiplene.*
8 *Iudicis arbitrio relinqui, quando deferri debeat iura-*
*mentum in ſupplementum probationum accuſatori*
*in cauſa criminali, cùm probauit plus quàm ſemi-*
*plenè.*
9 *Iuramētum in ſupplementum probationum perſonæ*
*honeſtæ tantùm deferri.*
10 *Iuramentum in ſupplementum probationum deferri*
*reo in cauſa criminali, cum ſemiplenè probauit.*
11 *Iuramentum in ſupplementum reo in cauſa crimina-*
*li ciuiliter tractata.*
12 *Iuramentum ſuppletorium deferri viro honeſto tan-*
*tum.*
13 *Vſurario non deferri iuramentum ſuppletorium.*
14 *Vſurarium eſſe infamem.*
15 *Iuramentum ſuppletorium deferri ei, qui deſijt exer-*
*cere fœnus.*
16 *Spurio deferri an poſſit inſtrumentum in ſupplemen-*
*tum probationum.*
17 *Spurios eſſe infames.*
18 *Imò ex aliorum ſententia infames non eſſe.*
19 *Iuramentum in ſupplementum probationum non de-*
*ferri periuro.*
20 *Periuro iam abſoluto poſſe deferri iuramentum in*
*probationum ſupplementum*
21 *Peccatorem peracta pœnitētia, peccatorem amplius*
*non appellari.*
22 *Infamiæ nomen non retinere qui malæ famę fuit, ſi*
*nunc eſt bonæ.*
23 *Semel malus non ſemper præſumitur malus.*
24 *Filia, quæ in corpus ſuum peccauit, ſi ſit reuerſa à pa-*
*tre, alenda & dotanda eſt.*
25 *Blaſphemator ſi eſt confeſſus peccata, ex aliquorum*
*opinione non punitur.*
26 *Iuramentum in ſupplementum probationum deferri*
*cauſa cognita.*
27 *Item parte citata.*
28 *Item ſi petitum fuit deferri.*
29 *Item ſi fuit petitum in termino probatorio.*

## CASVS CCCCLXIIII.

### QVANDO, ET QVO ORDINE deferatur iuramentum neceſſarium in caſibus capitalibus.

DISPVTATIO eſt grauis, &
egregia, an locus ſit iuramen-
to neceſſario, quod appellant
in ſupplementum probationū,
in cauſis capitalibus? Qua ſa-
nè in iure ſoleo conſtituere ali-
quot caſus.
1 Primus eſt, quando agitur de deferendo † iu
ramentum hoc accuſatori, qui vel nil probauit,
vel ſolùm ſemiplenè, vel minus quàm ſemiple-
nè, Hoc ſanè in caſu nullo modo defertur hoc
iuramentum in ſupplementum. Ita gl. in l. ad-
monendi, in verbo exacto, ad fin. ff. de iureiur.
& ibidē Bart. nu. 52. Rom. nu. 104. Cacialupus
nu. 146. & alios recenſet ibi Iaſ. nu. 224. qui at
teſtatur, hanc eſſe receptam opinionē, id quod
facit & Curtius Iun: ibidem nu. 66. Et idem af-
firmarunt Alex. in conſ. 66. col. 1. lib. 1. & in
conſ. 76. nu. 7. li. 6. Soci. in tract. fallent. reg. 80.
in verbo iuramentum in probationis ſupple-
mentum. fallen. 12. Dec. in conſi. 419. nu. 10.
Marſi. in l. de minore. §. tormēta. nu. 2. ff. de qu.
& in ſing. 635. Et huius ſententiæ ea eſt ratio;
2 quia in † cauſis his criminalibus requiruntur
probationes luce (quod aiūt) meridiana clario-
res, l. vlti. C. de probatio. Quæ ſanè manifeſta
probatio non redditur, cùm per iuramentū ſup
3 pletur. Et accedit, ꝙ † cauſa criminalis quantū-
uis leuis dicitur eſſe maior quacunque ciuili. l.
4 in ſeruorum. ff. de pœnis. In † cauſis autem ciui
libus magnis non admittitur iuramētū in ſup-
plementum probationum: ſicuti poſt alios ſcri-
pſi ſupra in caſu 190. n. 17. poſt Iaſ. & alios. Et il
lis accedit Alexan. in conſ. 66. col. 2. ver. nec ad
hoc. li. 1. quo loci reſpondit, quòd ille, qui aſſerit
5 cauſam eſſe magnam, & ob id deferri non poſ-
ſe iuramentum, debet probare. Quam traditio
nē probauit Curtius iun. in l. admonendi. nu.
68. verſ. tertiò ſingulariter. ff. de iureiuran.
6 Secundus eſt caſus, quando † agitur de defe-
rendo iuramentū accuſatori agenti ciuiliter de
cauſa aliàs criminali. Hoc etiā caſu, ſi ſemiplenè
tantùm probauit, non defertur hoc iuramentū.
Ita gl. in c. tam litteris. de teſtib. docuit Anchar.
in c. mediatores. 3. notab. de teſt. in 6. Alex. in cō
ſil. 66. col. 1. lib. 1. Decius in conſi. 37. in fine. &
Marſi. in l. de minore. §. tormenta. & in l. mari-
tus. nu. 16. ff. de quæſt. & in praxi crim. §. poſt-
quam. nu. 2. Iaſ. in repet. l. admonendi, nu. 226.
de iureiur. quo loci reijcit opinionem aliquo-
rum, qui aliter viſi ſunt ſcribere.
3 Tertius eſt caſus † qn̄ in cauſa quę criminali
ter tractatur, vel ciuiliter de crimine ipſo agi-
tur, accuſator, actor ve plus q̄ ſemiplenè ꝓbauit,
8 Hoc ſanè in caſu iudicis † arbitrio relinquitur.

Ita docuit Rom. in l.admonendi.nu. 104. ff.de
iureiuran. quam ſecuti ſunt Alex.in conſil. 76.
nume.7.lib. . . Io.Igneus in repet.l.neceſſarios.
§.non aliàs.num.235.in fi.ff.ad S. C. Sillan. de
his,quib. vt indig.& Franciſcus Herculanus Pe
ruſinus in tract.Quis teneatur probare negati-
uam,num. 235. Etſi abſolutè ſentiant aliqui eſſe
deferendum hoc iuramentum, ita de cauſis ma
gnis & arduis, in quibus facta eſt pluſquã ſemi-
plena probatio, reſpondit Crau.in conſi.73.nu.
26. & in conſi.198.nu. 10.poſt Caſtr. Corneũ
& alios. Prudens autem iudex animaduertat, ne
deferat hoc iuramentum; niſi viderit (vt iam ad
monui) pluſquam ſemiplenè probatum: non.n.
ſolam ſemiplenam probationem ſufficere ex ſu
perioribus caſibus intelligimus. Erit etiam ſpe-
ctanda perſonæ qualitas, an ſcilicet honeſta ſit:
9 cum † honeſto, proboque viro tantùm defera-
tur, vt reſpondit Alexander præcitato in loco,
& comprobabimus infra.

Quartus & vltimus eſt caſus, quando agitur
10 de † deferendo iuramentum hoc neceſſariũ reo
accuſato de crimine, qui quidem reus ſemiplenè
ſuam innocentiam probauit: Hoc ſanè in caſu
ei deferri poteſt iuramentum hoc. Ita Ang. in l.
in bonæ fidei.C.de reb.cre. Alex.in cõſi.66.col.
1.verſ.& dicit ibi Ang.li.1.Iaſ.in rep. l. admo-
nendi.nu.225.ff.de iureiur. Marſ.in l.maritus,
nu.16.ff.de quæſtio.& in pract. cri. §. poſtquã.
nu. 5.ita declarantes glo.l.3.poſt princ.ff. de iu-
reiur. & d. l.maritus.ff. de quæſt. ac c. tam lite-
11 ris.de teſt. Et hic † caſus maximè procedit, quan
do ciuiliter agitur de crimine, ita Alexan. in d.
conſi.66.col.2.in princ.li. 1. poſt Rayneriũ in
d.l.in bonæ fidei. Verùm in huius iuramenti de
latione multa habet obſeruare prudens iudex,
tàm quo ad qualitatẽ perſonæ, cui deferre vult
iuramẽtum, quàm quò ad ordinem iudiciariũ.
Quò.n.ad perſonã cui vult deferre iuramentũ,
animaduertere debet, an honeſta perſona ſit.
12 Nam viro † minus honeſto (vt dixi ſupra) & pro
bo non eſt deferendum. Hinc fit, vt exercenti fœ
13 nus † deferendum non ſit hoc iuramentum: ſi-
cuti ſcripſerũt Bal.in l.in bonæ fidei. C. de reb.
cred.& iureiur. Alexan.in l.admonendi.in fi.de
iur.& ibidẽ Curt.Iun.nu.73. Marſi. in l. mari-
tus.nu.50.de quęſt.& in ſing.273. Ea eſt ratio;
14 quia † fœnerator infamis eſt l.improbum.ff. ex
quibus cauſ. irrog. infam.& conſequenter non
eſt perſona honeſta. Cæterùm ſolet dubitari,
15 † quid in eo, qui deſijt exercere fœnus. Et in ſpe
cie hac exiſtimauit Curt.Iu. in d.l. admonendi.
nu.73. hunc non amplius eſſe infamem, & pro-
pterea ei deferri poſſe hoc iuramẽtum. Hæc tra-
ditio à nobis fuſius explicabitur infra ſtatim,
cum de periuro agemus; & multò vberius infra
in caſu 499.nu. . . . vbi explicabimus, an fœne-
rator, qui fœnus deſijt exercere compelli poſſit
edere libros rationum, quos fœnerator ipſe ede
re compellitur. Ita etiam non defertur hoc iura
mentũ iudæo exercenti fœnus cõtra Chriſtia-
nũ, vt ſenſit Crau. in conſ.73.nu. 25. Non autẽ
16 contra alium iudẽũ. Dubitari etiã ſolet an † ſpu
rio poſſit deferri hoc iuramentum? Et nõ poſ-
ſe ſcripſerunt Cacialup. in l admonendi. num.
156.de iureiur.& Marſi. in l.maritus.nu. 52.ff.
de q.& vberius in ſing.273. Id quod vel ex eo di
17 cendum videbatur, quia ſpurius eſt infamis; ſi-
cuti ſcribunt Azo in ſumma.C.de infam. Bald.
in l.in bonæ fidei.nu.1.in fi.C.de reb.cre. & iu
reiu.in l.1.C.de iure aureor. anulorũ; & in l.ge
neraliter.C.de inſt.& ſubſt.& Ale.in l.3.col.2.
ff.de libe.& poſth. Quorũ opinio comprobari
maximè videtur ex eo, quod ſcriptũ eſt. Sap.c.3.
Adulterorũ filij abominatio ſunt Deo. & aper
tius in c.coniunctiones.35.q.2. & in c.cũ mul-
te.15.q.8. ita dixit Calix.Pont.Max. Nos ſequẽ-
tes patres noſtros infamia eos notamus, & infa-
mes eſſe cenſemus, quia infamiæ macula ſunt
aſperſi, & quoniã eos deſignare funeſtum eſt. Ve
rùm in ſpecie hac noſtra contrarium verius eſ-
ſe docuit Curt.Sen.in l.admonendi.nu. 5. ff.de
iureiur. nempè his ſpurijs deferri poſſe hoc iu-
ramentum: & illius doctrinam probauit ibidẽ
18 Cur.iun.nu.74. Non.n. verũ eſt † ſpurios eſſe
infames, quemadmodum multis demonſtrant
duo eruditiſſimi iuriſconſulti nẽpè Alci.li. 10.
Parerg.iuris, c.8, & Palæot.in tra.de Nothis, ſpu
rijsq; filijs.c.55. Quibus fit vt vanę ſint illæ de
clarationes, quas cõmemorat Marſ.in ſin. 273.
19 Ex prędictis quoque infertur † periuro non
eſſe deferendum hoc iuramentum in ſupplemẽ
tũ probationũ. Ita ſcripſerunt Cacialu. in d.l.
admonẽdi.nu. 154.de iureiur.& ibidẽ cæteri,
& copiosè Marſ. in l.maritus.nu.36.ff.de q. qui
multis cõprobat, & alia tradit Plotus in l. ſi qñ,
nu.794.C.vnde vi. Cæterũ dubitari ſolet, ꝙ ſi
20 à † periurio abſolutus iã fuerit. Et huic eſſe de
ferendũ hoc iuramentũ, decidit Affli.deci. 36.
qui atteſtatur, ita diffiniuiſſe conſiliũ Neapoli.
21 Ea rõne motus, ꝙ † peccator, poſt peractã pœ-
nitentiã, nõ dicitur amplius peccator. c. ferrũ.
50.diſt.c.2.de cõſecr.diſt.3.& c.eã te, de reſcr.
& ſcribit Io. Andr. in reg. ſemel malus. de reg.
iu.in 6. Et ſcribit Bal.in l.1.in fi.C.locati, eũ, quĩ
22 † malę famæ fuit, & nũc bonæ, nõ manere ali-
qua infamia notatũ. Quare Bar.in l.in cõfirmã
do.ff.de cõfir.tuto. docuit pręſumptionẽ illam,
23 ꝙ † ſemel malus præſumatur adhuc malus, nõ
eſſe ex neceſſitate, & ob id ceſſare, cùm is reſi-
puit. & idẽ affirmarũt Alex.in conſ.47.nu. 10.
& in cõſi.72.in fi.li.1.& Iaſ.in l.ſi prius.nu.42.
ff.de ope.no.nunc. Et huc pertinet, quod docue
runt Alex.in l.1.nu.33.ff.ſolu.ma. & Iaſ. in l.in
24 arenã, C. de inoff.teſt. dũ ſcripſerũt, ꝙ † ſi filia,
quæ peccauit in ſuũ corpus, peracta pœnitentia
reſipiſcat, alenda, & dotãda eſt à patre. Id quod
affirmarunt & Ruinus in conſ.131.nu.8. li. 4.&
Petraſancta ſing. 2. Accèdit quoq; ꝙ ſi quis blaſ
25 phemauit, † & deinde pœnitentiã egit confeſ-
ſione ſacramentali facta coram ſacerdote, am-
plius non eſt puniendus, nec habetur vt blaſphe
mus. Ita ſcripſerũt Dec.in cõſ 137.nu.3.& Fer
rat.caut.25. Verũ hãc traditionẽ credo nõ eſſe
ſatis



ſatis veram, vt admonui ſupra in caſu 372.nu
me, 11. Ad rem magis facit, quæ dicemus inf.
in caſu 499.nu. . . de fœneratore, qui deſijt
exercere fœnus, an compelli poſſit edere libros
rationum, quos exercentes fœnus edere cogun
tur.

Quò verò ad ordinem iudiciarium obſerua-
26 re debet prudens iudex, vt † iuramentum hoc
deferat cauſa cognita, vt in ſpecie ſcripſit Bald.
in c. 1.§. vlt.de ſucceſſ.fratrum, quẽ refert Mar
ſilius in l.maritus.n.19.ff.de quæſtio. Requirit
autem hæc cauſæ cognitio, vt aduerſarius cite-
27 tur, † ſicuti admonuit idem Marſi.pręcitato lo
co nu. 18. poſt Bald.Ang.Alex.& alios, & deci-
cidit Capicius deci. 35.nu.3. Requirit quoque
28 vt iuramentum hoc deferatur, ſi pars † petijt,
non autem ex ſuo officio iudex præſtare illud
debet. Ita Bart. in l.admonendi nu. . . de iureiu.
& ibidem Cur.ſen.nu 10. aſſerit, receptam opi
nionem eſſe cum eo, idem probarunt Capicius,
29 Plotus, quos infra recenſebo. Petitio † autẽ fie
ri debet intra tempus probatorium, vt præcita-
to loco admonuit Curt.ſen. Iaſ. ibidem in rep.
318.& copiosè diſſerit Marſ.in d.l.maritus, nu
me.22.& nu.23. aſſerit eſſe communem, quam
etiam probarunt Capicius deciſ.35.nu. 1. & 2.
Plotus in l. ſi quãdo, nu. 831.C vnde vi.& Ruy.
in conſi.35.nu.6.lib. 5. Hęc ſufficiant.

*SVMMARIVM.*

1 *Regularibus datam eſſe facultatem prædicandi, & audiendi ſacras confeßiones.*
2 *Prælatũ ciuitatis eligere tot clericos regulares, quot ſufficiant ad prædicandum.*
3 *Epiſcopum eligere numerum regularium pro prædicationibus & ſacris confeßionibus.*
4 *Gloßa clem. dudum. §. ac deinde. de ſepul. declaratur.*
5 *L. ſi duas. §. decet. ff. de excuſat. tut. declaratur.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur, quis magnus numerus medicorum eſſe dicatur in ciuitate.*
7 *L. ſi in aliquã, ver. curatoreſque operum. declaratur.*
8 *Iudicis arbitrio relinquitur, qui numerus curatorum operis in ciuitatibus eſſe debeat.*

## CASVS CCCCLXV.

### DE NVMERO CLERICORVM regularium, vt prædicent verbum Dei, & audiant ſacras confeſſiones in eccleſijs ſeculariũ clericorũ; Et numero medicorum, & curatorum operis in vrbibus.

INTER clericos ſeculares & re
gulares præſertim ordinis prędi
catorum fratres magna aliquan
do extitit contentio de verbi
Dei Optimi Maximi prædica-
tionibus, ac de audiendis ſacra-
mentalibus laicorum confeſſionibus. Quã qui
dem & Bonifacius Octauus, Clemẽs Quintus,
ſuis ſuper inde editis conſtitutionibus ſedarũt.
Nam vt Clemens ipſe recenſet in clem.dudum,
1 de ſepul. permiſſa eſt facultas † regularibus ip-
ſis clericis & prędicandi, & audiendi confeſſio
nes: data tamen fuit certa forma & ordo ita fa-
ciendi, ſicuti in ea clem.dudum, ſcriptum legi-
mus. In qua quidem illud inter cætera obſerua-
2 ri in §.ac deinde, prouinciæ, vel ciuitatis † prę-
latum tot fratres eligere debere, quot ſufficere
poſſint in audiendis ſacris his confeſſionibus.
Ita enim conſtitutum legitur. Numerus autem
perſonarum aſſumendarum ad huiuſmodi offi
cium exercendum eſſe debet, prout vniuerſitas
cleri & populi ac multitudo vel paucitas exigit
eorundem. Hæc clemens. Cæterum dubitare
contingit, quid ſi contentio ſit inter prælatum,
& ipſos fratres de numero eligendorum. Cum
Epiſcopus dicat decem ſufficere, fratres verò
contendant maiorem numerum requiri. Hanc
dubitationem diſſoluit gloſſ. in d.§.ac deinde,
in verbo exigit, quæ ait † Epiſcopum eligere cũ
numerum poſſe, qui ſufficere poſſit populo: &
ſi adhuc contentio ſit, poſſe, nõ poſſe ſufficere,
erit iudicis arbitrium diffinire. Quam quidem
ſententiam probarunt ibidem Cardinalis in
ver. extra ciuitates, quæſt. 6. Bonifacius Vital.
num. 9. & num. 10. & cum eis idem ſenſit Syl
ueſter Prierius in ſua ſumma, in verbo Confeſ-
ſor.il 2. nume.10. Ita intelligo traditionem il-
4 lam gloſſæ, & ſequatium, quæ alioqui obſcura
eſt, dum ait gloſſa, de reliquis recurratur ad ar-
bitrium boni viri. l.continuus.§. cum ita, de ver-
5 bor. oblig. His declarari poteſt textus in † l. ſi
duas.§.decet.ff.de excuſ. tuto. Cum enim Mo-
deſtinus retuliſſet Antonij Pij conſtitutionem
de numero medicorum, rethorum, & gramma
ticorum habendo in ciuitatibus paruis, & ma-
gnis, ſubiungit in eo.§. decet, in maximis vrbi
bus, atque in metropolitanis maiorem requiri
numerum. Qui autem maior ſit iſte numerus,
6 ibi non ſtatuitur, & propterea relinquitur † iu
7 dicis arbitrio. Ita etiam declaratur l. † ſi in ali
quam. ver. curatoreſque operum.ff.de offic.pro
conſ. & legat. Recenſet eo loci Vlpianus Pro-
conſulis officium, & munus, cum in ſuam per-
uenit prouinciam, vt ſcilicet curet inter cæte-
ra eligi curatores; qui reficiant collapſa ædifi
8 cia. Ille † curatorum numerus, nec illa, vel alia
lege declaratus eſt: & ob id arbitrio ipſius
Proconſulis erit relinquendum.

*SVMMARIVM.*

1 *Vaſallus quem ex duobus dominis contendentibus de dominio directo debeat recognoſcere.*
2 *Iudex ſtatuit terminum duobus dominis de directo dominio contendentibus.*
3 *Iudicis arbitrio relinquitur, qualis terminus ſtatui debeat duobus dominis contendentibus de dominio directo.*

## CASVS CCCCXLXVII.

### DE TERMINO AD PROBANDVM dominis inter ſe de directo dominio contendentibus.

VENIT aliquando, vt duo cō
1 tendant de dominio † directo
feudi, vel emphyteuſis; amboq;
requirant vaſallum, vel emphy
teutam, vt ſe & non alterū reco
gnoſcat in dominū. Quid agen
2 dum à vaſallo ſit, ambigitur. Erit certè † hac in
re iudicis officium ſtatuere terminū vtriq; ad
probandū de ſuis iuribus, & interim is vaſallus
neminē eorū recognoſcere debebit. Qui aūt is
3 terminus eſſe debeat † iudicis arbitrio relinqui
tur, ita ſcribit Moder. Pari. in cōmentarijs ad
conſuetudines Pariſienſes, tit. 1. §. 42. num. 24.

*SVMMARIVM.*

1 *Officium, artem, & ſciētiam intra quod tempus quis dicatur amiſiſſe.*
2 *Mercaturæ exercitium quando quis reliquiſſe, & amiſiſſe dicatur.*
3 *Artem mechanicā exercere deſiſſe quis dicitur poſt decennium.*
4 *Scientiam ſpacio decennij amitti.*
5 *Iudicis arbitrio relinqui, quando quis dicatur amiſiſſe habitum ſcientiæ.*

## CASVS CCCCLXVII.

### QVANDO QVIS OFFICIVM, artem, vel ſcientiam ob temporis curſum amiſiſſe dicatur, breuis explicatio.

1 DVBITARI ſcio, quanto † tem
pore quis præſumatur amiſiſſe
officium, artem, vel ſcientiam,
vel eius habitū, quæ reliquit,
& ad alia animum applicuit.
Diſtinguit & ſanè egregiè Bar.
in tract. teſtimoniorum nu. 63. tres hos caſus.
2 Primus eſt, cùm de officio, quod ille iam † exer
cebat, ambigitur, vtputa de mercatura, quā tra
ctabat. Et tunc exiſtimat Bar. quòd ſi aliquod ge
nus negotiationis exercet, in qua non ei licet,
relicta prima, vel ſi per quinquennium iam ip
ſam mercaturam deſeruit. Hoc ſanè caſu is mer
cator, alterve officium gerens præſumitur ami
ſiſſe & officium, & officij habitum.

Secūdus eſt caſus, cū agitur de artificijs me-
3 chanicis. Hoc in caſu requirit Bar. decēniū. Nā
(ait ille) & tāto tpe præſumitur obliuio, ex qua
poſſeſsio amittit, iuxta l. peregrè. ff. de acq. poſſ.

4 Tertius eſt caſus, cùm † de ſcientijs tractatur.
Quo ſanè in caſu concludit Bart. q cur ſu decen
nij amittitur quiuis ſcientiæ habitus, ſiue is ſit
debilis, ſiue firmus. Cùm vero ſciētiæ habitus
leuis, debiliſque fuit, ſicuti contingit in ſcolaſti
co, qui non diu, vtputà, biennium ſtudijs ope-
rā dedit: is enim ſi relictis libris in caſtris pro-
fectus eſt breui atque ita modico tempore ha-
bitum illum ſcientiæ, & ſtudij amittit. Quod
5 autem ſit breue hoc tempus † iudicis arbitrio
(ait Barto.) terminatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Rationes qui reddere tenetur, quo in loco teneatur.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, quo in loco quis teneatur reddere rationes adminiſtrationis.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui quo in locō teneatur grauatus implere conditionem.*
4 *Conditio, ſi decem dederis, interdum eſſe difficilem.*
5 *Diffinitio generalis pro iudicis arbitrio ſumi.*

## CASVS CCCCLXVIII.

### DE LOCO, IN QVO QVIS tenetur reddere rationes, implere conditionem, & his ſimilia facere.

CVM ſeruo legata eſt libertas, ſi
de adminiſtratis rectam reddi-
derit rationē, & dubitatur quo
1 nam in loco † rationes redde-
re debeat, ex ſententia Priſci,
quam recēſet Scęuola in l. pen.
§. vlt. ff. de cond. & demon. dicendum videba-
tur, reddendam eſſe in loco eius, cui reddenda
ratio eſt, etiam ſi is abſit. Verùm Scæuola exiſti
2 mauit verius eſſe, vt iudicis † relinquatur arbi-
bitrio, qui ex loco & perſona æſtimet, vbi reddi
ratio oporteat. Prudens itaque iudex, vt rectè
admonet Io. Imo. in eo §. vlt. ſtatuet, ne in loco
nimis remoto rationes reddat, & ne id faciat cu
iuſuis cauſa, ſed ſolùm ſi is, cui reddēda ratio eſt
ſit vir nobilis & magna (vt illius verbis vtar)
perſona. Et hęc Scæuolæ ſententia obtinet & in
cæteris conditionibus implendis, vt ſi hæres in
ſtitutus grauatus ſit aliquid dare Caio, an ad
Caij domum accedere debeat, & ibi præſtare.
3 Hoc equidē & † iudicis arbitrio relinquitur. Ita
ex Scæuolæ ſentētia docuit Bal. in l. 1. nu. 18. C.
de inſti. & ſub. Et his declaratur tex. l. ſuus quo
que, §. puto. ff. de hęred. inſti. quo loci Vlp. ait,
4 † hāc conditionē, ſi decem dederis, eſſe indiffi-
cilem, i. valdè difficilē, vt exponit ibi Accu. ſi is,
cui decē danda ſunt, peregrinetur lōginquo iti-
nere. Quocirca (ſubiūgit Vlpianus) ad generalē
definitionem recurrendum eſt. Definitio autē
5 generalis eſt † ipſum iudicis arbitrium, ſicuti
& glo. ibi ſenſit, & clarius ex Scæuolæ ſententia
in d. l. pen. §. vlt. ff. de cond. & demo. explicatur.

*SVMMARIVM.*

1 *L. Mæuia. §. vxore. ff. de annuis lega. declaratur.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, ſeruus, cui relicta eſt libertas ad hoc, vt cum hæredibus habitet, an eum peregrinantem ſequi debeat.*





3 *Legatarius, cui eſt legatum, ſi cum hærede habitauerit, eum ſequi tenetur, ſi is conſueuit peregrinari.*
4 *Vxorem teneri ſequi virum peregrinantem, ſi is conſueuit peregrinari tempore matrimonij.*
5 *Vxorem ſequi debere virum modicè peregrinantem.*
6 *Legatarius cui factum eſt legatum, vt ſit cum hærede, nō tenetur eū ſequi in magna peregrinatione.*
7 *Vxorem non teneri ſequi virum in longa peregrinatione.*

## CASVS CCCCLXIX.

### DE VXORE ET LEGATARIO quando maritum, vel hæredem peregrinantes ſequi teneantur.

REVOCAT in memoriā præ
cedens caſus, vt hoc loco ex-
ponam aliud Scæuolæ de con-
ditionibus implendis reſpon-
1 ſum. Is enim in † l. Mæuia. §.
vxore. ff. de annu. lega. ſcribit
in hæc verba: Vxore hærede ſcripta, ita caui;
Libertis meis omnibus alimētorū nomine ſin
gulos annuos denarios duodecim ab hęrede da
ri volo, ſi ab vxore mea non receſſerint. Quæro
cum paterfam. ſua voluntate de ciuitate difficile
profectus ſit, ea aūt aſſiduè proficiſcatur: an li-
berti cum ea proficiſci debeant. Reſpondi, non
poſſe abſolutè reſponderi, cū multa oriri poſ-
ſint, quæ pro bono ſint æſtimanda: ideoq́ue hu-
iuſmodi varietatem viri boni arbitrio æſtiman-
dā. Hæc Scęuola, qui verè & rectè exiſtimauit, eſ
2 ſe relinquendum iudicis arbitrio, vt is iudicet,
an liberti ſequi debeant teſtatoris vxorē, à qua
teſtator eos recedere noluit. Prudens aūt iudex
facilè poterit multos caſus conſiderare, in qui-
bus aliquādo exiſtimabit eū, qui cū hærede, vel
altero morā trahere debet, ſequi eū debere, ali-
quando verò non. Caſus itaque ſic diſtinguo.
3 Primus eſt, cùm tempore † quo teſtator lega
tum fecit, ille hæres, cum quo legatarius habita
re debet, iā conſueuit abeſſe & peregrinari. Hoc
enim in caſu rectè æſtimabit iudex, teſtatorem
eius propoſiti fuiſſe, quòd legatarius proficiſce
retur vnà cum ipſo hęrede, ſi quidē teſtator ſe-
cundum qualitatem perſonæ hæredis, cuius be
neficio conditionem adſcripſit legatario, diſpo
ſuiſſe cenſetur, arg. l. plenum §. equitij. ff. de vſu
& habit. Qua rōne adductus ſcripſit poſt Cyn.
& Guielmnm de Cuneo Bart. in d. l. Mæuia. §.
4 vxore. nu. 3. † vxorem teneri ſequi virum pere-
grinantem, quando peregrinari is iam conſue-
uit tempore quo nupſit. Quā ſanè Bart. ſenten-
tiam probarunt prius gl. in c. vnaquæque, 13. q.
2. & in c. ſi quis neceſſitate. 33. q. 2. & in c. 1. qui
matr. accuſ. poſſunt. Albe. in l. 1. C. de vxo. mil.
Bald. & Ang. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff.
ſolu. matr. & ibidē Alex. nu. 4. Abb. & Card. in
c. de illis. de ſponſa. & in c. de vxore. de ſepul.
Ang. Aret. in §. 1. nu. 12. inſtit. de S. C. Tertull.
Corſetus in ſuis ſingularibus in verbo, vaga-
bundus. in fine. & alios commemorat Tiraq. in
tract. de legib. cōnub. l. prima. num. 37.

Secundus eſt caſus, quando his hæres pere-
grinari non conſueuit, ſed peregrinatio eſt mo
dica, atque ita leuis incommodi. Hoc etiam in
caſu rectè arbitrabitur iudex, hæredē ſequendū
5 eſſe. Ita de † vxore, quę virum modicè peregri-
nantem ſequi debet, tradit Bar. in d. §. vxore. nu
me. 3. verſ. ſed ſi eſſet. qui hoc comprobat ex d.
§. vxore. & ex c. 1. de coniug. lepro. Et cū Bart.
idem ſcripſerunt Ang Aret. in d. §. 1. num. 12.
inſtit. de S. C. Tertull. Corſetus in d. ſingulari, in
verbo, vagabundus. in fin. Aufrerius in anno. ad
Capellam Toloſa. q. 86. & Tiraq. in præcitato
tract. de legib. connub. in l. prima. nu. 37.

Tertius eſt caſus, quando is hæres tēpore di-
ſpoſitionis teſtatoris non conſueuit peregrina-
6 ri, & peregrinatio, quam nunc facere † vult, eſt
magna, & legatarijs valde incommoda. Hoc ſa-
nè caſu non tenentur legatarij ſequi ipſum hæ
7 redem. Ita arg. d. §. vxore. docuit Bar. ibid. † mu
lierem non teneri ſequi virum peregrinantem
cum lōginquis in regionibus vult proficiſci Et
Bart. ſequuntur Angel. Aret. in d. §. 1. nu. 12. in-
ſtit. de S. C. Tertull. & alij commemorati à Ti
raquello loco ſupra allegato:

*SVMMARIVM.*

1 *Multa dicuntur quæ non fiunt.*
2 *Promiſſa illa ſpectantur, quæ etiam implentur.*
3 *Tractatum nil inferre, non ſecuta concluſione.*
4 *Concluſionem in contractibus eſſe ſpectandam.*
5 *Teſtes de tractatu, & non de concluſione actus atteſtantes non probare.*
6 *Dicta ante cōtractum non conſiderantur, niſi in contractibus fuerint repetita.*
7 *Legitimationis tractatum non inferre legitimationē.*
8 *Tractatus arguit animum contrahentium.*
9 *Metum argui ex præcedentibus tractatibus.*
10 *Fraudem argui ex præcedenti tractatu de fraudādo.*
11 *Vſuram argui ex præcedenti tractatu.*
12 *Iudicis arbitrio relinqui quando præcedens tractatus arguat contractum fœneratitium.*
13 *Contractus talis præſumitur, qualis fuit concluſio.*
14 *Contractum vſurarium pręſumi ex tractatu ita concluſo.*
15 *Mutationem non præſumi.*
16 *Contractum non pręſumi ita celebratum, vt fuit tractatum, cum tractatus anteceſſit longo interuallo.*
17 *Contractus non præſumitur vſurarius, ſecundum tractatū non concluſum, et ceſſante omni coniectura.*
18 *Iudicis arbitrio relinqui, an contractus præſumatur vſurarius ob præcedentem tractatum non concluſum, concurrente temen aliqua coniectura.*
19 *Tractatum arguere contractum ita concluſum ex ſignis.*
20 *Emptor is pręſumitur, qui pecuniam numerauit, & ſi alterius nomen fuerit adſcriptum.*
21 *Homicidium an præſumatur ex præcedenti tractatu.*
22 *Præſumitur quid factum ob præcedens mandatum.*

## CASVS CCCCLXX.

### TRACTATVS QVANDO ARguat, & demonſtret contractus ſubſecuti naturam, dilucida explicatio.

VETVS eſt noſtrorum prouer-
1 bium † multa dicũtur, quæ de-
inde non fiunt; id quod maxi-
mè vſu venire ſolet in iactabun
dis & glorioſis illis Terentia-
nis Traſonibus, quibus con-
uenit illud Ouidianum,

*Promiſsis diues quilibet eſſe poteſt.*

Cum de vanis illis promiſſionibus loquere
tur Poeta, quæ ab his fieri ſolent. Quare ſcribit
Vlp. in l. ſciendũ. §. dictum, in fi. ff. de ædil. edi.
2 Ea autem ſola dicta, aut † promiſſa admittenda
ſunt, quæcunque ſic dicuntur vt pręſtentur,
3 non vt iactentur, Quæ igitur † pertractantur &
aguntur à partibus, niſi cõcluſio aliqua exiſtat,
nil operantur. l. ex cauſa. §. nunc videndum. in
fin. ff. de minor. 25. ann. in l. eleganter. in prin.
vbi gl. ff. de cond. indeb. & in l. ſi volũtate pro-
pè mediũ. C. de reſcin. vẽd, quo loci Bal. ſcribit,
multa in contractibus interuenire, ſolam tamẽ
4 contractus † concluſionẽ eſſe ſpectandã. Et idẽ
Bal. quẽ recenſet Affli. deciſ. 375. nu. 5. dicere
conſueuit, aliud eſt dixiſſe, aliud feciſſe, vel cõ-
traxiſſe. Et idem Bal. in c. vlt. col. vlt. de iureiu.
5 docuit, teſtes † qui atteſtantur, ſe interfuiſſe
tractatui, & non concluſioni, non probare con-
tractũ. idem Bal. in l. cũ allegas, nu 8. C. de vſu.
& Soc. iun. in conſ. 3. nu. 35. li. 3. Et Abb. in c.
dudũ vlt. not. de conuerſ. coniug. ſcribit, ꝙ etſi
multa fuerint à partibus dicta ante conſcriptũ
6 contractũ, illa † tamen non ſpectantur, ſi nil tẽ-
pore contractus fuit replicatum. Hinc reſpon-
7 dit Iaſ. in conſ. 22. in fi li. 3. tractatũ † de legiti
mando filium illegitimũ non inferre legitima-
tionem. Et Iaſ. in conſ. 24. nu. 6. li. 3. de tranſa-
ctionis tractatu, idẽ reſpondit, id quod facit &
Decius in conſ. 463. in prin. & ſimilia colligi
plura poſſunt ex Docto. congeſtis à Tiraq. in
tract. de retractu conuentio. ad fin. nu. 24. Cæte
8 rùm ex tractatu ipſo id proficiſcitur, vt ſaltem
arguatur, coniiciaturq; animus ipſarum partiũ.
ita ſcribit gl. in l. apud Celſum. ff. de excep. doli,
& Cæpolla in conſi. 2. ver. prima coniectura. in
9 ciuilibus, reſpondit † metum argui ex pręcedẽ
tibus tractatibus. Quam quidem traditionem
probauit etiam Crau. in conſ. 115. nu. 6. dũ cen
10 ſuit ex præcedenti tra. de fraudãdo † gabellã ar-
gui fraudẽ ſecutam, ſicuti & Bal. in l. cũ allegas.
11 nu. 8. C. de vſuris. docuit, contractũ † fœnerati-
tiũ argui ex præcedenti tractatu. Quod tñ Bald.
12 † iudicis arbitrio relinquit, & Bald. alij ſecuti
ſunt. Quo aũt tota hæc diſputatio eluceſcat, &
vt facile intelligat iudex, in quib. ſuũ verſetur ar
bitriũ, aliquot caſus ego ita diſtinguo, ſecutus
in multis traditionẽ Bal. in l. multũ. nu. 2. ver. &
cõclude, ꝙ quandoq;, C. ſi quis alteri, vel ſibi.

Primus eſt caſus, quando habitus eſt tracta-
tus, & is quidem firmatus atq; concluſus: dein
de contractus incontinenti confectus, conſcri-
ptusq́, aliã habet formã. Exemplum ſit ex eodẽ
Bal. ſi habitus eſt tractatus, ꝙ re ipſa maritus eſ-
ſet emptor, ſed ꝙ nomen vxoris ſuę apponere-
tur in inſtrumento; quod quidem incontinẽti
poſt tractatum illum fuit conſcriptum. Hoc in
13 caſu talis præſumitur † contractus, qualis fuit
concluſio ipſius. Ita Bal. in d. l. multùm. num. 2.
ver. & conclude ꝙ quandoq;. C. ſi quis alteri, vel
ſibi. Et propterea idẽ Bal. in l. cũ allegas. nu. 8.
14 C. de vſuris, ſcribit † contractũ fœneratitium
probari ſeu argui, quando de vſuris actũ fuit in
ipſo tractatu de contrahendo, & ille tractatus
15 fuit concluſus. Quia (ait Baldus) voluntatis † mu
tatio nõ præſumitur, ex quo ſtatim fuit contra-
ctum. l. pacta nouiſſima. C. de pactis. Et in ea ip
ſa l. pacta. idem ſenſit Bar. quẽ ibidẽ ſecuti ſunt
Alex. & Iaſ. ac ẽt Dec. col. 4. ver. Et ex prædicto.
qui ita de contractu ſimulato ſcribunt. Idem af
firmarũt Ale. in cõſ. 122. nu. 2. ver. ſecus ſi nõ,
li. 2. & in cõſ. 27. nu. 4. li. 3. Soc. ſen. in cõſ. 262.
col. 4. li. 2. Ruy. in cõſ. 198. in fi. li. 1. Iaſ. in l. Ti-
tia. §. idẽ reſpõdit plerũq;, nu. 4. de ver. obl. Dec.
in cõſ. 543. n. 19. Thom. Ferrarius cautela. 35.
16 Secundus eſt caſus, quando † habitus eſt qui
dem tractatus ſicuti ſuperiore caſu, ſed ex inter
uallo deinde fuit confectus atq; celebratus con
tractus. Hoc ſanè caſu ille pręcedens tractatus
non arguit contractum fuiſſe ſub ea forma con
fectum, imò coniectura fit, receſſum ab eo con-
cluſione tractatus fuiſſe, atque ita partes pœni-
tuiſſe illius concluſionis. Ita à ſenſu cõtrario ſu
mitur à traditione Baldi in d. l. cum allegas, nu.
8. & Bart. ac alij ſuperiore caſu citati idem ſen-
tiunt, & apertius Alex. in d. conſ. 122. nu. 2. ver.
ſecus ſi non. li. 2. & in l. ſi quis cum aliter. ff. de
ver. obl. quo loci Iaſ. nu. 3. etſi ſcribat, eã Alexan
dri tradititionem non conuenire interpretatio-
ni d. l. ſi quis cum aliter. & idem Iaſ. in d. l. Titia.
§. idem reſpondit. nu. 4. Hic tamẽ caſus declara
tur non procedere, qñ ex qualitate perſonarum
contrahentium coniici poſſet, eos tamdiu diſtu
liſſe, vt eum contractũ magis fingerent atq; rei
veritatẽ tegerent. ſicuti ſtatim comprobabimus.
Idem qñ aliæ extant coniecturæ. vt ſcribit in d.
§. idem reſpondit. nu. 4. ver. iſtam limitationẽ.
17 Tertius eſt caſus, † quando habitus fuit ſo-
lus tractatus, cuius verè nulla extitit cõcluſio,
nec aliqua adeſt coniectura, vel ex rei, vel ex per
ſonarum qualitate, quæ aliter ſuadeat. Hoc ſanè
caſu non præſumitur ſubſecutus cõtractus iux
ta formam non firmati tractatus, Ita Bald. in d.
l. multum. nu. 2. ver quãdoq; probatur. C. ſi quis
alteri, vel ſibi. Ea eſt ratio, quia multa, vt dixi-
mus, ſupra tractantur, quæ deinde non fiunt, at-
que ita intelligi poſſunt iura ſupra allegata, &
Doctores ibidem cõmemorati. & ſcribunt Dec.
in conſ. 18. col. pen. ver. 2. ex prædictis. & Iaſ. in
d. l. Titia. §. idem reſpondit plerunque, num. 4.
verſi. ſecundò principaliter. de verb. obli.

Quar-



Quartus eſt caſus, quando habitus fuit ſolus
tractatus, cuius verè nulla extitit concluſio: ſed
aliqua adeſt cõiectura ex qualitate perſonarum,
vt puta cùm arguitur cõtractus fœneraticius ob
præambulũ tractatum. & contrahens ille con-
ſueuit fęnus exercere, vel alia ſubeſt coniectura
18 ſimilis. Hoc ſanè caſu † iudicis arbitrio relinqui
tur, an ille contractus ſit fœneraticius. Ita Bal. in
d. l. cum allegas. nu. 8. C. de vſuris, quem in ſpe-
cie ſecutus eſt Laurentius de Rodulphis in tra
cta. de vſuris, q. 120.

Quintus & nunc vltimus eſt caſus, quando
19 † habitus eſt tractatus, ſed nõ conſtat, an ita fue
rit concluſum: deinde apparent ſigna, quibus cõ
ſtat tractatũ fuiſſe executum, vt puta, tractatũ
fuit, quòd maritus eſſet emptor, & quòd fictè
nomen mulieris apponeretur in inſtrumẽto, at
que ita deinde ſub nomine vxoris cõfectum eſt
inſtrumentum, ſed maritus numerauit pretiũ,
vel ei facta eſt rei traditio, vel lõngo tempore ꝑ
ſuo poſſedit. Hoc ſanè caſu pręſumptio eſt, quòd
ita re ipſa fuerit actum, vt fuit tractatum, etſi de
cõcluſione tractatus nõ conſtet. Ita docuit Bal.
in d. l. multùm, nu. 2. verſi. ſed ſi probatur. C. ſi
quis alteri, vel ſibi, ex l. cum poſt, in princi. ff. de
iure dotium. Idem quod Bal. docuit Angel. in l.
filij. C. de don. inter. virum & vxo. illo textu ad
ductus. Et ſcribit idem Angel. in l. quãuis ex il
lo textu. C. ſi quis alteri. vel ſibi, quòd ſi aliquis
20 † emit rem, & pecuniam ſoluit, & in inſtrumẽ
to ſcribi fecit nomẽ alterius, præſumitur nomẽ
illud fictè appoſitum, eumque verũ eſſe empto
rem, qui pretium numerauit. Et horũ traditio-
nes probauit Decius in conſ. 543. nu. 15. & 16.
quo loci Alex & Socyn. Sen. ſimilia tradẽtes re
cenſet. Eſt quoque annotandum illud exemplũ,
quod attulit Bal. in d. l. multum, n. 3. cùm dixit,
21 quòd ſi fuit † tractatum inter Titium & Caiũ
de occidẽdo Sęium ab ipſo Titio. Deinde Sęius
reperitur occiſus, præſumptio eſt, quòd ille tra-
ctatus fuerit concluſus. Quod probat Bald. au-
ctoritate Bart. in l. qui in aliena. §. ſi is, qui. ff. de
acquiren. hæred. qui quidem ait, quòd ſi præce-
22 dat † mandatum vt facias, & tu deinde feciſti,
præſumitur quòd nomine illius mandatis fece-
ris. Et Bartolum ſecuti ſunt Iaſ. in l. Titia. § idẽ
reſpondit plerunque, nu. 3. de verb. oblig. Ruin.
in conſi. 79. col. 3. lib. 4. & Pariſ. in conſi. 72. n.
34. lib. 2. & alios recenſet Tiraq. in tract. de re-
tractu conuentio. ad finem nu. 117.

## CASVS CCCCLXXI.

### DE POENA ILLIVS, CVIVS CAVſa fuit perpetratum delictum, etſi ipſe non mandauerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicidium alicuius cauſa commiſſum, eo tamen nõ mandante, an efficiat eum deliquiſſe.*
2 *Fratre meo occidente rixantem mecum, non ego dicor occidiſſe, vel cauſam dediſſe, vt puniar.*
3 *Auxilium in delictis quando puniatur.*
4 *Iudicis arbitrio puniri eum, cuius cauſa homicidium fuit commiſſum, & id contigerit præter voluntatem ſuam, & eo non mandante.*

EFFICIT quod paulò ſupra
ſcripſi ex Baldo in l. multùm. n.
3. C. ſi quis alteri vel ſibi, vt
hic ſubijciam caſum è conuer
1 ſo, de eo ſcilicet, cuius quidem
cauſa † commiſſum eſt homi-
cidium, ſed non eo mandante, nec re cum eo
pertractata, an inquam is pœna aliqua ferien-
dus ſit. Et puniendum non eſſe cenſuit gloſſa
in c. vlt. 23. q. vlt. in verbo, volentes, quę ait, ꝙ
2 ſi, me rixante cum aliquo, † frater meus eũ prę
ter voluntatem meam interfecit, non imputabi
tur mihi hoc delictum. Quam ſanè gloſſę tradi
tionem probarunt Bal. in l. data opera, colu. vlt.
num.... C. qui accuſa. non poſſ. Marſilius in
l. nihil intereſt, nu. 15. ff. ad l. Corne. de ſicar. &
in l. vnica. nu. 81. C de raptu virg. qui poſt Bal-
3 dum & alios ſcribit, aliquem non puniri de † au
xilio cooperatiuo, niſi probetur, quòd ad com
mittẽdum illud maleficium præceſſerit aliquis
tractatus. Verùm hanc ipsã opinionẽ intelligũt
4 permulti procedere quo ad pœnam † ordinariã
indicendam, ſecus quò ad extraordinariam iudi
cis arbitrio. Ita declarat & decidit eruditiſſimus
Oſaſcus deciſ. 104. nu. 2. & ad finem.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudicis arbitrio relinqui, quarum ex duobus præſumptionibus & coniecturis ſit potentior.*
2 *Præſumptio illa eſt cæteris potentior, quæ facit valere actum.*
3 *Præſumptio, quæ actum valere facit, quantæ ſit virtutis.*
4 *Preſumptio quæ à ſubſtantia deſcendit eſt validior illa, quæ deſcendit à ſolemnitate.*
5 *Teſtari voluiße vnde præſumptio ducatur.*
6 *Inſtitutionem hæredis eſſe caput teſtamenti.*
7 *Præſumptio illa eſt potentior, quæ benignior eſt.*
8 *Legatarius, qui & debitor eſt, dum ſoluit, in cauſam debiti, vt benigniorem ſoluere pręſumitur.*
9 *Pręſumptio benignior pręfertur illi, quæ facit valere actum.*
10 *Cauſa benignior antefertur.*
11 *Præſumptio, quæ iuri communi innitur, potentior eſt.*
12 *Cauſa quæ iuri communi cohęret potentior eſt.*
13 *Pręſumptio illa pręfertur, quòd miles voluerit teſtari de iure communi.*
14 *Pręſumptionem ſpecialem eſſe generali validiorem.*
15 *Cauſa ſpecialis antefertur.*
16 *Pręſumptionem magis ſpecialem pręferri.*
17 *Præſumptio magis ſpecialis dicitur, quę perſonam reſpicit.*

18 *Præſum-*

18 *Probatio magis ſpecialis eſt potentior.*
19 *Prẹſumptio naturalis potentior accidentali.*
20 *Præſumitur occidiſſe, qui vt inimicus minas intulit.*
21 *Furtum non commiſiſſe non præſumitur, qui erat impotens ad rei ſubtractionem.*
22 *Præſumptio eſt potentior, quẹ eſt magis veriſimilis.*
23 *Preſumptio eſt virũ bonũ furtum non commiſiſſe.*
24 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus credi.*
25 *Prẹſumptio, quæ pro reo eſt, potentior eſt.*
26 *Prẹſumptio ex quaſi poſſeſſione eſt potentior illa, quod res libera prẹſumatur.*
27 *Prẹſumptionem negatiuam affirmatiua potentiorẽ.*
28 *Cauſam negatiuam eſſe potentiorem affirmatiua.*

## CASVS CCCCLXXII.

### EX DVABVS, PLVRIBVSVE præſumptionibus quarum vna alteri præferatur.

IN Commentarijs, quos de præ
ſumptionibus, coniecturis, indi
cijs, & ſignis, mea omni diligẽ-
tia & ſtudio cõſcribo: & quos
breui in ſtudioſorũ manibus da
ri curabo, ſcripſi li.1.q.21.ex ſen
tentia Abb.in c.cum R.ſeniorem.n. 5. de elect.
1 † iudicis arbitrio relinqui, quarum vna ex præ-
ſumptionib. & cõiecturis alteri præferenda ſit,
vti firmior & potentior. Quò autẽ nũc valeat
iudex rectè arbitrari, aliqua hic adferam, quæ ex
iure noſtro aliquando obſeruaui.
2 Primò illa † præſumptio & coniectura cre-
ditur cæteris firmior & potentior, quæ actũ va
lere & conſiſtere facit. iuxta l. quoties. ff. de reb.
dub. & l. quoties. ff. de verb. oblig. & in ſpecie an
notarunt Deci. in l. in teſtamento. n. 12. C. de te
ſta. mil. & in conſi. 77. col. 4. ver. & iſta potẽs prẹ
ſumptio. Purpur. in l. rogaſti, §. ſi tibi. n. 38. ff. ſi
cert. pet. Neuiz. lib. 6. ſyluæ nupt. num. 47. verſi.
item in dubio, quòd actus. & Io. Annibal. in re-
pe. l. poſt contractum. nu. 107. ff. de donat. Et de
3 vi & virtute huius † præſumptionis, ꝙ actus in
dubio valere facit, copioſè ſcribunt Alciat. in
tract. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 34. Craue.
in conſi. 52. & Vantius in tract. de nullitatibus,
parte prima. nu. 24. & nos vberius lib. 3. de prẹ
ſump. & coniecturis, præſumpt. 27.
Secundò, illa præſumptio † potẽtior dicitur
quæ à ſubſtantia deſcendit, & illa debilior, quæ
à ſolemnitate oritur: ita in ſpecie docuit Hiero
nymus Buttigella in repe. l. ciuitas. n. 17. ff. ſi cer
tum pet. ex l. non codicillum. C. de teſta. Quo lo
ci Diocletia. & Maximia. reſpõderũt, præſum
5 ptionem eſſe euidentem † eum voluiſſe teſtari
qui hẹredis inſtitutionem, vel exhẹredationem
6 adſcripſit: cum inſtitutio † vel exhæredatio ſit
ſubſtantia teſtamenti. §. ante hẹredis inſtit. de le
ga. & in inſt. de exhæred. liber. in princ.
7 Tertiò, illa cõiectura † & præſumptio iudi-
catur potẽtior, quẹ eſt benignior: ita ſenſit Bar.
in l. ſi pupillo. ff. ad legem Falci. ex eo textu. Qui
recipit à legatario † aliàs debitore, cũ duplicẽ
ob cauſam recipere potuiſſet, nẽpè cauſa adim-
plendæ conditionis, & cauſa ſoluendi debitum
naturale, recipere dicitur ob cauſam ſoluẽdi de
bitum, vtpotè ob benigniorẽ, vt illa deinde in
falcidiam imputentur, id quod annotauit eo lo
9 ci Bart. & hanc † præſumptionem prẹferri etiá
illi, quæ facit valere actum, ſenſit Iaſ. in l. nomi
natim. in fine. ff. de libe. & poſth. & apertius Ne
uiz. lib. 6. ſyluæ nup. nu. 47. verſ. item in dubio,
quòd actus. Et ſimili in caſu docuit Alcia. in re-
pe. l. 2. in prin. nu. 34. ff. de verb. oblig. quòd in
10 † concurſu duarum cauſarũ illa præualet, quæ
benignior eſt. Et eo loci explicat l. 2. in fine. ff.
ad leg. Aquil. quæ alioqui aduerſari videbatur.
11 Quartò, illa potentior † præſumptio & cõ-
iectura iudicatur, quæ iuri cõmuni inhæret: &
illa debilior, quæ iuri ſpeciali. Ita vno verbo ſẽ
tit Crauet. conſ. 258. nu. 21. idem ſenſit Gratus
conſi. 64. nu. 46. lib. 2. ex doctrina Baldi in l. ſi
quis decurio. nu. 5. C. ad legem Corneliam de
falſis. cum dixit, ꝙ quãdo cõcurrunt duæ † cau
ſæ, quarum vna innititur iuri communi, altera
ſpeciali, illa, quæ iuri communi inhẹret alteri
anteponitur. Baldum ſecutus eſt Alcia. in repe.
d. l. 2. in princ. n. 35. ff. de verbo. oblig. Et in ſpe
cie magis huc pertinet l. nam ſi miles. ff. de iniu
ſto, rupto & irrito teſtam. quo loci præualet il-
13 la † prẹſumptio quòd miles teſtari voluerit iu-
re cõmuni, & non iure ſpeciali, cum ius cõmu-
ne ſit potẽtius. l. eius militis. §. militia miſſus. ff.
de milita. teſtamento.
14 Quintò, illa † prẹſumptio & coniectura po-
tẽtior & efficacior creditur, quẹ eſt ſpecialis, &
illa debilior, quẹ generalis eſt. Ita clarè ſcripſe-
runt Bart. in l. cum de indebito. in princ. nu. 1.
ff. de probatio. ex. illo textu, & Bald. in l. ſiue poſ
ſidetis. col. 1. verſ. vltimo oppo. C. de probatio.
Signorol. conſ. 67. nu. 2. & in conſi. 210. num. 5.
Anchar. in con. 305. nu. 2. Ruin. in conſil. 100.
nu. 4. lib. 3. Dec. in c. quoniam Abbas. col. 4. ver.
Et huius cõcluſionis ratio. de off. deleg. Pariſ.
conſ. 29. nu. 87. lib. 2. qui & Alexandrum varijs
in locis recẽſet. Idem probarunt Crauet. conſi.
250. nu. 2. & conſ. 258. nu. 21. & Gramma. cõſ.
13. nu. 8. in criminalibus. Eſt ſimile, quod dici-
15 mus, quòd quando duæ † cauſẹ cõcurrunt, vna
in ſpecie, & altera in genere; cauſa illa, quẹ eſt
ſpecialis, prẹualet. l. ſi ſeruis vrbanis. §. vlt. de le
ga. 3. vt ſcribunt Iaſ. in l. Tirię textores. nu. 28.
de leg. 1. & Alcia. in d. l. 2. in pri. nu 41. ff. de ver
bo. obli. Hinc dixit Brunus in tract. de indicijs
& tortura. q. vlt. nu. 1. potentiorem eſſe ſpecialẽ
illam prẹſumptionem, quòd vir quidá bonus
& integer vitẹ damnum non dederit, illa prẹ-
ſumptione generali: qua dicimus, damnum cen
ſeri datum à vicinis & incolis. Exempla plura
huic ſimilia ex traditionibus relatorum inter-
pretum haberi facile poſſunt.
26 Sextò, illa coniectura † & prẹſumptio eſt po
tẽtior & validior, quẹ eſt magis ſpecialis: ſi. n.
duẹ prẹſumptiones in ſpecie cõcurrant, ſed vna
ſit



ſit altera magis ſpecialis, hẹc magis ſpecialis po
tentior iudicatur. Ità ſenſit Bart. in c. quoniam
Abbas. col. 4. verſi. Et huius concluſionis ratio.
de off. delega. cùm ſcribit primò (quod & ſuprà
retuli) præſumptionem in ſpecie eſſe potentio
rem præſumptione in ſpecie, deinde ſubiungit,
17 illam eſſe † magis ſpecialem, quæ reſpicit per-
ſonam. Hic, ex eo comparatiuo magis, rectè in-
nuit Decius, præſumptionem magis ſpecialem
potentiorem eſſe. Idem affirmarunt Bal. Signo.
Anch. & Rui. quos ſupra retulimus. Ita dicimus
18 probationem † illam potẽtiorẽ eſſe, quæ magis
certa eſt, cap. prætereà & cap. in noſtra. de teſti.
Baldus in l. de rebus, n. 2. C. de dona. ante nupt.
Soc. Sen. in conſi. 270. num. 2. in fi. li. 2. Iaſon in
l. 1. n. 4. verſi. ſecundò ſingulariter limita. ff. ſol.
matr. & egregiè Inno. in c. auditis. de prẹſcrip.
19 Septimò, † præſumptio illa & coniectura iu
dicatur firmior & potentior, quæ naturalis eſt,
& illa creditur debilior, quæ eſt accidẽtalis. l. eũ
qui probabilem. C. de Epiſco. & Cler. & ibi no-
tat Baldus, quòd preſumptio naturalis præualet
alteri cuicunque opinioni, idem cum Baldo re-
ſpondit Craue. conſi. 250. nu. 2. Hinc fit, quòd ſi
20 † præſumptio eſt contra aliquem, quòd occi-
derit, vt quia erat eius inimicus & minas de oc
cidẽdo intulit, & alia cõtraria præſumptio ſit,
quæ à natura deſcẽdit, quod ſcilicet is accuſatus
fuerit eo tempore in loco tam diſtanti & remo
to, vt per naturam fieri minimè poſſet, quòd ibi
eſſet tempore perpetrati homicidij. Hæc poſte-
rior præſumptio naturalis potentior eſt, & illi
accidentali antefertur. ita ſcribit Franc. Brunus
in tract. de indicijs & tortura parte prima. q. vl.
n. 4. & cõferunt ea quæ ſcripſi ſupra. q. cũ decla
raui. l. optimam. C. de contrah. & cõmittẽ. ſtip.
Et ſimile ſcribit idem Brunus in d. q. vlt. nu. 3.
Cùm ait, quòd ſi teſtis deponit, aliquem furto
21 † ſubtraxiſſe, & è loco ad locũ ſuis humeris tu-
liſſe lignum, quod decem validiſſimi ferre non
potuiſſent, præſumptio hìc à natura deſcendit,
qua teſtis falſitas detegitur. Et cæteris potẽtior
eſt præſumptio hæc.
22 Octauo, præſumptio † & coniectura illa eſt
validior & potẽtior, quẹ veriſimilitudini magis
cõuenit. Ita ſcribit Franciſcus Brunus in tract.
de indicijs & tortura. parte prima q. vlti. nu. 2.
23 Cùm dicit, quod illa furti † præſumptio, quæ
oritur contra eum, qoi noctis tempore viſus eſt
aliquid ſub pallio ferre, extinguitur atque dilui
tur ea præſumptione, quæ naſcitur, probando
hunc accuſatum eſſe virum bonũ & frugi, cùm
hæc poſterior præſumptio ſit veriſimili magis
conſentanea. Ita eo loci Brunus poſt Angelum
in l. milites. C. de quæſtio. Et ſimile eſt, quod di
24 cimus, eſſe adhibendam † maiorẽ fidẽ teſtibus
magis veriſimilia deponentibus. l. ob carmẽ. §.
vlt. ff. de teſtib. & cap. in noſtra, eo tit. & copioſè
reſpondit Craue. in conſi. 6. nu. 65. & in conſi.
195. nu. 10. cæteros prætereo.
25 Nonò, præſumptio † illa & coniectura poten
tior iudicatur, quæ eſt pro reo contra actorem,
Ita in ſpecie reſpondit Craue. in conſi. 8. nu. 9.
qui ea ratione probat, quòd probationes rei prẹ
feruntur probationib. actoris, etiã in ciuilibus,
vt ait Glo. ſingularis in c. ſi clerici. 81. diſtinct.
Abbas in c. ex literis. de probatio. & omnes in l.
fauorabiliores. ff. de reg. iuris.
26 Decimò, validior † eſt præſumptio, quæ de-
ſcendit à quaſi profeſſione, quàm ſit illa, quẹ eſt
quòd quælibet res præſumatur libera. ita ſcri-
bit Raphael Comenſ. in l. ſi prius. nu. 15. ff. de
oper. noui nunria. quod declaraui in tract. de re
tinenda poſſeſſ. remedio. 5. nu. 53.
27 Vndecimò † præſumptio & coniectura po-
tẽtior, firmiorque eſt negatiua ipſa affirmatiua,
Ità Baldus in l. filium. prima lect. nu. 7. ff. de his,
qui ſunt ſui, vel alie. iuris. quem ſecutus eſt Pa-
riſius conſi. 29. nu. 83. lib. 2. Eſt ſimile, quod
28 dicimus † cauſam negatiuam eſſe potentiorẽ
ipſa affirmatiua, vt ſcribunt Alci. in repe. l. 2. in
prin nu. 39. de verb. oblig. cùm loquitur de cau
ſa permiſſiua & prohibitiua. Qua de re copioſè
Iaſon in l. ſi Rufinus. col. 1. C. de teſta. mil. & Ti
raquellus in l. boues. §. hoc ſermone. limita. 7,
num. 6. de verb. ſig.

*SVMMARIVM.*

1 *Cedentis teſtimonium non prodeſſe ceſſionario, cum cedens ſentit ex eo commodum.*
2 *Teſtis idoneus nemo eſt in cauſa propria.*
3 *Cedentis teſtimonium, cum nullum ſentit commodum, an probet pro ceſſionario.*
4 *Iudicis arbitrio relinqui, quando teſtimonium cedentis proſit ceſſionario.*
5 *Iudicis arbitrio relinqui, quando donantis teſtimonium proſit donatario.*
6 *Cedentis teſtimoninm recipi pro ceſſionarto quando de euictione cedens non tenetur.*
7 *Speculatoris cautela quædam vana.*
8 *Ceſſio in fraudem facta nil prodeſt.*
9 *Cedentis teſtimonium probare pro ceſſionario volente aduerſario.*
10 *Cedentis teſtimonium prodeſſe ceſſionario, cùm à traditione incepit ceſſio.*
11 *Cedentis teſtimonium probare contra ceſſionarium.*

## CASVS CCCCLXXIII.

### TESTIMONIO ILLIVS, QVI IVra ſua alteri ceſſit quanta adhibeatur fides pro ipſo ceſſionario.

NON ſemel ſolet ambigi, an ad
hibenda ſi fides teſtimonio ce-
dentis ad fauorem ceſſionarij.
Qua in re ſoleo diſtinguere
duos caſus: Primus eſt, quan
1 do † cedens poteſt ex eo teſti-
monio ſentire aliquod commodum. Hoc ſa-
nè caſu clarum eſt, eum non poſſe ferre hoc
teſtimonium, quia de re propria ferret. Ita ſcri
bunt Baldus in l. omnibus, nu. 1. C. de teſtib.
& ibi-

& ibidem Salic. Abb. in c. inſuper. num. 13. &
Felin. nume. 13. de teſtib. Capella Toloſa. q. 94.
& ibi Aufrerius in annota. Nec eſt qui diſſen-
1 tiat, cum ſit certa iuris cõſtitutio † neminem eſ-
ſe teſtem idoneum in re propria. l. nullus, ff. de
teſtib. & l. omnibus. C. eo.
3 Secundus eſt caſus, quãdo is cedens † nullũ
commodum & intereſſe prętẽdere ac habere ex
4 ea cauſa poteſt. Hoc in caſu iudicis † arbitrio re-
linquitur, quã fidem ei adhibeat. Ita affirmarũt
Abb. in d. c. inſuper. nu. 13. de teſtibus; Campe-
gius in tract. de teſtibus regu. 72. ver. fallit ſepti-
mò, Ioã. Crot. in tract. de teſtibus, parte quarta,
5 num. 76, qui loquitur † de donatore, vt etiã lo-
quitur Dec. in c. inſuper, nu. 18. de teſtibus. Au-
frerius in tract. de teſtib. nu. 17. & idem in addi-
ti. ad Capellam Toloſa. q. 94. nu. 4. Moder. Pa-
riſien. in annota. ad Alex. in conſi. 13. nu. 13. li.
1. & Mandoſius in annota. ad Roman. in conſi.
382. nu. 3. Iudex ergo prudens diligẽter perpẽ
det qualitatem perſonæ & negotij, vt fidem ad
hibeat, vel non adhibeat. Cum autẽ cedẽs ſenti
re poteſt commodum, vel incommodum ex ea
cauſa, erit reijciẽdus, ſicuti eſt, quãdo teneretur
de euictione rei ceſſæ. Ita Specul. in tit. de teſte.
§. 1. ver. ſed pone. vbi Ioã. Andreæ. Cãpegius in
d. tract. de teſtib. reg. 72. falen. 1. qui è contra di-
6 cunt teſtimonium cedentis † recipi quando de
euictione non teneretur. Quod tamen poſtre-
mum dictum intelligitur iudicis arbitrio, vt de
clarant Moderni Pariſien. in annota. ad Alex. in
conſi. 13. nu. 13. lib. 1. ſiquidem cedens ob affe-
ctionem immodicam, quã ad cauſam habet, reij
ci poſſet à iudice, vt declarat Alex. in d. conſi. 13.
nu. 13. & illum ſecutus eſt Ruin. in conſ. 33. n.
2. lib. 4. idem reſponderunt Guid. Papę. cõſ. 74.
col. vlt. & Roma. in conſ. 382. nu. 3. Qua ex re
7 infertur vanam eſſe † cautelam illam, quam ad
fert Specul. in d. §. 1. verſi. ſed pone. Cum ait, ce
dentem poſſe cedere ius omne ſuum, quòd ex ea
cauſa, in qua vult ferre teſtimonium, poteſt prę
tendere, & deinde ferre teſtimoniũ. Hæc caute
la redditur vana: quia etſi non mereatur cedens
iſte reijci ob commodum, quod ex ea cauſa po-
teſt prætendere, reijci tamẽ poterit ratione affe-
ctionis. Præterea ſcribunt Ioan. Andreę in addi
tionibus ad Specul. loco iam citato, Butr. & cæ-
8 teri in c. inſuper, de teſtib. hanc † ceſſionẽ nil ꝓ
ficere, cùm facta fuit in fraudẽ. Sed certè fraus
hic extat ſatis aperta, cũ cedat iſte eo animo, vt
ferre poſſit teſtimonium: & ex ſua hac ceſſione
ſuam erga cauſam oſtendit affectionẽ, & in ſpe-
cie illam Specul. traditionem reijciũt Guid. Pa
pæ & Roma. locis præallegatis, & Alex. in l. ſi ti
bi decem. §. nos autẽ, in fi. ff. de pactis. Recipi ta
9 men poterit cedentis † teſtimonium volẽte ceſ-
ſionarij aduerſario, Sali. l. omnibus, col. 2. C. de
teſtib. & Campegius in tract. de teſtib. reg. 72.
verſ. ſextò fallit. quinimò compelli hoc nomine
poteſt cedens, ita ex ſententia Guidonis de Su-
zaria, & Butrij ſcripſit Campegius in d. reg. 72.
verſi. quintò fallit. Non etiam recipiendum eſt
10 † teſtimoniũ cedentis eo caſu, quo à traditione
incœpit. ita Guid. Papę conſi. 74. col. pen. verſi.
nec obſtat ad hoc &c. qui declarat doctrinã Spe-
cul. in ti. de teſt. §. 1. ver. ſed pone mutuaui &c.
quã aliter intellexit, & minus rectè Campegius
in d. reg. 72. fallen. 1. Nam nil refert, vel tradide-
rit, vel ſolùm promiſerit, cum omni caſu reijci
debeat teſtimonium hoc ob affectionem.
11 Econtra verò † teſtimonium cedentis nocet
ceſſionario, & propterea recipitur. Ita ſcribunt
omnes cõfeſſionem cedẽtis nocere ceſſionario,
vt apud Imolam in l. facta. §. ſi heres, col. vlt. ff.
ad Treb. qui alios recenſet, Alex. in cõſ. 46. n. 5.
lib. 5. vbi recentiores apoſtillantes, Corn. in cõ-
ſi. 139. nu. 4. lib. 3. & Cepha. in conſ. 21. num. 1.
qui ſubiungit ex ſententia Baldi & Pariſii, hoc
maximè procedere, quãdo in iudicio (vt hic cõ-
tingit, dum fertur teſtimoninm) fit hęc ipſa cõ-
feſſio. Placet & mihi illa diſtinctio quatuor ca-
ſuum, quam egregiè facit Alcia. reſp. 376. nu. 9.
Illam hic non pertractabo, quòd à me paucula
hęc dicta ſunt.

*S V M M A R I V M.*


1 *Iudicis arbitrio multa tribui, an teſtimonium ſocij probet in cauſa ſocij.*
2 *Socius omnium bonorum fidem non facit pro ſocio, cùm de re ipſa communi agitur.*
3 *Socius omnium bonorum fidem facit in cauſa ſocij, cum diuerſa eſt cauſa defenſionis.*
4 *Socium poſſe examinari pro ſocio, cum de re non cõmuni agitur.*
5 *Socius rei ſingularis ferre poteſt teſtimonium pro altero ſocio, ſi modo agitur de parte alterius ſocij.*
6 *Coloni artiarij teſtimonium an probet pro domino.*
7 *Iudicis arbitrio relinqui, quando colonus partiarius probet pro domino.*
8 *Socius incidentis ſocietatis probat pro ſocio, cum de parte ſocij agitur.*
9 *Socius magna affectione deuinctus ſocio an pro eo fidem non faciat, ſi de eius ſola portione ſit lis.*
10 *Iudicis arbitrio relinqui, quæ affectio repellat ſocium ne probet pro ſocio.*
11 *Socius fidem facit pro ſocio, cùm fuit ab aduerſario productus.*
12 *Socius probat pro ſocio, cum eſt contentio cum tertio ſocio.*
13 *Socius & particeps criminis ad fauorem ſocij criminis non probare.*
14 *Mandatarium fidem facere pro mandante.*
15 *Socius criminis an probet contra ſocium.*
16 *Bar. diſtinctio, & doctrina reiecta.*
17 *Saliceti diſtinctio notabilis, & recepta.*
18 *Socium criminis regulariter interrogare non poſſe de participibus & conſocijs.*
19 *Infamis fidem non facit.*
20 *Socius in crimine furti non poteſt interrogari de participibus & conſocijs,*


21 *Socium*




21 *Socius in crimine falſi non poſſe interrogari de participibus*
22 *Item nec in crimine homicidij.*
23 *Item nec in crimine adulterij.*
24 *Socius criminis, qui non poterat interrogari de participibus, ſi fuit interrogatus, an fidem faciat.*
25 *Socius criminis aliàs non interrogandus de conſocijs probat, ſi coniunctum ſit aliud indicium.*
26 *Socius criminis aliàs non interrogandus de conſocijs indicium non facit ad torturam contra nominatum, etiam ſi adſit aliud indicium.*
27 *Socius criminis læſæ maieſtatis interrogari poteſt de conſocijs & participibus.*
28 *Item & in crimine hæreſis.*
29 *Item & in crimine conſpirationis.*
30 *Item & in crimine ſacrilegij.*
31 *Item & in crimine ſimoniæ.*
32 *Item & in crimine aſſaſſinij.*
33 *Item & in crimine maleficio.*
34 *Iudicis arbitrio relinqui quomodo aduerſus maleficum procedi debeat.*
35 *Socius criminis falſæ monetæ interrogari poteſt de participibus, & conſocijs.*
36 *Item & de crimine occulto.*
37 *Item & de crimine commiſſo à ſeruo in nece domini.*
38 *Item & in crimine lenocinij.*
39 *Item & in crimine corrupti teſtis.*
40 *Cap. ſicut, de teſtibus, declaratur.*
41 *Socij criminis teſtimonium, fidem facere contra ſocium nominatum, ut inquiratur.*
42 *Indicium exortum ex teſtimonio ſocij criminis diluitur, probando bonam famam nominati.*
43 *Socij criminis teſtimonium non facere indicium ad torturam contra conſocium à ſe nominatum, niſi alia indicia concurrant.*
44 *Indicia qualia eſſe debeant illa, quæ debent concurrere cum nominatione facta à ſocio criminis, vt nominatus torqueri poſſit.*
45 *Blanchi doctrina reiecta.*
46 *Saliceti traditio explicata.*
47 *Iudicis arbitrio relinqui, qualia eſſe debeant indicia, quæ debent concurrere cum nominatione facta à ſocio criminis, vt nominatus poſſet torqueri.*
48 *Fuga facit indicium contra ſocium criminis nominatum à ſocio inquiſito.*
49 *Socij criminis nominatio fidem facit contra ſocium nominatum, ſi plura concurrant.*
50 *Socij criminis nominatio debet eſſe facta in tortura, vt indicium faciat contra ſocium nominatum.*
51 *Infamis efficitur, qui delictum fatetur.*
52 *Infames ferre non poſſe teſtimonium.*
53 *Socius criminis, vt probet contra ſocium debet interrogari à iudice.*
54 *Item debet eſſe bonæ famæ, hoc eſt de alio crimine non infamatus.*
55 *Item non inimicus nominati.*
56 *Item ſua ſponte non debet deponere.*
57 *Teſti ſua ſponte deponenti non creditur.*
58 *Socius criminis fidem non facit contra à ſe nominatum ſocium, quando non veriſimilia deponit.*
59 *Teſtis minus veriſimilia deponens fidem non facit.*
60 *Socius criminis iurare an debeat, cùm nominat alium criminis ſocium & participem.*
61 *Praxim obſeruandam eſſe.*
62 *Socius criminis an probet contra ſocium, ſi veritas aliunde haberi poteſt.*
63 *Rolandi à Valle opinio reiecta*
64 *Socius criminis fidem facit contra ſocium nominatum, ſi alius idoneus teſtis concurrit.*
65 *Socius criminis quando deponit tanquam teſtis probat contra ſocium.*
66 *Socius criminis probat contra ſocium, quando de crimine ciuiliter agitur.*
67 *Socius criminis probat contra tertium, vt ſi agitur de partu ſuppoſito contra illum, qui aſſeritur ſuppoſitus*
68 *Statutum Mantuæ, quòd ſocius criminis interrogetur de conſocijs & participibus criminis, declaratur.*


## CASVS CCCCLXXIIII.

### QVANDO SOCIVS VEL BONOrum, vel criminis probet pro ſocio, vel contra ſocium, diligenter explanatum.

NON præteribo hic caſum non
longè à pręcedẽti diſſimilem,
qñ ſcilicet teſtimonio ſocij con
tra ſociũ adhibẽda ſit fides. Nã
& hic multùm verſatur iudi-
1 cis † arbitrium, vt ſcribũt Cã-
pegius in tract. de teſtibus reg. 88. in fi. & Au-
frerius in additionibus ad deciſiones Capellæ
Tholo. q. 94. in fi. poſt Abbatẽ à ſe relatũ. Hac
in re ſoleo ego diſtinguere atque conſtituere
duo capita, vnũ quod verſatur circa iudicia ci-
uilia, aliud ꝙ verſatur circa iudicia criminalia.
Quò itaque ad iudicia ciuilia, diſtinguo ego
aliquot caſus.
2 Primus eſt, cùm plures † ſunt ſocij omnium
bonorum, & de re ipſa eſt contentio. Hoc caſu
vnus ſocius non poteſt eſſe teſtis pro altero. Ita
vno ore ſcribunt Doctores in l. quoniã. C. de te
ſtibus, & expreſſim Alber. in trac. de teſtibus. §.
ſupereſt, num. 9. verſi. cõſequenter, Abb. in c. in
ſuper, nu. 14. de teſtib. & atteſtatur Cãpegius in
tract. de teſtibus, reg. 88. Crot. pariter in tra. in
teſtibus, parte quarta num. 77. Feder. Schen. de
tract. de teſtibus, nu. 37. Oldendorpius in tract.
de teſtibus tit. de perſonis teſtium nu. 22. & Au
frerius in tract. de reprobatione teſtium, nume.
89. ver. ſocius. Ea eſt manifeſta ratio, ꝙ vtriuſ-
que eadem eſt defenſionis cauſa ſiue omnium
bonorũ, ſiue rei dũtaxat litigioſæ, diuiduæ vel
indiuiduæ ſocij fuerint res, argumẽto. l. ſi ſepa
ratim. in fi. ff. de appellat. Et propterea cum cõ
modum, vel detrimentum ſit commune, nõ ad

mittitur

mittitur teſtimonium vnius pro altero; quia eſ-
ſet de re propria, quod nullo modo recipitur, l.
in omnibus. C. de teſtib.
3 Secundus eſt caſus, quando † ſunt ſocij om-
nium bonorum, & diuerſa eſt cauſa defenſionis
vnius & alterius. Hoc caſu admittitur teſtimo-
nium vnius ſocij cõtra alterum. ita Cynus in l.
quoniã liberi, C. de teſtib. & relati Doctores ſu
periore caſu præſertim Albericus in d. §. ſupe-
reſt nume. 10. verſ. ſi autem diuerſæ. Campegius
in dicta regula 88. fallentia ſecunda. Nam ſo-
4 cius † poteſt pro ſocio interogari cum de alia
re, vel de parte ſola alterius ſocij agitur, ita Bal.
in l. in omnibus. C. de teſtibus. & in l. ſi filium.
C. de liberali cauſa. & Ang. in l. ſi duo. ff. ſi quis
cautio, & Abbas in capitulo inſuper, nu. 14. de
teſtib. Ita ergo cùm diuerſa eſt defenſionis cau-
ſa. Quandoquidem ceſſat hic illa ratio, qua re-
pelli ſolet teſtis, nempè affectio.
5 Tertius eſt caſus, quando † ſunt ſocij rei ſin
gularis, & agitur de parte alterius ſocij, vel de
re diuerſa, tũc vnus ferre poteſt teſtimoniũ pro
altero. Ita Alber. in d. tract. de teſtib. §. ſupereſt.
nume. 10. verſi. ſi verò non ſunt. Campegius in
dicta regula 88. fallẽtia prima, & Nellus inſtra
ctatu de teſtibus. nume. 10. Et hinc videmus, ꝙ
6 † colonus partiarius poteſt ferre teſtimonium
pro domino, ſiue agatur de proprietate, ſiue
de poſſeſſione. Creditur enim ipſi colono aſſerẽ
ti ſe tuliſſe, vel dediſſe partem collectorũ fru-
ctuũ huic domino. Ita Salycetus in d. l. quoniã.
in fi. C. de teſtibus. Fulgoſius in cõſi. 161. In cau
ſa Iacobi. col. 1. Alexan. conſ. 57. num. 17. lib. 7.
Socinus Senior in conſ. 228. num. 7. lib. 2. Rui
nus conſi. 9. in fi. lib. 3. Neuiz. in conſi. 80. nu.
17. Pariſius in conſi. 104. nu. 159. lib. 1. Socin.
iunior in conſi. 146. num. 10. & conſi. 135. nu.
6. lib. 2. Exiſtimauit tamen, & rectè Dec. in cõſ.
7 100. num. 8. hoc relinqui† arbitrio iudicis, qui
pro qualitate rei & perſonarum fidem adhibeat,
vel non.
Quartus eſt caſus, quando ſunt ſocij, vel om
8 nium † bonorũ, vel multorum, ſed ſocietas eſt
incidens, & contentio eſſet de parte vnius ſocio
rum, cauſæque defenſionis eſſent diuerſæ. Hoc
ſanè caſu poteſt ſocius eſſe teſtis pro altero. Ita
ſcribũt Salyc. in l. quoniã, col. vlt. C. de teſtib.
Cãpegius in dicta regula 88. fallẽtia. 3. & Crot
tus in dicto tract. de teſtib. quarta parte. nume.
77. & apertius idẽ affirmauit Boer. q. 319. nu.
7. verſ. ſed in materia ciuili, poſt Angelum &
alios, quos recenſet. Ea eſt ratio, quia nullũ hic
verſatur commodum, vel incommodum ip-
ſius teſtis.
9 Quintus eſt caſus, qñ † ſunt ſocij vel omniũ
bonorum, vel vnius rei tantum, & eſt cõtentio
de parte alterius ſociorũ: ſed tamen extat fami
liaritas, & affectio inter ipſos ſocios. Hoc in ca-
10 ſu relinquitur † iudicis arbitrio, vt pro qualita
te perſonarũ, & affectionis, vel admittatur, vel
repellatur teſtis. Ita Cãpegius in tra. de teſtibus
reg. 88. fallen. vl. poſt Abb. in capitulo inſuper.
nu. 14. de teſtib. & atteſta. Crotus in tract. de
teſtibus parte 4. num. 76. & 77. & Aufrerius ad
capellam Toloſa. q. 94. in fi. & Gratus in cõſ. 27
nu. 10. li. 2.
11 Sextus eſt caſus, quando † ſunt ſocij vel om
nium bonorum, vel vnius rei tantum, & com-
munis eſt defenſio, ſed aduerſarius produxit
vnum ex ſocijs contra alterum. Hoc in caſu ſo
cius iſte fidẽ facit pro altero ſocio. Ita ſcripſit
Campegius in dicto tra. de teſti. reg. 88. fall. 4.
ex. tex. in auth. ſed iudex. C. de epiſ. & cle. Et ra
tio eſt; quia iam perſona huius ſocij approbata
dicitur: & ideo reijci amplius non poteſt præ-
textu affectionis, l. ſi quis teſtib. C. de teſtib.
12 Septimus eſt caſus, † quãdo ſunt ſocij vel om
nium bonorum, vel vnius rei, & cõtentio eſt cõ
tra tertium, qui aſſerit ſe pariter eſſe ſociũ. Hoc
in caſu ſocius admittitur, vt ferat teſtimonium
contra negantem illum tertium eſſe ſocium. Ita
Alber. in tra. de teſtib. §. ſupereſt. nu. 10. in fine.
poſt Io Andr. in additio. ad Specul. tit. de teſte.
§. i. nume. 11.
Secundũ nunc eſt caput huius propoſitæ di
ſceptationis, quod verſatur circa cauſas crimi-
nales. Hoc in capite ſunt diſtinguendi pariter,
atque conſtituendi aliquot caſus.
Primus eſt caſus, cùm ambigitur, an teſtimo
13 nium ſocij† criminis probet in fauorẽ alterius
ſocij. Hoc in caſu dicendum eſt, nõ probare. Ita
affirmarunt Spec. in tit. de teſte. §. 1. num. 37. Sa
lyc. in l. quoniam. colum. 2. verſ. ſed qũo. Cæpol
la in concilijs criminalibus cõſi. 32. col. 3. ver.
ſed ſocij criminis. Campegius in tra. de teſtib.
reg. 86. Oldendorpius in tra. de teſtib. titul. de
perſonis teſtium. nu. 21. Federicus Schench in
tract. de teſtib. nu. 37. Dec. in conſ. 342. nu. 2. in
fi. Boer. q. 319. num. 1. Pariſius in conſ. 53. nu.
15. li. 4. & Gramm. deciſ. 25. nu. 1. Et horum ſen
tentia probatur in l. quoniam. C. de teſtib. in c.
vlt. §. liberi, 4. q. 3. c. vlt. 15. q. 3. & in c. perſonas,
de teſtib. & atteſta. Adferri poteſt duplex ratio,
vna, quia adeſt affectio erga ſocium eiuſdem cri
minis. Secunda, quia iam eſt infamis, cum ſit cõ
feſſus delictũ, ſicuti infra dicemus. Declaratur
14 hic caſus, † vt non procedat in eo, qui dixit ſe
quidem habuiſſe mandatum de cõmittendo il
lud delictum à Caio, ſed quòd tamen erat perpe
traturus illud delictum abſque mandato. Ita in
terminis noſtris declarat Marſil. in conſilio 91.
num. 37.
Secũdus eſt caſus, cùm dubitatur, an teſtimo
15 nium ſocij † criminis probet cõtra ſocium, de
quo fuit interrogatus. Hoc in caſu variæ ſunt
16 traditionis Doctorum. Siquidem † Bart. in l.
repeti. §. 1. ff. de queſtio. diſtinguit, quòd aut ſunt
delicta, quæ principaliter committuntur ad
proprium commodum. Et tũc delinquens iſte
poteſt interrogari de ſocijs. Aut ſunt delicta,
quæ cõmittuntur in odiũ alterius: & iſto caſu
nõ poteſt interrogari de ſocijs, Hanc diſtinctio
nem Bartoli probarunt in ſpecie Ruin. in cõſ.
246. num. 9. lib. 5. & Grammaticus in conſil.
crimi-



criminalibus conſi. 21. nu. 3. Verùm Salycetus
17 † in l. vlt. col. 2. C. de accuſ. optimis quidem ra
tionibus diſtinctionem hanc confutauit. Alia di
ſtinctione vſus eſt ipſe Salyc. in d. l. vlt. colu. 2.
verſi. quapropter. Quæ ſanè diſtinctio etſi ſatis
mihi probetur, ſicuti eam probauit Boſſius in
tract. cauſarum criminalium. tit. de indicijs, nu.
145. qui dixit Saliceti cõſiderationes reuera ob
ſeruari. Attamen, quò facilius hic caſus à me ex
plicetur, propono regulã, deinde caſus aliquot
18 excipiam. Regula itaque eſt, quòd † ſocius crimi
nis non poteſt interrogari de ſocijs. Ita regulam
ſtatuunt gl. in l. vlt. C. de accuſ. Cãpegius in tra-
cta de teſtibus, reg. 88. Oldendor. in tract. de te
ſtibus, tit. de perſonis teſtium, nu. 22. ita etiam
regulam conſtituit Crotus in tract. de teſt. quar
ta parte, nu. 94. & Boſſius in tract. cauſarum cri
minalium. tit. de indicijs. num. 144. & apertius
Pariſius in conſi. 151. num. 8. lib. 4. ac Roland.
in conſ. 51. nu. 25. li. 1. & præter eos apertè Bal.
in conſi. 95. Regula lib. 1. Et ſatis manifeſtè pro
batur ex l. vlt. C. de accuſ. & ex c. 1. de confeſſ.
Et ratio eſt; quia hic delinquens, confitendo de
lictum, ſe infamem eſſe declarauit, vt reſpondit
19 Anch. in conſi. 189. † Infamis autem non facit
fidem, capitulo in primis, 2. q. 1. & in ſpecie tra-
dunt Alexan. in conſi. 11. col. 1. lib. 1. & Marſi-
lius in practica criminali. §. diligenter. nu. 62.
20 Hinc fit, vt in crimine † furti fur non poteſt in
terrogari de conſocijs, ſicuti ſenſerunt gloſſ. in
d. l. vlt. C. de accuſat. & Specul. in titulo de teſte.
§. 1. num. 37. dum enumerant caſus, in quibus
admittitur, vt inquiſitus poſſit interrogari de
conſocijs: & tamen caſus furti non recenſetur.
Sed apertius, quòd in crimine furti inquiſitus
non poſſit interrogari de conſocijs, ſcripſe-
runt Salicetus in dicta l. vltima, colum. 2. C. de
accuſat. Marſ. in conſi. 22. nu. 17. & Roland. in
conſ. 51. nu. 21. lib. 1. Qui quidem reijciũt opi-
nionẽ Bar. in l. repeti. §. 1. ad finem. ff. de queſtio.
Quę ſanè opinio Barto. defendi forte poteſt in
furto occulto, vt reſpondit Alex. in conſ. 69. col.
1. lib. 2. Vel ẽt in latrocinio. Ita declarat Feder.
21 Scottus in conſ. 1. nu. 45. lib. 3. tomo 2. Ita † ẽt
in crimine falſi commiſſi in inſtrumento, aliavè
ſcriptura inquiſitus non eſt interrogandus de
conſocijs. Ita reſponderunt Fulgoſ. in conſ. 109.
col. 3. & in cõſ. 136. col. vlt. verſ. nouiſſimè verò.
Dec. in conſ. 189. nu. 8. & in conſ. 234. col. 1. Pa
riſ. in conſi. 151. nu. 4. lib. 4. Soci. iun. in cõſ. 39.
nu. 64. lib. 2. & Rolan. in conſ. 73. nu. 1. li. 1. Idẽ
22 dicimus in crimine † homicidij, in quo inqui-
ſitus non põt interrogari de ſocijs, vt ſcribunt
Gram. in conſ. 21. nu. 1. in crimin. & Boſſius in
tract. cauſarum criminaliũ tit. de indicijs. num.
23 144. Idem affirmant Doctores de † crimine
adulterij, in quo inquiſitus non põt interrogari
de conſocijs. Ita inquam reſpondit Pariſ. in cõ-
ſi. 54. nu. 50. lib. 4. poſt Iaſ. in conſ. 22. lib. 1. qui
bus addo Fulg. in conſi. 136. col. vlt. Dubitari
24 autem contingit in caſu huius regulæ, quid † ſi
inquiſitus iſte, qui alioqui de ſocijs non erat in-
terrogandus, fuit interrogatus, an fidem aliquã
faciat. Et tantam fidem facere contra ſocium il-
lum nominatum, vt inquiri is poſſit, ſcripſerũt
Hoſtien. Io. Andr. Butrius, Abb. & Anch. in ca.
1. de confeſſ. quos ſecutus eſt Blanc. in tract. de
indicijs, nu. 387. verſ. contrariũ puto verius. Et
idem reſpondit Bal. in conſ. 95. Regula iuris, li.
1. Verùm ab hac opinione diſſentiunt cæteri fe
rè omnes, nempè Fulg. in conſi. 136. in cauſa cri
minationis. col. vlt. in cõſ. 173. col. 2. Dec. in cõ-
ſi. 189. nu. 8. Rui. in conſ. 146. nu. 8. 9. & in cõſ.
147. nu. 2. lib. 5. Iaſ. in conſ. 22. nu. 1. lib. 1. Goz.
in conſ. 2. nu. 21. Marſ. in pract. crim. §. diligen
ter. nu. 67. Boe. q. 319. nu. 1. verſ. ſed præcedens.
Grãm. in conſilijs crimin. conſi. 21. nu. 1. & nu.
4. & in conſi. 38. nu. 20. & Boſſius in tra. cauſa-
rum crimin. tit. de indicijs. nu. 182. Crediderim
25 tamen, ꝙ ſi aliud † indicium etiã forte leue con
curreret cum hac ipſa nominatione delinquen
tis poſſe formari inquiſitionem; vt ſcribunt Blã
cus in d. tractatu de indicijs. nu. 387. verſ. contra
rium puto: qui ait, eſſe etiam ſufficiens ad tortu
rã, quod non concedo. Idẽ ſcripſerunt Campe.
in tract. de teſt. reg. 86. fall. 2. & Crotus in trac.
26 de teſtib. 4. parte, nu. 159. Et non facere † indi-
cium ſufficiens ad torturã, etiam ſi aliud indi-
cium concurrat, reſpondit poſt multos Lud. Ca
tus inter conſi. crimin. diuerſorũ, conſi. 99. nu.
20. lib. 1. Fede. Scottus in cõſ. 1 nu. 46. li. 3. to. 2.
Ex hac autem regula excipiuntur aliquot ca
ſus, in quibus ſocius criminis poteſt interroga-
27 ri de conſocijs. Et primus eſt caſus in † crimi-
ne læſæ maieſtatis. l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.
glo. in l. vlt. C. de accuſation. & in capitulo vlti-
mo 15. q. 3. Baldus, Salycetus, & cæteri omnes
in d. l. vltima. C. de accuſat. Ruin. in conſi. 158.
nu. 3. lib. 3. Campegius in tracta. de teſtibus, reg.
86. fall. 8. Crotus in tract. de teſtibus, 4. par. nu.
95. Marſ. conſi. 1. nu. 32, Oldendorpius in tract.
de teſti tit. de perſonis teſtiũ. nu. 21. Boer. q. 319.
nu. 2. & Gigas in tract. de crimine læſæ maieſt.
tit. Quomodo, & per quos crimen læſæ maieſt.
probetur. cap. 7. num. 2. qui alios recenſet.
28 Eſt & ſecundus caſus † in crimine læſæ maie
ſtatis diuinæ, nempè in crimine hęreſis. Nam &
in hoc ſocius poteſt de ſocio interrogari. ita gl.
in d. l. vlt. & ibi Salic. colum. 2. C. de accuſa. gl.
in d. cap. vlt. 15. q. 3. Bald. in conſi. 95. Regula iu
ris. col. 1. lib. 1. Boer. q. 319. nu. 2. Gramm. in con
ſilijs criminalibus, conſi. 35. nu. 25. & poſt alios
Iacobus Simanchas in praxi hæreſeos. tit. 35. n.
18. qui hoc iudicis arbitrio tribuit, quanta ſci-
licet fides ſit huic ſocio adhibenda.
29 Tertius eſt caſus in † crimine conſpirationis
& coniurationis contra principem. Nam & hoc
in caſu ſocius & participes criminis admittitur
contra ſocium. Ita affirmarunt glo. in cap. vlt. de
teſtib. cogen. Campegius in tract. de teſtibus, reg
86. fallen. vlt. Crotus in tra. de teſtibus, quarta
parte. nu. 92. Marſilius in conſi. 1. nume. trige-
ſimo ſecundo. & in conſi. 109. numero vndeci-
mo. Boerius quæſt. 319. nu. 2. & Gigas in dicto

tract.de crim.læſę maieſt.ti.qũo,& per quos cri
men læſæ maieſtatis probetur.cap.7.num.3.
30 Quartus eſt caſus † in crimine ſacrilegij, in
quo inquiſitus poteſt interrogari de ſocijs, &
participibus criminis.cap.in primis. 2. quæſt.
1.& cap qui autem.17.q.4.Campegius in tract.
de teſtib.reg.85.fallen.9. Oldendorpius in tra
ctatu de teſtib.tit.de perſonis teſtium. nu. 21.
Boer. quæſt. 319.nu. 2.& Gram.in dicto conſi.
35.nu.26.
31 Quintus eſt caſus in † crimine ſimoniæ, in
quo inquiſitus poteſt interrogari de ſocijs.cap.
ſi quis Papa 89.diſtinct.& capit.1.de teſtib. in
6.glo.in c.vlt.15.quæſt.3.Inno.in cap.veniens.
de teſtib. Ruin.in conſi.158.num.3.lib.5.Cro-
tus in tract.de teſtib.4.parte.nu.94.verſic. am-
pliatur.Campegius in tract.de teſtib.reg.86.fal
lent.1.Oldendorpius in tract.de teſt.tit.de per-
ſonis teſtium num.21.Boer.quæſt.319.nu. 2. &
Redoanus in trac.de ſimonia,parte quarta. cap.
5.num.28.
32 Sextus caſus eſt in crimine aſſaſſinij, in quo
ſocius poteſt interrogari de ſocio ipſius crimi-
nis,l.Diuus,la ſeconda.ff.de cuſtod.reor. & l.in
prouinciarum.C.de ferijs. Ludouicus Bologn.
in conſil.8.colum.4. Marſilius in conſi.22. nu
me.15.Campegius in tract.de teſtib. regu. 86.
fallen.5.Boerius quæſt.319.num.2.Oldendor-
pius in tract.de teſtibus. tit. de perſonis teſtiũ.
num.21.& Grammaticus in conſilijs crimina-
libus,conſi.28.num.10. conſil.35.nu. 25.26.
& in conſi 44.num.1
33 Septimus eſt caſus † in crimine malefici, in
quo reus criminis interrogatur de ſocijs, & par
ticipibus.l.vlt.C.de malef.Baldus in conſi. 95.
Regula iuris.col.2.ver.item fallit.lib.1.qui iudi
34 cis † arbitrio ait eſſe relictum, quomodo aduer
ſus maleficum illum ſit procedendum. Salic.
in l.vlt.col.2.poſt glo.ibi,C.de accuſat.Campe
gius in tract.de teſtib.reg.86.fallent. 6. Crotus
in tract.de teſtibus,parte quarta,nu.97. Olden-
dorpius in tract.de teſtibus, tit. de perſonis te-
ſtium,nume.21.& Grammaticus deciſ.28. nu-
me.10.
35 Octauus eſt caſus in † crimine falſæ monetæ,
in quo inquiſitus poteſt interrogari de conſo-
cijs,& participibus criminis.l.1.C.de falſa mo
neta.glo.in l.vlt.vbi Salcet.colum.2.C. de accu
ſat. Campegius, Crotus, & Oldendorpius in
præcitatis locis. Grammaticus deciſ. 28. num.
10.& in conſi.35.nume.25.in fine. & Boer.q.
319.nu.2.
36 Nonus eſt caſus † in crimine occulto, vt ſi
quis occiſus ſit in domo, vel ſimile delictũ ſecre
tò ſit perpetratum. Nam tunc ſocius criminis
poteſt interrogari de ſocio.Ita Bald. in auth. ſi
dicatur.C.de teſtib.Aret.in conſ.61.in fi.Idem
reſpondit Caſtr.in conſ.348. Notandũ ꝙ adul
terium.in fi.lib.1.qui loquitur de crim. adult.
qđ occultè ſolet cõmitti; diſſentiunt tamẽ alij
relati ſupra. Idem de his ſimilibus affirmarunt
Dec.in conſ.189.nu.9.& in conſ.342.n.3.Rui.
in conſ.158.nu.3.lib.5 Campeg.in tract de te
ſtib.reg.86.fall.3.Marſ.in conſ.61. in fin.Lud.
Catus inter conſilia criminalia diuerſorũ cõſ.
99.nu.25.lib.1.& in eiſdẽ cõſilijs Riminal. iu.
in cõſ.105.nu.8.lib.1.Feder.Scottus in cõſ.10.
nu.28.li.2.tomo 2.qui nu.31.ſcribit nõ reqri
hoc in caſu aliud indiciũ. Crau.cõſ.178.nu.3.
37 Decimus eſt caſus † in ſeruo, qui de nece dñi
inquiſitus põt & de ſocijs & participibus crimi
nis interrogari.l.prius.ff.ad S. C. Syllan. & ibi
Igneus,nu.5.& Gramma.deciſ.28.num.11.
38 Vndecimus ẽ caſus in † crimine lenocinij.Nã
& de hoc inqſitus põt interrogari de cõſocijs.
Ita rñdit Gram.in conſ.35.nu.26. in criminal.
39 Duodecimus eſt caſus in crimine † teſtis cor-
rupti,in quo corruptus põt interrogari de ſo-
cio criminis, ſicq; de corrumpente. Ita ſcribunt
multi relati à Boe.q.319.nu.5.qui quidem in-
telligunt eã nominationem probare ſolum quò
ad inquirendum, nõ aũt vt cõdemnetur, vel tor-
40 turæ ſubijciatur, ita intelligentes † c.ſicut, de te
ſtib.etſi diſſentiat poſt aliquos Dec.in conſ.189.
nu.8,& in cõſ.234.col.1.His itaq; in caſibus ſo-
cius criminis interrogari põt (vt diximus) con-
tra ſociũ.¶ Cæterùm contingit dubitari, quã
fidem faciat hoc teſtimoniũ. Et quò ad formã-
41 dum † inquiſitionẽ aduerſus hũc noĩatum, fidẽ
facere affirmant oẽs, vt atteſtantur Marſ.in con
ſi.12.nu.38.in conſ.15.nu.5.6.& in conſ. 28.
nu.16.Gram.in conſ.21.nu.7.& Rolan. in cõſ.
42 51.nu.28.& cõſ.73.nu.20.lib.1.Hoc tñ † indi-
ciũ facile dilui põt probando bonã famam ip-
ſius noĩati.Ita in ſpecie ſcripſerunt Marſ.vbi ſu
prà, Gram.in d.conſ.21.nu.10.in conſ. 38. nu.
18. & in conſ.44.nu.4.in criminal. Pariſ.in cõ-
ſi.151.nu.13.lib.4.& Soci.iun. in conſ. 39. nu.
66.lib 2.Idẽ ſenſit Lud.Catus inter conſilia cri
min.diuerſorũ,conſ.99.nu.23.lib.1. Dubium
maius eſt,an noĩatio hæc faciat indiciũ. & fidẽ,
vt is noĩatus ſubijci poſſit torturæ? Et præter-
miſſa diſputatione dicendum ex recepta Doct.
43 ſentẽtia,non facere † ſufficiens indiciũ ad tortu
rã,niſi alia concurrant indicia.Ita ſcripſerũt gl.
in c.vlt.15.q.3.Rui.in conſ.7.nu. 14. & in conſi.
147.nu.3.lib.5.Marſ.ſing.209.Blanc. in tract.
de indicijs.nu.379.Boer.q.319.nu. 4. Pariſ. in
conſ.151.nu.9.lib. 4. Boſſius in tract. cauſarum
crimin.tit.de indicijs. nu.66.& nu.144 Grãm.
deciſ.28.nu.12.& 22.idẽ in conſ.21.nu.11.& in
conſ.35.nu.25.& in cõſ.38.nu.3.Gigas in trac.
de crim.læſę maieſta.tit.qũo,& per quos crimẽ
læſæ maieſt. probetur,c.7.nu.5. Ludou. Catus
inter conſil.crimin diuerſorum conſ.99.nu.21.
lib.1. Io.de Amicis in conſ.138.n 1.& Federi.
Scotus,conſ.10.nu.28.31.lib.2.tomo.2.qui li
mitat,non procedere in crimine occulto.Petrus
Placa lib.1.epitome delictorum,cap.13.nu. 28.
& Craue.in conſi.178.num. 3.
Verùm adhuc ſuboritur dubitatio, qua-
44 lia eſſe debeant hæc † indicia, quæ concur-
rere debent cum ea nominatione facta à delin-
quente? Hac de re ſubobſcurè locuti ſunt
Salyc.



Salyc.& in d.l.vlt.ad finem. C.de accuſ.& Blã
cus in dicto tract.de indicijs.nu.178.verſ.con
45 trariũ. Viſus eſt enim ſentire † Blancus Salyce-
tũ affirmaſſe, ſufficere indiciũ illud generale, qđ
oritur ex teſtimonio interrogati; vt puta ſi quis
fuit interrogatus de furto, quod veriſimiliter
cõmitti non potuit ab vno ſolo; & is interroga-
tus nominat ſocium, oritur indicium ex hac ve
riſimilitudine, quòd is nominatus fuerit parti-
ceps criminis. Quæ ſanè conſideratio Blanchi
nec vera, nec ex mente Salic. eſt. Non inquã eſt
vera; quia concedo ex ea nominatione ortũ eſ-
ſe indicium, quòd illud furtum fuerit à pluri-
bus commiſſum: ſed tamen non eſt plus cõtra
hunc, quàm illum in ſpecie, ſeu in indiuiduo, at-
que ita hoc indicium non reſpicit immediatè
perſonam nominati. Non etiam eſt ex mente
46 Salic. † qui ſcribit in hæc verba: Et ego hoc con
fiteor, & pro hoc induco auctoritatem hu-
ius glo.quę exigit præſumptionem aliquã prius
contra eum, contra quem quis interrogatur de-
bere precedere, quod nota Hæc Sali. Qui quidẽ
manifeſtè ſenſit, requiri aliud ſpeciale indiciũ
contra hunc nominatum, vt ſcilicet ſit indiciũ
vltra hanc nominationẽ. Quale autem eſſe de-
beat hoc indicium non explicat Salicetus; nec
quidẽ explicare potuiſſet, cum à lege non ſit de
terminatum, ex quo eſt quid facti, & propterea
47 relinquitur † iudicis arbitrio. ita in ſpecie deci-
dit Grammaticus deciſ.28.num.20.qui ait, pro
qualitate perſonarum, & facti iudicem arbitrari
debere, an ſit indiciũ ſufficiens, vel nõ. Ita & qui-
dem dicimus cæteris in caſibus, relinqui iudi-
cis arbitrio, quæ cenſeantur indicia ſufficientia
vt reus torqueatur, vel etiam inquiratur, vt ſcri
pſi ſupra in caſu 270.nu.4. & illis accedit Bal.
in conſ.95.Regula iuris col.2. verſ. Dominus.
Bar.lib.1. Poteſt tamen & noſtro in caſu conſide
rari indicium exortum poſt perpetratũ delictũ:
48 quale eſt indiciũ, quod oritur ex † fuga ipſius
nominati, quòd ſanè indicium eſſe ſufficiens re
ſponderunt Pariſ.in conſ.151.nu.14. lib. 4. &
Gramm. in conſ.14.nu.4.& in conſ.17.nu.19.
Illud quoque annotandum eſt, quòd hoc in-
dicium non debet eſſe remotum, ſicuti eſt illud,
quod oritur ex mala fama nominati. Ita reſpon
dit Rolandus in conſi.73.nume.21.lib.1. poſt
Angelum, Marſilium, & Pariſium, quos in hanc
ſententiam commemorat.
Eſt præterea animaduertendum, ꝙ ad hoc, vt
49 inquiſiti nominatio † fidem faciat aduerſus cri
minis ſocium à ſe nominatum, plura requirun-
50 tur. Requiritur enim primo, quòd † nomina-
tio illa facta ab inquiſito, ſit facta in tortura, vel
ſtatim poſt, Ita ſcribunt Albericus in l.vlt.C.de
accuſat.Fulgoſius in conſi.173.Marſilius in cõ
ſi.22.nu.22.& in conſi.78. colum. 3. idem in
practica criminali.§.diligenter.nu.61. Blancus
in tract.de inditijs.num. 380. Boe. quæſt. 319.
nume.3.in fi.& Rolandus in conſi. 51.nu. 29.
& in conſi.73. num 22.lib.1. Et huius ſenten-
51 tiæ ea eſt ratio, ꝙ iſte † inquiſitus, qui iam con-
feſſus eſt delictum, dicitur effectus infamis:
52 & infames † non audiuntur contra aliquẽ ſine
tortura. c.illi, qui, 5.q.5. & præter iã relatos tra-
dit Cæpolla in cõſi. 61. col.2. in fi. Requiritur
53 ſecundò, ꝙ iſte inquiſitus † debeat interrogari à
iudice in genere, non autem in ſpecie, ſeu indiui-
duo de Caio, vel Sempronio. Ita ſcribunt Salic.
in l. vlt. col.pen. ver. quæro nunc de modo, C. de
accu. Rui.in conſi.71.nu.14. ver. nec etiã frater.
lib.5. & Blancus in trac.de indicijs.nu.381. Ea
eſt rõ, quia ſi in indiuiduo fieret interrogatio eſ
ſet potius quedã ſuggeſtio. Quæ ſententia locũ
non obtinet, quando contra aliquem eſſet pre
ſumptio, quòd eſſet ille talis, qui fuit ſocius cri
minis, vt vno verbo, ſenſit Blacus precitato lo-
co. Requiritur tertiò, ꝙ iſte inquiſitus, interro-
54 gatuſque de ſocijs † ſit aliàs bonæ cõditionis,
& famæ. Nam ſi eſſet infamatus de alio delicto,
non faceret ex ſua illa nominatione indiciũ ali
quod aduerſus ſocium illum à ſe nominatum.
Ita affirmarunt Butr.& Imo.in c.ſi qui, de teſti.
Alex.in conſi.15.lib.3. Ruin.in conſ.147. nu.
3.& 4.lib.5. Marſi.in conſi.74.nu.23. Gram.in
conſilijs criminalibus in cõſi.35.nu.22.& nu.
25.in conſ.35.nu.57.in conſ.38.nu.4. in conſ.
44.nu.2.& in conſi.70.nu.7. Idem in voto 34.
nu.9.Boerius in q.319.nu.3. Gigas in tract. de
crimine læſę maieſtatis, tit.qũo, & per quos cri
men læſæ maieſt.probetur.c.7.nu.7. & Rolan.
in conſ.73.nu.24.lib.1. Ea rõ eſt, quia ad hoc
vt teſtis faciat indicium contra aliquẽ ad tortu-
rã præſertim debet eſſe omni exceptione maior
vt relati Doctores tradunt. Cum ergo iſte iam
ſit vel infamis, vel patitur exceptionẽ aliquã no
tabilem, ſequitur dicẽdum, non facere inditiũ.
55 Idẽ dicimus, quando † inquiſitus iſte eſſet aliàs
inimicus illius à ſe nominati in ſocium crimi-
nis. Nam tunc nullam fidem penitus face-
ret. Ita Gram.conſi.38.nu.3.& Gigas in tract.
de crim.læſæ maieſt.tit.quomodo, & per quos
probetur crimen læſæ maieſt.c.7.nu. 6. Requi-
ritur quarto, quòd verè facta ſit interrogatio à
56 iudice, aliàs.n.ſi inquiſitus iſte ſua ipſa † ſpõte
nominare ſocium illum, nullum aduerſus eũ fa
ceret indicium. Ita poſt Suzariam, & Salicetum
decidit Gram.deci.28.nu.11.& vberius in cõſ.
21.nu.5.& in conſ.35.nu.22. Et Rimin. iun.
inter conſilia criminalia diuerſorum, cõſ.105.
nu.3.lib.1. Et rõ eſt, quia eo modo hic inquiſi-
tus ſeipſum ſuſpectũ in actu huius noĩationis
57 faceret, ſicuti ẽt dicimus, ꝙ † teſti ſua ſpõte depo
nẽti fides nõ adhibetur. ita ſcribũt gl.& Bar. in
l.poſt legatũ.§.his verbis, ff.de his quib. vt indi
gnis, Rui.in cõſ.146.nu.1 lib.3.Marſ.in cõſ. 2.
nu.41.& in cõſ.12.nu.8.& ſing.140.& Neu in
cõſ.25.nu.17. Requirit quintò, ꝙ inquiſitus iſte
58 noĩando hũc ſociũ, dicat veriſimilia, aliàs ſi ſit
veriſimile, eũ mẽtiri, nulla ei adhibet fides. Ita
Aret.in c.cũ P.col.7.de accu.Alex.in cõſ. 89. n.
9.lib.3. Marſi.in cõſi.24.nu.13. Gigas in trac.
de crim.læſę maieſt.tit.qũo & per quos crimen
læſę maieſt.probetur.cap.7.nu. 4. & Rolandus

59 in conſi.73.nu.25.li.1.Ita etiã dicimus † de te
ſtibus non veriſimilia atteſtantibus, vt nulla ei fi
des adhibeatur, ſicuti tradunt Dec.in cõſ. 534.
in fi.Gozad. in conſ.8.nu.46.Pariſ.in conſ.112.
in fi.lib.1.& Soc.iun.in conſ.183.nu.11.lib.2.
60 Requiritur ſextò, ꝙ iſte † inquiſitus, qñ nomi-
nat ſocium illũ criminis, iuret ſe vera fateri, &
noĩare. Ita ſcripſit Marſ.in prac.crim.§.diligẽ-
ter.n.62.& multis ſequẽtibus, quo loci ait, hoc
eſſe valde ſingulare, & ſe aliàs obtinuiſſe. Et vti
tur Marſi.ea ratione, ꝙ nec in ciuilibus quidem
adhibetur fides teſti, qui ſine iuramento depo-
ſuit, vt multorum auctoritate probat ipſe Mar-
ſilius, & ſcripſi ſupra lib.1.q.26. Verùm ab hac
Marſilij opinione diſſentit Blancus in tract.de
indicijs.nu.384.verſ.in hac quæſtione, qui aſſe
rit ita ſenſiſſe Alex.in conſ.89.nu.8.lib.3.ſed
vix eſt, vt hoc ſentiat Alexan. ſi rectè eius verba
perpendantur. Et ratio, qua vſus eſt Blancus, nõ
ſatis ſolida eſt. Nam cùm dixit, hunc inquiſitũ
de crimine non teneri prҿſtare iuramentum de
veritate dicenda; procedit contra ſeipſum. Et id
factum eſt ea ratione, quia prҿſumit lex, ꝙ inqui
ſitus iſte non dicit veritatem contra ſeipſum, at
que ita incideret in periuriũ. Sed diuerſum eſt,
cum deponit de alio: quia tunc ceſſat prædicta
ratio. Ego exiſtimarem eſſe obſeruandam fori
praxim, cum in aliquibus iudicijs viderim ob-
ſeruare, vt etiam ipſis reis inquiſitis præſtetur
iuramentum de veritate dicenda; in aliquibus
61 verò non. Et † praxim eſſe obſeruandam tradũt
Dec.in conſ.11.nu.9.Soci.Iun.in conſ.93.nu.
52.lib.3.& Crau.in conſ.91.nu.7. Requiritur
62 ſeptimò † ꝙ veritas probari aliter nõ poſſit: ſi
.n. poſſet aliter probari, nulla penitus fides ad-
hiberetur huic nominationi. Ita poſt Marſiliũ
in cõſ.61.in fine.& in cõſ.189.nu.10. reſpon-
dit Rolan.in conſ.73.nu.26.lib.1. Verùm exiſti
marem hoc requiſitũ nõ eſſe neceſſariũ; & Mar
63 ſilius à Rolando citatus, non loquitur eo mo-
do, quo fuit intellectus ab eo: ſed ſolùm dixit, ꝙ
illis in caſibus, in quibus aliæ probationes ha-
beri non poſſunt, ſocius criminis poteſt inter-
rogari de ſocio, qua de re diximus ſupra in octa
uo caſu. Eſt etiam illud annotandum hac in re,
quòd ſi cum hoc indicio exorto ex hac nomina
tione facta à reo inquiſito concurrat teſtis ido-
64 neus, qui aſſerat nominatum illum fuiſſe cri-
minis ſocium, dicitur facta plena probatio. Ita
reſponderunt Calcaneus in conſil.110. colum.
1.in fine.& Craue.in conſi.178.nu.3.propè me
dium. Quæ traditio vera an ſit nondiſputo.
65 Illud quoque non omitto, quòd vbi † reus cri
minis deponit non tanquàm reus & ſocius cri
minis, ſed tãquam teſtis probat, ſeu qualemqua-
lem præſumptionem facit. Ita ſcribunt Abbas
in c.1.de confeſſ.Dec.in cap.quoniam.in fine.de
teſtib.& Blancus in tract.de indicijs.nu 388. Et
intelligunt Abbas, & Dec. tunc delinquentẽ de
66 ponere † tanquam teſtem, quando de eo crimi
ne ciuiliter agitur. Cum .n.de crimine ciuiliter
agitur, ſocius criminis fidem facit contra ſociũ,
vt egregiè reſpondit Ruin.in conſ.105.in fin.
lib.4.& in conſi.158.num.15.lib.5. Idem ſen-
ſit Boer.q.319.nu.5. ver. ſed intellige hãc. Et
Ruinus ipſe in d.conſ.158.nu.18.illud ſcribit,
quòd ſocius criminis admittitur ad probandũ
crimen fuiſſe commiſſum contra tertium, vt pu
67 ta † ſi agatur de partu ſuppoſito (vt erat in ſpe
cie, de qua interrogatus reſpondit Ruinus) & is,
qui fuit ſuppoſitus neget ſe ſuppoſitum, & con
tra eum producãtur ſuppoſitores, & vnus eorũ,
qui crimen ſuppoſitionis commiſerunt, dicat,
ſe perpetraſſe illud delictum vnà cum Caio,
probat iſte Caium fuiſſe ſocium ad ſupponẽdũ,
ex quo non agitur, vt puniatur ille Caius; ſed
agitur contra ſuppoſitum illũ, ſicq; contra ter-
tium; Et hanc ipſam doctrinam probauit Ludo
uicus Catus inter conſilia criminalia diuerſo-
rum, conſ.99.nu.25.lib.1.poſt Ancha. in conſ.
24. Marſilium in conſ.102.nu.7. Grammat.cõſ.
59.nu.15. Et prædictis accedit, quòd quando ex
cõuentione agitur, ſocius criminis poteſt de ſo-
cio interrogari: ita reſpondit Gratus in conſi.
136.nu.27.lib.2.poſt Spec.Rom.Cҿpollam, &
Alex.quos recenſet. Ex iam dictis declarari põt
68 ſtatutũ Ciuitatis † Mantuæ, quo eſt cautum, ꝙ
ſocius criminis poſſit interrogari de ſocijs, &
participibus criminis. Nã hoc ſtatutum intelli-
gitur, vt poſſit ſocius iſte interrogari etiam de
illis criminibus, de quibus à lege permiſſum nõ
eſt interrogari: vt ſcilicet aliquid addat iuri cõ-
muni. Et propterea ſtatutum illud æquiparat ca-
ſus oẽs. Quo fit vt deinde ſtatutum hoc intelli-
gatur, ꝙ ita demum interrogatus iſte fidẽ faciat,
vel ad inquirendũ, vel ad ſubijciendum torturҿ
illum, qui nominatus fuit, quando concurrunt
requiſita iam ſupra enumerata. Ita in terminis
hoc ſtatutũ Mãtuæ declarat Lud. Catus inter
cõſ.criminalia diuerſorũ in cõſ.99.nu.30.li.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtis de auditu quando probet.*
2 *Iudicis arbitrium eſt, quando teſtis de auditu probet.*
3 *Auditum altero de duobus modis intelligi.*
4 *Teſtis de auditu auditus non probat,*
5 *Teſtis de auditu auditus præſumptionem facit.*
6 *Teſtis de auditu debet dicere à quibus audiuit.*
7 *Anchar.conſi.194.col.2.reiectum.*
8 *Teſtimonium de auditu eſſe in iure ſpeciali fundatum.*
9 *Teſtis de auditu cum alio adminiculo plenè probat.*
10 *Teſtis de auditu in antiquis plenè probat.*
11 *Teſtis de auditu probat, quæ difficilis ſunt probationis.*
12 *Teſtes de auditu probare cùm aliqua concurrunt.*
13 *Teſtes de auditu debent atteſtari ſe ab eodem audiuiſſe.*
14 *Teſtes de auditu debent nominare à quibus audiuerunt.*
15 *Teſtes de proprio auditu probant.*
16 *Teſtes qui audiuerunt, ſed non viderunt, an probent.*

17 *Teſtis*



17 *Teſtis in actu, qui viſui conuenit, poteſt de ſolo auditu atteſtari, cùm ſenſus auditus conuenit.*
18 *Viri & mulieris coitus probatur per auditum teſtiũ:*
19 *Iudicis arbitrio relinqui adminicula, quibus concurrentibus probatur coitus ex teſtibus de auditu deponentibus.*
20 *Matrimonium probari per teſtes de auditu.*
21 *Teſtes de auditu non probare, cùm de matrimonio diſſoluendo agitur.*
22 *Stipulationem per teſtes de auditu probari.*
23 *Teſtamentum teſtibus de auditu non probari.*
24 *Codicillos non probari per teſtes de auditu.*

## CASVS CCCCLXXV.

### TESTES DE AVDITV AVDITVS; & de proprio auditu, quando fidem faciunt, diligens explanatio.

1 DISPVTARI ẽt ſҿpe ſolet, qñ
teſtis † de auditu fidem faciat,
præſertim quando aliquod ei
iungitur adminiculum, vel con
iectura. Qua quidem in re ver-
2 ſatur iudicis † arbitrium c. præ
terea. vbi Io.Ande.col.1.de teſt.& atteſta. Cæte
rum quo hic caſus explicetur; prius ſciendũ eſt,
3 ꝙ † auditus intelligitur altero de duobus mo-
dis. Eſt auditus immediatus ex propria perſo-
na; eſt ẽt auditus mediatus, qui dicitur auditus
auditus. Ita Io.Andr.in dicto cap.præterea.col.
vlt.de teſt.& ibi Felin.& cæteri.
4 Prima eſt regula de † auditu auditus, vt is nul
lã fidẽ faciat.l.ſi arbiter.ff.de probat.l. teſtium.
ff.de teſt.& cap.licet ex quadam extra de teſtib.
Declaratur primò hæc regula, vt non habeat
5 † locum quò ad præſumptionem. Nã tunc teſtis
de auditu præſumptionẽ facit, quæ quidẽ ope-
ratur, vt onus probandi tranſeat in aduerſariũ.
Ita egregiè docuit Archi.in c.hoc videtur. 22.
q.5.cuius quidem doctrinã ſingularẽ eſſe dixit
Rom.ſing.341. Teſtimoniũ &c. Idem reſponde
runt Bal.in conſ.219. Teſtes col.2.lib.4. Soci.
ſen.in cõſ.295.col.2.lib.2.Cur.ſen.in cõſ.70.
col.2. Ita ẽt Dec.in cõſ.272.nu.3.& in cõſ.595.
col.1.Soc.iun.in cõſ.69.nu.17.lib.1.& in cõſ.
135.nu.3.lib.3.Pariſ.in cõſ.7.nu.21.lib.4.Go
zad.in conſi.13.nu.35.in conſ.79.nu.11.& in
conſ.94.nu.36.Marſ.in ſing.371.Crau.in cõſ.
277.col.3.& in tract.de antiq.tẽp.in vlt. parti.
primæ partis, nu.7.qui quidẽ rectè declarat, hoc
6 procedere, quando † illi, à quibus iſte audiuit,
ſunt vita defuncti, vel longè abſunt, ſecus ſi in
humanis & præſentes eſſent. Nam tunc nullam
præſumptionem facerent, ex quo ſuſpicio quæ-
dam inſurgit aduerſus hunc producentẽ teſtes
hos de auditu alieno deponentes. Cum produ-
cere potuerit illoſmet, qui id dixerunt.
Cҿterum aduerſus hanc Archi. & ſequaciũ
7 opinionem vrgere videtur doctrina † Anchar.
in conſ.194. In cauſa & quæſtione Ioannis.col.
3.verſ.non eſt veriſimile &c. Cum reſpondit, de
facili inueniri teſtes, qui atteſtantur ſe audiuiſ-
ſe dici ſic, & ſic. Et ita ſẽtit Anchar. teſtes hos
reddi ſuſpectos. Quam quidẽ traditionẽ aduer
ſus Archi.perpẽdit Crau.in d.vlt.particula, nu.
10.ſed facilè Anchar.reſpondere poſſumus, prҿ
ſumendum non eſſe, ꝙ teſtis dicat, ſe audiuiſſe,
qñ non audiuit: cum nemo præſumatur imme-
mor ſalutis æternæ, iuxta l.vlt.C.ad l.Iul. repe-
tund. Quod.n.de alijs teſtibus reſpectiuè dici-
tur idẽ eſt dicẽdũ, & de iſtis: Nec ẽt Archidiaco
8 no obſtat, ꝙ † hoc teſtimoniũ ſit fundatũ in iu
re ſpeciali, atq; ita ſit debile, vt tradunt Comẽſ.
in cõſ.77. Viſis libello.col.2.verſ.ad quartum.
& cum eo Cur.iun. in conſ.17. col.1. Quia ad
mittimus eſſe debile, ex quo alia prҿſumptione
paulò fortiori dilui poteſt, iuxta reg. l.diuus.ff.
de in integrũ reſtit. Non tamẽ fit, quin præſum
ptionẽ ſui natura faciat. Huic itaq; præſumptio
9 ni † ſi deinde aliquod adminiculũ acceſſerit, ple
na reſultabit probatio. Ita Crau.in d.cõſ.277.
col.3.& Doct.in c.præterea. de teſt. Quale aũt
eſſe debeat hoc adminiculũ iudicis arbitrio re-
linquitur. Ita gl.& Io.Andreæ in d.c. præterea.
Declaratur ſecundò, vt non procedat in anti
10 quis, nam tunc teſtes de auditu † plenam pro-
bationem faciunt. Ita affirmarunt Alex.in conſ.
187.colum.vlt.lib.2.Areti. in conſi.37. in ſe-
cundo dubio.Soci.ſen.in conſ.205.col.3.ver.
quartò optimè ad propoſitum.lib.4.Iaſ.in cõſ.
128.col.2.lib.1.in cõſ.15.col.penul.lib.3.& in
conſ.165.col.3.lib.4.Caſſane.in conſil.54.nu.
18.& Pariſ.in conſ.7.num.20.lib.4.
Cæterùm horum traditiones intelligit Crau.
in dicto tract.de antiq.tempo. vltima particula
11 primæ partis principalis, nu.3.4.& 5.ſolũ † pro
cedere in his, quæ ſunt difficilis probationis, ſi(
cuti eſt in probatione conſanginitatis, ſecus eſt
in probatione dominij, quod ſui natura non eſt
difficilis probationis, & idem prius reſpondit
Ruin.in conſ.34.nu.11.lib.1.& in conſ.92.nu.
13.in fi.lib.4. Ego certè exiſtimo hac in re nul-
lam eſſe differentiam inter probationem eorũ,
quæ ſui natura facile poſſunt probari, & eorum,
quæ difficile probari poſſunt: quãdoquidem ob
temporis diuturnitatem cẽſentur effecta diffici-
lis probationis ea, quæ aliàs facilis probationis
erãt, vt clarũ eſt, ſi ergo ex Crau. opinione teſtes
de auditu fidẽ faciunt in his, quæ difficilis ſunt
probationis, certè & fidem faciẽt in antiquis.
12 Hæc autẽ, quæ hactenus dicta ſunt, teſtes † de
auditu plenè probare, intelliguntur modò ali-
qua concurrant. Debet itaque cõcurrere primò
quòd ita audierint dici nõ ab vno ſolo, ſed à plu
ribus. Ita Cur.iun.in conſ.17.nu.2.& c.licet ex
quadam, vbi Doctores.de teſtibus.
13 Secundo debet atteſtari † ſe audiuiſſe oẽs ab
eiſdẽ perſonis, nõ autẽ à diuerſis, vt puta ſi duo
teſtes de auditu deponentes, vnus eorum dice-
ret, ſe audiuiſſe à Caio & Sempronio; & alter
teſtis diceret ſe audiuiſſe à Mæuio & Sæio. De-
bent enim ambo ipſi teſtes conuenire de per-
ſonis à quibus audiuerunt, vt ſi ambo dicant,

K 3 ſe au

ſe audiuiſſe à Caio & Sempronio, vel ambo à
Meuio, & Seio. Ita tradunt Hoſtien. & Ioan.
Andreæ in cap. licet ex quadam. de teſtib. Alex.
in conſil. 82. col. 2. lib. 1. Decius in conſil. 321.
nu. 6. & Crau. in dicto tract. de antiq. temporũ,
vltima particula primæ partis principalis. nu.
12. Ea eſt ratio; quia ſi atteſtarentur ſe audiuiſſe a
diuerſis perſonis, eſſent in ſuo teſtimonio ſin-
gulares, & propterea omninò corrueret, eò ma-
ximè, quòd hoc teſtimonium (vt diximus ſu-
pra) eſt valdè debile. Quocirca reijcienda eſt
opinio Cornei in conſi. 78. col. 1. lib. 3. qui exi-
ſtimauit ſufficere ſi atteſtarentur ſe audiuiſſe à
diuerſis perſonis.
14 Tertio debent hi teſtes expreſſim nominare
perſonas eorum, à quibus hoc dici audiuerunt.
Ita tradunt omnes ex illo tex. in c. licet ex qua-
dam, de teſtib. Quartò requiritur, vt dicant ſe
audiuiſſe ante litem motam, aliàs ſi dicerent ſe
audiuiſſe poſt litẽ inchoatam fidẽ non facerẽt.
Ita tradunt Decius in conſ. 82. col. 2. Pariſius in
conſ. 53. nu. 11. lib. 4. Crau. vbi ſupra, nu. 6.
Secũda eſt regula in teſtibus, qui de proprio
14 † auditu atteſtãtur: ij verè probant, quando au
diuerunt, & viderunt illum loquentem, vel actũ
illum facientem, vt clarum eſt.
16 Sed dubium eſt, quando † audiuerunt. ſed nõ
viderunt, vtputà, quia inter loquentem, & au-
dientẽ intermedia erat cortina, vel paries. Qua
ſanè in re diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus
eſt, quando ſumus in actibus geſtis inter viuos.
Hoc enim caſu teſtes probant, ſi modò notatu
habent vocem loquentis. Ita ſcribunt gl. & Bar.
in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua pluuia arcẽda,
Cynus in l. teſtium. q. 4. C. de teſt. Bald. in l. con-
uenticulam. col. pen. C. de epiſ. & cle. Alex. in cõ
ſi. 24. nu. 10. Alexan. de Neuo inter cõſilia eiuſ-
dem Alex. in conſ. 99. nu. 5. lib. 3. & Soci. ſen. in
conſi. 54. nu. 5. lib. 3. qui quidem Soci. recenſet
Butrium in cap. 2. col. 2. de conſuetu. dicentem,
17 quòd † ſi teſtis in actu, qui viſui conuenit, de
auditu atteſtatur, probat, dummodò ſenſus audi
tus non ſit omnino improportionabilis tali a-
ctui. Poſſunt adferri exempla, vt primum il-
lud de quo Io. Andreę in d. cap. præterea. col. 1.
de teſtib. cum teſtis de coitu viri, & mulieris de-
18 ponit per † auditum, etſi extiterit paries inter-
medius. Actus enim ille commixtionis (inquit
Io. Andreæ) percipi poteſt non ſolùm viſu, ſed
ẽt auditu; adeò quòd concurrentibus alijs ad-
miniculis plenè probatum erit. Et quę admini-
19 cula hæc eſſe debeant † relinquitur (ait Io. An
dreę poſt gl. ibi) iudicis arbitrio. Secundum exẽ
plum poteſt adferri, vt ſi teſtis deponat, Caium
vulneraſſe vel occidiſſe Sempronium exiſtentẽ
in proximo cubili, affirmans ſe audiuiſſe eorũ
voces, quas notas habebat, & ſenſiſſe ictus illa-
tos. Ita Alex. in cõſ. 24. nu. 10. lib. 2. quẽ ſecutus
eſt in ſpecie Soc. ſen. in conſ. 54. nu. 5. lib. 3. Qui
quidem & ea auctoritate Io. Andreę moti ſunt.
Tertium adfertur exemplum, quando teſtis atte
20 ſtatur, ſe † audiuiſſe virum & mulierem protu
liſſe verba apta ad contrahendũ matrimonium,
& cognouiſſe eos eſſe, ex quo eorum voces no-
tas habebat. Ita reſpondit Alexã. de Neuo inter
conſilia Alex. in conſ. 99. nu. 4. lib. 3. quẽ ſequu-
tus eſt Decius in conſ. 163. num. 5. Hęc traditio
intelligitur quo ad validitatem matrimonij, ſe-
21 cus quò † ad diſſolutionem; quia non ſufficc-
ret teſtes audiuiſſe per cortinam vel parietem in
termedium. Ita Felinus in d. cap. præterea. nu.
4. de teſtib. & atteſta. & Alexan, in l. ſi non ſpecia
li. nu. 7. C. de teſta. Alci. reſ. 5. nu. 11. Quartum
eſt exemplum in contractu ſtipulationis, ſi te-
22 ſtes dicant, ſe † audiuiſſe duos inuicem contra-
hentes ſtipulationem, vel debitorem confiten-
tem debitum erga ſuum creditorem, etiam ſi
cortina fuerit intermedia vel paries: quia no-
tas habebat voces illorum. Ita tradunt Imola &
Felin. in dicto cap. præterea. num. 4. Ripa in l. 1.
in princ. nu. 50. de verb. oblig. Cæterùm diſſen
tit Ang. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & cum eo
Abbas in cap. cum cauſam, col. 6. de teſtib. qui
ſcribunt non probare plenè. Ego pariter exiſti-
mo requiri aliquod aliud adminiculum, vt ſcri-
pſit ſuo in caſu Io. Andreę, & cęteri relati ſequũ
tur. Quod autem ſit hoc adminiculũ relinqui-
tur iudicis arbitrio, vt dixi ſupra. Prædictas tra
ditiones in telligit Alciat. reſp. 553. num. 4. ver.
ſecundò principalirer. procedere in eo, qui ſa-
nus locutus eſt: ſecus ſi fuiſſet infirmus.
Secundus eſt caſus, cùm agitur de probanda
23 vltima diſpoſitione. Hoc ſanè in caſu † teſtes
de ſuo auditu deponentes nil probant, cùm atte
ſtantur ſe audiuiſſe per intermedium parietem,
reddentes rationem; quia notam habebant vo-
cem diſponentis. In teſtamento res caret proba
bili dubitatione, ita probat l. ſi nõ ſpeciali. C. de
teſta. vbi Doct. & communem aſſeruit Corn.
in conſi. 58. lib. 2. & alios recenſet Iulius Cla-
rus lib 4. ſenten. § teſtamentum. q. 59. addo Bar
ba. cõſ. 40. col. 3. li. 3. Iaſ. in cõſ. 97. col. 2. li. 4. Et
hanc traditionem intellexit Alciat. reſpon. 533.
procedere etiam tempore peſtis: & rectè, mea
24 quidem opinione. In codicillis † donationibus
cauſa mortis, & ſimilibus maius eſt dubium. Nã
permulti ſenſerunt, teſtes de auditu per parietẽ
intermediũ ſatis probare. Qua in opinione fue-
runt Mattheſ. notab. 125. Nota quòd licet. Ale.
& Iaſ. in d. l. ſi non ſpeciali. ille nu. 7. iſte num. 8.
Idem Iaſ. in cõſ. 82, col. 2. lib. 3. Socin. ſen. in cõ-
ſil. 130. num. 9. lib. 1.
Contrariam verò opinionem veriorem eſſe
ſcripſerunt Corn. in conſ. 18. lib. 2. Dec. in cõſ.
354. nu. 2. & 3. & Alcia. reſp. 553. nu. 4. Hęc po
ſterior opinio quò ad codicillos nunc mihi vi-
detur probabilior: quia etſi expreſſim de codi-
cillis lege cautũ non reperitur: attamen & in eis
militat ratio, qua fuit ita de teſtamẽtis ſancitũ,
nempè falſitatis timor. Et hanc opinionem vult
maximè procedere Alcia. in d. reſp. 553. nu. 4.
verſ. ſecundò principaliter, in infirmo; quia in-
firmus mutat vocem: & ob id facilè illa poteſt
ab altero fingi.





*SVMMARIVM.*

1 *Nominationem, quæ in iudicijs fit, eſſe valde vtilem.*
2 *Nominatio iudicialis quo tempore fieri debeat.*
3 *Gloſſa c. quoniam frequenter. §, alijs, vt lite non conteſt. declaratur.*
4 *Iudicis arbitrio relinqui, quando nominatus in iudicio reſpondere debeat.*
5 *Cap. quoniam frequenter. §. in alijs vt lite non conſtet. declaratur.*
6 *Statutum Papię in ciuilibus ſub rub. Quòd nominans dominum in iudicio &c declaratur.*
7 *Nominatio iudicialis qua de cauſa fiat.*
8 *Mariani Socini Senioris Codex corruptus repurgatur.*

## CASVS CCCCLXXVI.

## DE NOMINATIONE IVDICIALI & eius effectu aliqua.

CONTINGIT perſæpe, vt
poſſeſſor rei alienæ conuenia-
tur rem reſtituere, & is con-
uentus, quo iudicij moleſtiam
euadat, nominare rei à ſe poſ-
ſeſſæ dominum. Quæ ſanè no
1 minatio † valdè vtilis eſt, non ſolùm actori,
ſed etiam reo conuento, & ipſius rei domino;
quemadmodum egregiè ex Baldi & aliorum
ſententia docuit Marianus Socinus in capitulo
quoniam frequenter. § in alijs. nume. 105.
vt lite non conteſta. quo quidem in loco Soci-
nus ex ordine ſumma diligentia perplures iu-
ris quæſtiones in hac tractatione nominationis
recenſet. Nunc ſolùm contingit dubitari, quo
2 tempore † fieri debeat hæc nominatio? Et ſta-
tim quo reus poſſeſſor vocatus eſt in iudicium
nominare debet, l. 2. C. vbi in rem actio. & di-
cto capitulo quoniam frequenter §. in alijs Ve
rùm adhuc ſtat dubitatio, quomodo intelliga-
3 tur ſtatim. Et gloſſa † in d. §. alijs, intelligit
ante libelli oblationem, vel antequàm reſpon-
deat: atque ita (vt cæteri intelligunt) ante li-
tem conteſtatam. Ita ſanè Bart. in d. l. 2. nu-
mer. 14. C. vbi in rem actio. & Marianus So-
cinus in d. §. in alijs. numer. 118 qui eiuſdem
opinionis alios recenſet. Verum exiſtimauit
Barba. in d. §. in alijs. numer. 53. verſicu. tu
4 pondera, † iudicis arbitrio relinqui, quando
reſpondere debeat, ex quo conſtitutiones il-
læ dicunt, quòd ſtatim debet reſpondere: &
illa dictio, ſtatim, ſignificat tempus ad iudicis
arbitrium, iuxtà capitulum an ſit. vbi gloſſa
de appellation. Quam ſententiam ego veram
& æquitati conſentaneam credo. Si quidem ad-
miſſa recepta opinione ſequeretur, quòd poſ-
ſeſſor conuentus aliquibus exceptionibus di-
latorijs & declinatorijs poſſet fruſtrare & elu-
dere actorem, vtputa excipiendo, iudicem il-
lum non eſſe iudicem competentem, vel acto-
rem non habere legitimam perſonam ſtandi in
iudicio, vel ſimilem aliam exceptionem, qua
actor ipſe valdè vexaretur; & tamen ſalua ad-
huc eſſet facultas illi reo nominandi: Et pro-
5 pterea gloſſa in dicto † capitulo quoniam fre-
quenter. §. in alijs, in verbo, ſtatim, interpre-
tatur ſtatim, ideſt, antequam reſpondeat. Do
ctores noſtri intelligunt, antequam reſpon-
deat, affirmatiuè, vel negatiuè conteſtando
litem. Ego verò cum Barbatia dicerem, ante-
quàm aliquid reſpondeat, etiam proponendo
aliquam exceptionem dilatoriam vel declina-
toriam, iudicis tamen arbitrio: atque ita id
factum dicetur etiam ante litem conteſtatam,
iuxtà communem ſententiam: quæ quidem
ita declarari poteſt. Ita etiam poteſt declarari
6 † ſtatutũ Papiæ in ciuilibus ſub rubrica. Quòd
nominatus dominum in iudicio non exima-
tur &c. dum vult, nominationem fieri debere
ante litem conteſtatam: vel habitam pro con-
teſtata. Declarari inquam poteſt, vt intelliga-
tur ante litem conteſtatam, & antequàm aliqua
alia exceptio ab eo obijciatur, arbitrio tamen
iudicis: lite autem conteſtata non eſt amplius
aliquo modo locus huic nominationi. Quod
intelligit Barbatia in d. § in alijs, non procede-
re; quando aliquis error allegaretur: Nam tũc
errore ipſo probato & reuocato, locus erit no
minationi, iuxta text. in capitulo vltimo de
confeſſ. Declaratur etiam hæc traditio, vt lo-
7 cum non habeat quando fieret † nominatio ad
effectum, vt ille reus conuentus vti poſſit ſuis
defenſionibus. Nam tunc poſſet fieri etiam
poſt litem conteſtatam. Ita declarat Marianus
Socinus in d. § in alijs. nume. 118. in finem. Ea
vtitur ratione, quia tunc non eſt exceptio decli
natoria &c. Ita enim loqui cum negatiua Soci-
8 num † intelligo, etſi in vulgatis codicibus lo-
quatur affirmatiuè. Quibus declaratur illud ſta
tutum Papiæ ſub rubrica. Quod nominans do
minum &c. vt ſcilicet, non procedat duobus
his in caſibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Electioni conſentire debet electus.*
2 *Electus intra quod tempus debeat electioni conſentire.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui, intra quod tempus electus debeat conſentire electioni.*
4 *Iudicis arbitrio relinqui, intra quod tempus Epiſcopus debeat inſtituere præſentatum.*
5 *Iudicis arbitrio ſtatui tempus ei, cuius conſilio fieri debet electio.*
6 *Iudicis arbitrio diſtribui expenſas, quas faciunt euntes Romam pro diffinitione litis ſuper electione exorta.*

## CASVS CCCCLXXVII.

### DE TEMPORE, QVOD ELECTO ſtatuitur,ad conſentiendum electioni: & ad inſtituendum ab Epiſcopo præſentatum à patronis.

CVM quis ad dignitatẽ, vel offi
cium electus eſt,nõ prius ſuſci
pere adminiſtrationem debet
1 quã vt cõſentiat † electioni &
eã cõfirmari petat,cõfirmatio-
nemq́ue obtineat.c.cupientes,
c. quàm ſit. & c.ſi electio.de electione in ſexto.
Cæterùm cõtingit dubitare,quantum temporis
2 tributum ſit electo, † vt electioni conſentiat,&
3 eam cõfirmationem petat?Et iudicis † arbitrio
hoc relinqui tãdem cenſuit gloſſ.in c. quàm ſit
in verbo q̃ citius.in c.cupiẽtes.§.inſuper,in ver
bo prolixius. & in c. ſi electio.in verbo aliã.de
4 electione in ſexto. Ita etiam iudicis † arbitrio
relinquitur, intra quod tempus debeat Epiſco
pus inſtituere clericum prę ſentatum. vt decidit
Franciſcus de Marchis.q.492. nu. 6.parte pri-
ma. Eſt quoque iudicis arbitrio prę ſtituendum
5 † tempus illi,cuius conſilio fieri debet electio,
vt conſultè & deliberatè reſpondere,& conſiliũ
ſuum dare poſſit. Ita Abbas in capitulo cum in
veteri.num.5.in fine.de electio.Cum verò duo
ex his eligere debentibus Romam accedunt, vt
Pontificem,vel prælatum alterum inſtruant,de
his,quę ſuper electione exorta eſt cõtentio, pro
6 iudicis † arbitrio pro expenſis, quas in itinere
faciunt,contribuere debent. Ita gl. in c.cum nõ
deceat. de elect.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Clericum à ſua eccleſia abeſſe non poſſe.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui quandiu clericus abeſſe poſ-ſit iuſtis de cauſis.*

## CASVS CCCCLXXVIII.

### CLERICVM DIV A SVA ECCLEſia non poſſe abeſſe.

POSTEAQVAM ſuperiore
caſu aliqua ſcripſi de iudicis ar
bitrio, quod verſatur circa prę
finitionem temporis à lege nõ
ordinati in electionum conſen
ſu & confirmatione, volui, &
hoc in loco alia de his, quæ circa tempus ver-
1 ſantur, pertractare. Cum † clericus à ſua ec-
cleſia diu abeſſe non poſſit, etiam ſi licentiam
ab Epiiſcopo habeat, vt aliqua de cauſa ei abeſ
ſe liceat, capitulo inter de clericis, non reſi-
dent. Dubitari tamen contingit quandiu poſ-
ſit abeſſe, ne contumax ſit, & beneficio priue
tur. Et iudicis arbitrio † hoc tempus relinqui
affirmauit gloſſa in dicto capitulo inter, de cler.
non reſiden.& in capitulo præſentium.7.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Poßeßionem à reo ob contumaciam auferri.*
2 *Reus intra quod tempus poßit recuperare poßeßionem ſibi ablatam ſuam ob contumaciam.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui, intra quod tempus poßit reus recuperare peßeßionem ſibi oblatam ob ſuam contumaciam.*

## CASVS CCCCLXXIX.

### DE POSSESSIONE RECVPERANda à reo,cui ob contumaciam ablata à iudice fuit.

CONTINGIT in iudicijs, vt
1 ob † nimiam rei conuenti con-
tumaciam poſſeſſio ab eis aufe-
ratur; quam tamẽ contumacia
purgata recuperare poteſt. Ve-
rùm dubitari ſolet, intra quod
2 tempus data ſit hæc recuperandi † facultas. Bar.
in l. ſi prius,num.5.ff.de operis noui nuntia.&
ibidem Alber.num.7.ſcribunt,hoc tempus nõ
eſſe à lege determinatum,& ob id iudicis arbi-
3 trio † relinqui.

SVMMARIVM.

1 *Temporis anguſtia quando actum vitiet.*
2 *Temporis anguſtiam vitiate contractus ſtricti iuris.*
3 *Contractus bonæ fidei non vitiari ob temporis anguſtiam.*
4 *Legata non vitiari temporis anguſtia.*
5 *Gratias Principum non vitiari temporis anguſtia.*
6 *Gratiæ motu proprio conceſſæ fauorabiles ſunt.*
7 *Penſionis conſtitutio motu proprio facta non vitiatur ob temporis anguſtiam.*
8 *Sententiam non vitiari temporis anguſtia.*
9 *Sententiam de actu certo tempore faciendo duo continere.*

## CASVS CCCCLXXX.

### DE TEMPORIS ANGVSTIA quando actum vitiet.

SCIO dubitatum pluries, an
1 † tẽporis anguſtia vitiet actũ.
Qua quidem in re diſtinguen-
di ſunt aliquot caſus, vnà cum
Roman. in conſil. 348. Quæ-
ritur nunquid.
2 Primus eſt caſus † in contractibus ſtricti iu-
ris, ſicuti eſt ſtipulatio. Hoc ſanè caſu cõtractus
redditur nullus,cum adiectũ eſt tempus, intra
quod expediri nõ poteſt promiſſum, ita probat
l.3.§.ſi quis ita,il ſecõdo,de eo,quod cer.loco l.
vlt.



vlt.§.ſi inter eos.vbi Bartol.ff.de verbor.oblig.
& §.loca.in inſtit.de verb.oblig.& ibidem Do
cto.Roma.in d.conſ.348.nu.1.Iaſ.in d. l.3.§.ſi
quis ita,il.2.nu.3.ff.de eo,quod certo loco.
3 Secundus eſt caſus in † contractibus bonæ fi
dei; vt eſt in emptione & venditione & ſimili-
bus: ij enim nõ vitiantur ob temporis anguſtiã,
ſed ad actum explicãdum cõceditur tempus iu
dicis arbitrio, ita probat tex.in l.inſulam. §.vlt.
ff.locati, quem ſingularem dixit in hanc ſentẽ
tiam Romanus in d.conſi.348.num.2.Bart.in
d.§.vlt.Iaſ.in d.l.3.§.ſi quis ita,il.2.num.3.de
eo,quod certo loco.
4 Tertius eſt caſus † in vltimis voluntatibus, ſi
cuti eſt in ſolutione legati. Hoc ſanè in caſu tẽ
poris anguſtia non vitiat legatum, ſed concedi
tur tempus arbitrio iudicis ad illud prę ſtãdũ.
Ita probat l.ſi quis ita.ff. de cõdit.inſt.& l.ſi mi
hi & tibi.§.ſi quis ſeruos.de leg.3.& tradũt Ro
ma.in d.conſi.348.nu.3.Iaſ.in d.§.ſi quis ita.n.
3.qui rationem adfert.
Extẽditur hic caſus, vt locum habeat etiã in
his,quæ vltimis voluntatibus æquiparãtur, ſicu
5 ti eſt † in gratijs Pontificum. Ita in ſpecie extẽ
dit Roma.in d.conſi.348.nu.5.& illum ſequu
tus eſt Gigas in tract.de penſionibus.q.27.in fi.
Dec.in conſ.405.num.2. Nam hæ æquiparan-
tur vltimis voluntatibus,capitulo quia cunctis,
de conceſſione præbendæ, & cap. ſi pluribus.
de præben.in ſexto, & tradunt idem Roma. in
conſi.376.nu.8.& Gigas in d. tract. de penſio-
nibus.q.58.in fi.
6 Et ideo gratiæ hæ † motu proprio conceſſę di
cuntur eſſe fauorabiles. ita Felyn. in c. cauſam
quæ.num.8.de reſcript.& Caſſad.deciſ.3.titul.
de penſio. Et procedit hæc extenſio etiã in gra
7 tia facta penſionis † conſtitutæ motu proprio,
quæ vltimæ voluntati æquiparatur, vt reſpõdit
Roma. in conſi.388.num.7.etſi aliæ æquiparẽ-
tur contractibus, vt ſenſit Gigas in d.q.58.in fi.
& reſp.3.nume.5.
Quartus eſt caſus in ſententijs: Hæ enim nõ
8 vitiantur † temporis anguſtia, ſed iudicis arbi-
trio tribuitur tantum temporis quantũ ſuffice
re poſſit ad præſtandum id, quod iudicatũ fuit.
Ita Romanus in d.conſi.348.num.4.poſt Gof-
fredum.Hoſtien.& gloſſ.quos recẽſet. Et ea rõ-
9 ne motus eſt, quia ſententia † continet duo mã
data indiuiſibilia. Primum, quòd actus explice-
tur. Secundũ, quod certo die explicetur, vt pro
bant.l.Celſus.ff.de arbitr.& c. cũ dilecti.de do
lo & contumacia. Quamuis ergo ſecũdum mã
datum ſit impoſſibile, nẽpè intra præſtitutum
illud tempus mandatum exequi: attamen cũ pri
mum mandatum ſubſiſtat, ſequitur dicendũ tẽ
pus illud eſſe iudicis arbitrio tribuẽdum, quod
poſſit ſatis eſſe ad actum illum faciendum,

SVMMARIVM.

1 *Pater viſitans filiũ in Gymnaſio conueniri ibi nõ põt.*
2 *Pater cõueniri põt in loco ſtudij, ſi ibi ſoluere promiſit.*
3 *Pater, qui in loco ſtudij contraxit, ibi conueniri poterit.*
4 *Pater diu in loco ſtudij malitioſè moram trahens, ibi poteſt conueniri.*
5 *Iudicis arbitrio relinqui, quando dicatur pater malitioſè moram trahere in loco ſtudij, vt ibi conueniatur.*
6 *Patrem conueniri poſſe in loco ſtudij, quando alia de cauſa ibi ſortitur forum.*

## CASVS CCCCLXXXI.

### QVANDO PATER VISITANS filium in Gymnaſio exiſtentem,poſſit ibi à debitoribus in ius vocari, breuis enarratio.

PERMVLTA ſunt priuile-
gia ſtudiorũ cauſa conceſſa, in-
ter quæ & hoc connumeratur,
1 ne † pater, q̃ filiũ ſuũ in Gymna
ſio cauſa ſtudiorũ exiſtentẽ viſi
tat, ibi cõueniatur à ſuis credi-
toribus pro cõtractibus alibi geſtis. Ita ſcribit
Rebuffus in tractatu de priuilegijs ſcolariũ.pri
uilegio 77.ex ſentẽtia gloſſę in l.2.§.legatis in
verbo ob aliã cauſam.ff.de iudicijs. & alios ibi
recẽſet. Quã quidẽ traditionẽ declarat idem Re
2 buffus quattuor modis. Et primò, quando † pa
ter ꝓmiſiſſet ſoluere in loco ſtudij. Secũdo, qñ
3 † in ipſo loco ſtudij verè contraheret. Tertiò,
4 quãdo † in ipſo loco ſtudij longo tempore com
moraretur, vt euitaret cõueniri à creditoribus.
5 Quãdo autem dicatur longo † tẽpore, atque ita
malitioſè cõmorari eo in loco, iudicis arbitrio
relinquitur, ſecundùm Rebuffum. Quartò de-
6 clarat, non procedere, quãdo † pater iſte alia de
cauſa ſortiretur domicilium in eo ſtudij loco,
vt origine, adoptione, vel alia ſimili.

SVMMARIVM.

1 *Accuſans ardore vindictæ repellitur.*
2 *Maritum peccare cùm ardore vindictæ accuſat vxorem de adulterio.*
3 *Maritus licite occidit vxorem in adulterio deprebenſam.*
4 *Maritum ardore vindictæ occidentem vxorem in adulterio deprehenſam peccare.*
5 *Iudicis arbitrio relinqui, quando quis dicatur accuſare, vel occidere vxorem ardore vindictæ*

## CASVS CCCCLXXXII.

### DE ACCVSANTE ET OCCIDENte ardore vindictę.

1 RECTE equidem faciunt † iudices illi
prudentes, qui ad accuſandum nõ ad
mittunt illum, qui vindictæ ardore, &
libidine potius, quàm ob bonum publicum, &
charitatem accuſare vult. Nam ſi eum admittũt
grauiter

grauiter peccant, quemadmodum ſcriptum reli
querunt Innocentius & Hoſtien. in capitulo du
dum, il ſecundó, in verbo electionis. de electio.
Archid. in capitulo quærendum. num. 1. 2. q. 7.
& Felynus in capitulo quæ in eccleſiarum. nu.
13. de conſtit. Et eo loci Felynus adfert illud
ſimile ex Ricardo in 4. ſentē. diſtinct. 37. q. 2. ar
2 tic. 1. quòd ſi † vir curat ardore vindictæ apud
iudicem, vt vxor ſua ob cōmiſſum adulterium
puniatur, grauiter peccare. Et huc facit, quod
poſt alios ſcribit Decius in l. bonafides. in fine.
3 de regulis iuris, ꝙ etſi permiſſum ſit marito † oc
cidere vxorem in adulterio deprehēſam. l. Grac
chus. C. ad legem Iuliam. de adult. Attamē qui
4 † ardore vindictæ occidit, reus ſit peccati. Idem
tradit Neuiz. libro primo Syluæ nuptialis, nu.
84. & declarat Ripa in l. nemo poteſt, numero
101. de legatis primò. Cæterùm contingit du-
bitari, quando accuſator iſte dicatur ardore vin
5 dictæ accuſare? Et † iudicis arbitrio relinqui
affirmarunt Innocentius, Hoſtienſis, & Archi-
diaconus, qui admonent iudicem poſſe hoc co-
gnoſcere ex qualitate perſonarū, ferocitate, vel
ſimplicitate, vultus, prolatione verborum com-
minantium, vel placabilium.

*SVMMARIVM.*

1 *Muri ciuitatis ſancti.*
2 *Sanctum vnde dictum.*
3 *Lapides è muris ciuitatis auferre prohibitum.*
4 *Iudicis arbitrio puniri auferentem lapides è mu-
ris.*
5 *Muros vrbis Romæ tranſcendens grauiter puni-
tur.*
6 *Iudicis arbitrio punitur tranſcendens muros ciui-
tatis.*
7 *Iudicis arbitrio puniri eum, qui tranſcendit muros ci-
uitatis, vt bannitum occidat.*

## CASVS CCCCLXXXIII.

### DE POENA TRANSCENDENtium muros Ciuitatis, vel auferentium ab eis lapides.

1 CIVITATIS † muros ſan-
ctos eſſe dixerunt Caius in l.
1. ff. de rerum diuiſione. & Ci
cero libro ſecundo de natura
Deorum. Cuius verba adſcri
pſi. Muri vrbis, quos vos Pon
tifices ſanctos eſſe dicitis. Ea autem ratione
2 quid † ſanctum dictum fuit, quod ab hominū
iniuria aliqua ratione munitum eſt. Qua ratio
3 ne fit, vt permiſſum non ſit è muris † auferre la
pides. §. ſanctæ. inſtitution. de rerum diuiſione.
nec etiam aliquid aliud facere, ex quo damnum
irrogetur. l. pen. ff. ne quid in loco ſacro. Cæte
rùm ambigi poteſt, qua pœna puniatur, qui au-
ferd lapides è muris, vel aliud damnū infert. Et
4 cum pœna lege diffinita non ſit, † iudicis arbi
trio punitur. Ita docuit Ioānes Coraſius in d. l.
1. num. 11. & in l. vlt. num. 11. in verbo muros. ff.
de rerum diuiſione. Quo loci ait, grauius puni-
ri, ſi hoſtili animo quid aliud egit, ex l. vlt. ff. ad
l. Iul. maieſt. Sancitum etiam fuit, quòd tranſcē
5 dens † muros vrbis Romæ pœna capitis plecta-
tur. l. vltima. ff. de rerum diuiſione. Dubitari ta-
men ſolet, an eadem pœna puniatur is, qui alte
rius Ciuitatis muros trāſcendit. Et magis rece
6 ptum eſt non puniri pœna capitis, ſed † arbitra
ria tantùm. Ita multorum auctoritate decidit
7 Boerius q. 232. reiecta aliquorū opinione. † Iu
dicis etiam arbitrio punitur is, qui muros tran
ſcendit, vt bannitum ex ſtatuti permiſſione occi
deret. Ita tradit Nellus in tractatu de bannitis in
ſecunda parte ſecundi temporis, nu. 13. ex ſentē
tia Cyni, quem recenſet. Et Nellum ſequutus eſt
Ruinus in conſi. 2. num. 5. & num. 6. lib. 5. vbi
egregiè admonet iudicem quid hoc in caſu ha
beat conſiderare.

*SVMMARIVM.*

1 *Denunciationi euangelicæ quando ſit locus aduerſus
eum, qui ſententiam obtinuit.*
2 *Denunciationi euangelicæ locum eſſe, cùm is, qui ſen
tentiam obtinuit fatetur eam iniquam.*
3 *Res iudicata notoriè iniuſta retractatur.*
4 *Rem iudicatam non fulciri ipſa veritate.*
5 *Præſumptionem iuris & de iure admittere probatio
nem in contrarium ex confeſſione partis.*
6 *Denunciationem euangelicam remedium ſubſidia-
rium.*
7 *Denunciationi euangelicę an ſit locus, cùm notoriè
conſtat ſententiam eſſe iniuſtam.*
8 *Sententiam notoriè iniuſtam non tranſire in iudica-
tum*
9 *Denunciationi euangelicæ an ſit locus, cùm non con
ſtat notoriè de iniuſtitia.*
10 *Decij diſtinctio probata.*
11 *Iudicis arbitrio relinqui, quando indicia dicantur gra
uia, vel leuia, vt ſit locus denunciationi euangelicæ
pro iniuſtitia ſententiæ.*

## CASVS CCCCLXXXIIII.

### QVANDO DENVNCIATIONI euangelicæ locus ſit aduerſus eum, qui ſententiam obtinuit iniuſtam.

EGREGIA eſt illa diſputatio
interpretum, dum contendunt
1 an locus ſit † denunciationi
euangelicæ, iuxtà capitulum
nouit. de iudicijs, aduerſus
eum, qui ſententiam remque
iudicatam obtinuit. Qua ſanè in re ſemper pla
cuit illa diſtinctio triū caſuum, quā facit Dec.
in d. c. nouit. nu. 19. poſt Abbatem ibi.

Primus



Primus eſt caſus (inquit ille) quando iniqui-
2 tas † ſententiæ probatur per cōfeſſionem eius,
qui eam obtinuit. Hoc ſanè caſu locus eſſe po-
teſt denunciationi euangelicę. Ita Abbas in d. c.
3 nouit. Si quidem res ipſa † iudicata retractari
poteſt etiam in foro iudiciali: cum conſtat ex cō
feſſione partis, eam eſſe falſam, vt tradunt In-
nocentius in capitulo quia plerique, de immu-
nitate eccleſiæ, Butrius in cap. is, qui fidem. de
ſponſal. & alios recenſet Decius in d. c. nouit.
nu. 19. Idem in c. quoniam contra, nume. 36. de
probatio.
4 Ea eſt ratio; quia † res ipſa iudicata non ful-
citur ipſa veritate propriè, ſed impropriè, nem
pè præſumptione iuris & de iure. Quę quidem
5 præſumptiò † iuris & de iure admittit contra
riam probationem ex confeſſione partis. Ita De
cius in dicto capitulo quoniam contra. nu. 39.
de probat. Iaſon. in repetitione l. admonēdi. nu.
39. de iureiuran. Curtius iunior in conſ. 104.
num. 4. & Alciatus in tractatu de præſumptio-
ne in præludijs parte ſecunda. num. 4. Qui qui
dem loquũtur & in ſpecie præſumptionis iuris
& de iure orientis ex re iudicata. Cęterùm ſcri-
bit Decius in dicto capitulo nouit. nu. 9. in fi-
ne; quòd ſtante hac confeſſione nō ſolùm locus
eſt denunciationi euangelicæ, ſed etiam in foro
iudiciali poterit hæc ſententia retractari. Ego
crederem hoc in caſu ceſſare euangelicam hác
6 † denunciationem: cùm illa remedium ſit quod
dam ſubſidiarium, quod redditur in defectū re
medij ordinarij, vt tradunt Bartolus in extraua
gan. ad reprimēdum, in verbo per denunciatio-
nem. num. 9. & Abbas in dicto cap. nouit. num.
48. in fine.
7 Secundus eſt caſus, quando † conſtat noto
riè ex alijs, ſententiam eſſe iniuſtam. Hoc etiam
in caſu ſcribunt Abbas & Decius locum eſſe de
8 nunciationi euangelicæ, cum hæc † ſententia
ob notoriam iniuſtitiam non ſit lapſa in iudica
tum. Ita Butrius in capitulo ſuam. penult. nota.
de pœnis. Decius in capitulo quoniam contra,
num. 36 de probatio. Barb. in conſ. 1. li. 2. Cur.
Sen. in conſ. 60. col. 6. & conſ. 66. col. 3. & in ſpe
cie Cur. Iun. in conſ. 104. nu. 3.
9 Tertius eſt caſus, quādo † clarè non conſtat
de iniuſtitia rei iudicatæ, ſed ex coniecturis tan
tùm. Hic caſus habet dubitationem, cum multi
ſint in ea opinione, quòd locus ſit huic denūcia
tioni. Quam quidem opinionem probauit Abb.
in d. c. nouit.
Verùm magis recepta eſt cum Bart. in d. ex-
trauag. ad reprim. in verbo, Denunciationem. n.
9. vt magis receptam eſſe aſſeruit Decius in di-
cto capitulo nouit. nume. 10. verſic. ſed. difficul
tas. Et idem reſpondit Curtius iunior in cōſilio
104. num. 4. Placet mihi illa diſtinctio, quam
10 facit † Decius in dicto capitulo nouit. nume.
11. verſi. concludendo tamen &c. Quod aut in
dicia ſunt violenta, & tunc procedit opinio Ab-
batis. Aut ſunt leuia, & tūc locum habet Barto
li & ſequacium opinio. Dubitari nunc contin-
git, quæ dicantur hoc in caſu indicia violenta,
11 & quæ leuia. Et iudicis † arbitrio relinqui ſcri-
pſit & rectè Decius in dicto capitulo nouit. nu
mero. 11. in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Poſitiones negatiuæ quando ſint recipiendæ.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, quando poſitiones negatiuæ
ſint recipiendæ, vel reijciendæ.*

## CASVS CCCCLXXXV.

### DE POSITIONIBVS NEGATIuis admittendis, vel reijciendis.

DVBITATVM aliquādo fuit
1 quando negatiuæ † poſitiones
ſint recipiendæ, & cum iure
diffiniri hoc non potuerit, to-
2 tum eſt † arbitrio iudicis tribu
tum. capitulo primo, de confe.
in ſexto. Alex. in conſilio 65. col. 2. lib. 1. &
Franciſcus Herculanus in tract. Quis teneatur
probare negatiuam, numero 136. Prudens ita
que iudex diligenter debet animaduertere, an
poſitiones illæ poſſint probari vel non, ſi pro-
bari poſſunt, eas admittet, aliàs reijciet. Ita
declarat & rectè Herculanus in dicto tract. Qui
bus modis negatiua probatur, numero 109.

*SVMMARIVM.*

1 *Solemnitates adhiberi in teſtamentis ad euitandum
falſitates*
2 *Teſtes teſtamentarios eſſe debere in eodem loco, vbi
teſtator conficit teſtamentum.*
3 *Teſtes quando dicantur eſſe in eodem loco, vbi teſta-
tor conficit teſtamentum.*
4 *Iudicis arbitrio relinqui, quando teſtes dicantur eſſe
eodē in loco, in quo teſtator teſtamentum conficit.*
5 *Aufrerij opinio quando eodem in loco eſſe dicantur
teſtes & teſtator.*

## CASVS CCCCLXXXVI.

### QVANDO EODEM IN LOCO eſſe cenſeatur teſtator & teſtes dum teſtamentum celebratur.

NON alia quidem ratione ſta-
tuerunt legiſlatores noſtri mul
1 tas ſolemnitates eſſe in † con-
ficiendis teſtamentis adhiben-
das, quàm vt falſitates, quan
tum fieri poteſt, euitentur. l.
vlt. §. lex etenim. C. de fideicom. & inter cæ
2 teras ſolemnitates illa eſt obſeruanda, vt † te-
ſtes eodem in loco ſint, vbi teſtator teſtamen-
tum conficit. l. ſi vnus. C. de teſta. & idem eſt in
teſtamento

teſtamento confecto à cęco,l.hac conſultiſſima
§.1. C.qui teſta. facere poſſ. Dubitari autem con
3 tingit, quando teſtes† & teſtator eodem in loco
eſſe cenſeantur; vt puta ſi ſint in eodem cubili,
vel aula, vel teſtes in vno cubili, per cuius ho-
ſtium pateat acceſſus ad cubile teſtatoris.Hęc di
4 ſputatio iure diffinita non eſt,& propterea † iu-
dicis arbitrio relinquitur. Ita reſpõdit Belleme
ra in conſilio 1.col. 2. verſi. & ideò Qui quidẽ
admonet iudicem debere conſiderare, an talis
ſit locus, vt dare potuerit occaſionem fabricãdi
5 falſum. Ego iudicarem eundem eſſe † locum,
quando teſtes poſſunt commodè videre & au-
dire teſtatorem loquẽtem: quemadmodum poſ
ſet contingere, ſi teſtes eſſent apud hoſtiũ aulæ,
è qua datur acceſſus ad thalamum teſtatoris, vbi
teſtator iacet in lecto febri aliqua putrida affe-
ctus,& tutum non eſſet teſtibus propius accede
te: ſatis enim erit, quòd eum commodè videãt,
& loquentem audiant,intelligantque.

*S V M M A R I V M.*

2 *Teſtes quando cogantur ferre teſtimonium.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui. quando teſtes cogi poſſint ferre teſtimonium.*
3 *Teſtis,cui periculum non iminet, cogi poteſt dicere teſtimonium.*
4 *Teſtis,cui periculum imminet, non compellitur ferre teſtimonium.*
5 *Teſtimonium ferre nemo cogitur contra affines.*
6 *Periculo ſe alterius cauſa nemo exponere debet.*

## CASVS CCCCLXXXVII.

### TESTIMONIVM FERRE QVANdo cogi quis poſſit.

1 EGREGIA eſt illa diſputa-
tio, qua quæri ſolet,quãdo † te
ſtes cogi poſſint ferre teſtimo-
nium in cauſis capitalibus. Et
vere Baldus in capitulo dilecto
rum. numero 6. & ibidem Fe-
2 linus numero 3. de teſtib. cogend. † iudicis ar
bitrio hoc relinquunt. Iudex ergo noſter ſua
diligentia conſiderabit,an ipſi teſti immineat,
vel non aliquod periculum, ſi teſtimonium di-
3 cet: ſi nullum videbit † imminere periculũ,eũ
teſtimonium dicere poterit compellere. Idque
vtile erit Reipu.ne delicta impunita remaneãt.
iuxta.l.ita vulneratus.in fine.ff. ad l. aquil. Vbi
4 verè † imminere periculum probabiliter co-
gnouerit, cogere nulla ratione debebit teſtimo.
nium hoc ferre.ſi quidem æquitati cõuenit,ne
5 is qui cogi non poſſet in ſuorum affinium † per
niciem teſtimonium ferre.l. Iulia.ff.de teſti.nõ
etiam cogatur contra ſeipſum: ſicuti hic ferret,
Cũ ex teſtimonio in cauſa capitali prolato gra
uius,capitaliſque inimicitia exoriri ſoleat. cap.
cum P.de accuſat. Quam ſanè inimicitiã vnuſ
quiſque ſapiens, prudensque euitare ſolet: Nec
6 debet† quis exponere ſe periculo alterius cauſa
l. ſi quando. C. de teſtib. Et charitas ordinata à
ſeipſo incipit.l. Præſes. C.de ſeruit. & aqua.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuriſdictionem eſſe publici iuris.*
2 *Iuriſdictio vendi inſcio domino non poteſt.*
3 *Vendere nemo poteſt rem, quæ in ſuo patrimonio non eſt.*
4 *Magiſtratus vendi nõ debent,ne emptores iuſtitiam deinde vendant.*
5 *Iuriſdictionem vendens de euictione non tenetur.*
6 *Iudicis arbitrio punitur vendens iuriſdicti. domino inſcio.*
7 *Iudicis arbitrio puniri vendens corpora ſanctorum.*

## CASVS CCCCLXXXVIII.

### DE POENA VENDENTIS IVRISdictionem, & ſanctorum corpora.

1 CVM iuriſdictio † publici iuris
ſit, l. 1. §. publicum ius.ff.de iu-
2 ſtit.& iure,nec ab aliquo † oc-
cupari, aut vendi inconſulto
domino poteſt. capitulo 1. de
allodijs, in viſibus feudo. quo
loci Baldus nume. 3. comprobat ex illa notiſ-
3 ſima iuris ſententia, quòd nemo poteſt † ven-
dere rem, quæ in ſuo patrimonio non eſt, nec
iure priuati eſſe poteſt. l. apud Iulianum in fine.
de leg. 1. & leg. inter ſtipulantem. §. ſacram,ff.
de verbo. obligat. Et quamquam ante conſtitu
tionem illam d. cap. 1. de allodijs, eſſet ita con
ſtitutum in. §. 1. in auth. vt iud. ſine quoquo ſuf
frag. eam ſcilicer ob cauſam, ne magiſtratus de-
4 inde † ipſi iuſtitiam (quod aiunt) venderent iux
ta id, quod dicebat Alex. Seuerus, vt ſcripſi ſu-
pra in caſu.401.numero 16. Attamen neceſſariũ
forte fuit ( vt præcitato in loco docuit Baldus)
iterum ita ſancire: quia forte conſuetudine ino
leuerat, vt iuriſdictiones venderentur. Quini-
5 mò nec vendens † iſte tenetur de euictione,etiã
ſi eam ſtipulationem promiſerit, vt idem Bal-
dus annotauit ibidem. nume. 3. in fine. & idem
ſcribunt Iſernia & Afflict. in cap. 1. §. ad hoc qui
allodiũ de pace iur. firma. Cæterùm dubitari cõ
tingit, qua pœna feriendus ſit, qui iuriſdictio-
6 nem vendit. Et † iudicis arbitrio puniendum
eſſe ſcripſit Baldus loco iam citato. ex l. nemo
martires C. de ſacroſ. eccleſ. quo loci gloſſa, Al-
7 bericus & Alciatus ſcribunt, illum qui † corpo
ra Martyrum mercatus eſt, ea pœna extra ordi-
nem puniri, quod intelligitur, niſi mercatus ſit
à prophanis, vt eccleſiis reconderentur.

*S V M M A R I V M.*

1 *Communem loquendi vſum anteferri proprietati ſermonis.*
2 *Cõis loquẽdi vſus vt probetur debet eſſe decẽnalis.*





3 *Communis loquendi vſus debet eſſe eius loci, vbi negotium confectum fuit.*
4 *Teſtes deponentes de communi vſu loquendi dicere debent à quot audierint.*
5 *Communis vſus loquendi debet eſſe eius generis hominum, de quorum negotio tractatur.*

## CASVS CCCCLXXXVIII.

### DE COMMVNI LOQVENDI vſu, & eius probatione explanatio.

COMMVNIS loquendi vſus
magni effectus eſt: ſiquidem
1 prefertur proprietati ſermonis.
l. librorum. §. quod tamen Caſ
ſius. de lega. 3. vbi glo. & Bart.
in l. talis ſcriptura. in princ. de
lega. 1. & copioſè tradunt omnes in rub. ff. de
ope. noui. nunti. & clarè Bart. in l. Labeo. nu. 5.
ff. de ſup. lega. & Soci. iunior in conſi. 10. nu. 9.
& in conſi. 78. num. 10. lib. 2. Ferratius cautela
52. nu. 1. Didacus lib. 3. varia. reſolutio. cap. 5.
num. 1. & Rolandus in tract. de lucro dotis. q.
6. num. 7. & 8. Verùm vt dici poſſit communis
2 † loquendi vſus plura requiruntur. Et primò
requiritur, quòd is vſus inoleuerit per decem
annos ante. Ita Bart. in d. l. Labeo. num. 6. & nu
me. 9. ff. de ſup. leg. quem ſequuti ſunt Bald. in
l. 2. C. ſi aduer. rẽ iu. Are. in conſi. 11. nu. 6. Cra
uo. in conſi. 308. col. 3. verſ. ad illud reſpondeo,
qui ait, ſufficere probare communem vſum lo-
quendi à tempore, cuius initij memoria nõ eſt
in contrarium. & Ferratius cautela 52. num. 4.
qui poſt Comenſ. declarat non procedere in di
ſpoſitione ſtatuti, vbi debet probari, quòd eo tẽ
pore conditi ſtatuti aderat talis loquendi vſus.
Et in diſpoſitione teſtatoris. Dec. conſ. 465. col.
penultima.
3 Requiritur ſecundò, quòd † is vſus commu-
nis loquendi fuerit in eo loco, in quo confectus
fuit actus, vel vbi verba fuerunt prolata. Ita do
cuit Bart. in d. l. Labeo. nu. 7. & cum eo Soci. ſen.
in l. Gallus. §. ſi eius. de libe. & poſth. Rui. in cõ-
ſil. 63. col. 3. lib. 3. Cur. iun. conſ. 175. col. 2. Ro-
land. in tract. de lucro dotis. q. 6. nu. 12. Cum ta
men teſtis interrogatus reſpondet, ſe ſcire; quia
ita communiter audiuit dicere, ſubintelligitur
eo in loco, & tempore, vt ſcripſit Bart. in dicta.
l. Labeo. num. 8. quem probarunt Deci. in conſ.
472. nu. 16. & conſi. 524. nu. 6. in fine. Ruin. in
conſ. 127. nu. 3. lib. 1. & in conſi. 10. nu. 4. lib. 5.
Soci. ſen. in conſ. 37. num. 11. lib. 3. Pariſius in
conſ. 138. num. 14. lib. 4. & Benuenutus Stracca
in tractatu de mercatura. part. prima. nu. 14.
4 Requiritur & tertiò, quòd † teſtes atteſtan-
tes de hoc communi vſu loquendi affirment, ſe
ita audiuiſſe à multis, ſi factum eſt quotidianũ;
ſi verò nõ eſt quotidianum ſufficit audiuiſſe ab
aliquibus: id quòd relinquitur iudicis arbitrio.
Ita Bart. in d. l. Labeo. nu. 10. ff. de ſup. leg. quo
loci Bar. in fine ſcribit, non eſſe neceſſe, quòd te
ſtes exprimant nomen, à quibus ita dici audie-
rint. Quod eſſe dignum annotatione ſcripſerũt
Aretin. in conſi. 73. in fine. & Decius in conſi.
11. num. 12.
5 Requiritur & quartò, quòd † teſtes atteſten-
tur de communi vſu loquendi illius generis ho
minum, cui conuenit actus ille, vel illa verba;
vtputà ſi agatur de negotiationibus mercatorũ,
& allegatur communis vſus, debent teſtes depo
nere de vſu communi mercatorum, & nõ alio-
rum. Ita reſponderunt Decius in conſil. 7. col.
3. & Socin. iun. in conſ. 61. num. 27. lib. 2. Pra
xim autem, vt articuli formari poſſint, & teſtes
ferre teſtimonium, rectè docuit Bart. in d. l. La-
beo. ad finem.

*S V M M A R I V M.*

1 *Appellare non licet à ſententia interloquutoria.*
2 *Iudicis arbitrio relinquitur, quæ dicatur cauſa iuſta, vt appellatio admittatur ab interloquutoria.*
3 *Appellandi ab interlocutoria iuſtam cauſam præbet damnum irreparabile.*
4 *Appellationem ab interlocutoria admitti multis in cauſis.*
5 *Appellationem recipi ab interlocutoria cùm decem concurrunt.*

## CASVS CCCCLXXIX.

### APPELLATIO AB INTERLOCVtoria, quando, & qua de cauſa recipiatur.

CERTA eſt iuris conſtitutio, ꝙ
1 à † ſententia interlocutoria nõ
licet appellare. l. 2. ff. de appel.
recipien. vel non. & l. ante ſen
tentiam. C. quo. appel nõ recip.
Verùm ſi iuſta ſubeſt appellãdi
cauſa, permittitur appellatio; quæ autem iuſta
2 † cauſa, dici poſſit, iudicis arbitrio relinquitur.
ita Baldus in dicta l. ante ſententiam. numero
4. poſt Ioannem Monacum in cap. Romana. nu
me. 11. de appellat. in 6. Rectè autem prudens
3 † iudex iudicabit cauſam iuſtam, & probabilẽ
eſſe, cùm videt damnum illatum per interlo-
cutoriam eſſe irreparabile per diffinitiuam. Ita
Bartol. in dicta l. 2. nume. 2. in fine. ff. de ap-
pellat. recipien. Barbat. in conſilio 85. colu.
vlt. lib. 3. Ruin. in conſilio 121. num. 2. lib. 5.
Ioann. Ferrarius in tract. de appellat. capit. 4.
4 num. 35. Plures alias † cauſas, ob quas iudex ad
mittit appellationem ab interlocutoria recenſet
Specul. in tit. de appellat. §. in quibus. num. 28.
& 29. & ibidem Ioan. Andreæ in additio. Ne-
ceſſariò autem † decem requiri, vt appellatio ab
interlocutoria recipiatur, ſcribit Præpoſ. in cap.
vt debitus. col. 18. de appellat. & idem penè tra-
dunt Roma. conſi. 501. Petrus Ferrarius in pra
ctic. Papien. in forma appella. ab interlocut. &
Ferrarius in d. cap. 4. num. 36. & 37.

### SVMMARIVM.

1 *Poſthumi præteriti natiuitate rumpi teſtamentum.*
2 *Poſthumo nato, & illicò mortuo non rumpi teſtamentum.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui, quando poſthumus illicò dicatur mortuus, vbi natus eſt.*

## CASVS CCCCXCI.

### DE POSTHVMO PRÆTERITO qui non rumpit teſtamentum, cùm illicò deceſſit.

1 POSTHVMI natiuitate † rũ-
pi teſtamentũ certum eſt, quan
do non fuit inſtitutus, vel nomi
natim exhæredatus.l placet.l, ſi
quis poſthumos,ff de libe. & po
ſthu.& in l. quod certatum. C.
de poſth.hæred.inſt. Quę ſententia procedit,ni
2 ſi illicò quò † natus eſt deceſſerit.d.l. quod cer
tatum. Dubitari nunc contingit, quando dica-
3 tur illicò deceſſiſſe. Et iudicis † arbitrio hoc re
linqui affirmauit Franciſcus de Marchis.q.169.
in fin. parte ſecunda.

### SVMMARIVM.

1 *Probationes in cauſis capitalibus clariſſimas eſſe oportere.*
2 *Probationes duæ ſemiplenæ poſſunt coniungi in cauſis capitalibus.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui, quando duæ ſemiplenæ probationes poſſint coniungi in cauſis capitalibus.*

## CASVS CCCCXCII.

### DE IMPERFECTIS PROBATIONIBUS in cauſis capitalibus coniungendis.

TAMETSI in cauſis capitali-
bus, in quibus graue præiudi-
1 cium verſatur, probationes † eſ
ſe debeant luce meridiana (vt
aiunt) clariores.l. vlt. C. de pro
batio. Verùm tamen ad con-
ſtituendam plenam. & perfectam probationem
2 † duæ aliquando ſemiplenæ poſſunt coniungi;
quando autem hoc iure permiſſum ſit relinqui
3 tur in † iudicis arbitrio. Ita docuit Io. Bapt. à
Sancto Seuerino in repe.l. admonendi.nu.207.
ff. de iureiuran.

### SVMMARIVM.

1 *Debitor poteſt ſoluere in quam vult cauſam.*
2 *L. cum ex pluribus. ff. de ſolutio. declaratur.*
3 *Pœnam infamiæ eſſe grauiſſimam.*
4 *Cauſæ ſtatus perſonæ gradum habent.*
5 *Pœna mortis cauſam reddit grauiſſimam.*
6 *Cauſa debiti grauior eſt, cùm vſuras continet.*
7 *Cauſa debiti grauior eſt, ob validiorem obligationem.*
8 *Cauſa debiti grauior dicitur, quando datus eſt fideiuſſor.*
9 *Cauſa debiti eſt grauior ob maiorem affectionem.*
10 *Actus præſumitur factus nomine proprio.*
11 *Filius ſoluens debita patris, dicitur iure hæreditario facere.*
12 *Agens in iudicio, proprio nomine agere pręſumitur.*
13 *Patrem dando dotem filiæ, nomine proprio dare creditur.*
14 *Cauſa debiti grauior dicitur reſpectu facilioris exactionis.*
15 *L. ſi quid ex famoſa. ff. de ſolutio.*
16 *Cauſa debiti, quæ paratam habet executionem cæteris omnibus antefertur.*
17 *Iudicis arbitrio relinqui, an cauſa debiti, quæ habet paratam executionem, præferatur illi, quæ pignus, vel hypothecam habet.*
18 *Cauſa debiti grauior altera dicitur reſpectu grauioris quantitatis.*
19 *Solutio cedere debet in cauſam antiquiorem.*
20 *Solutio cedit pro rata in omnem cauſam.*
21 *Solutio ſimpliciter facta non dicitur facta pro ea cauſa, quæ continet ſolam obligationem naturalem.*

## CASVS CCCCXCIII.

### QVÆ DEBITI CAVSA GRAVIOR altera cenſeatur; & in quam cauſam facta ſolutio cadat.

1 DEBITORI † multis de cauſis
ea data eſt facultas, vt cùm ſol-
uit, nec exprimit, quam in cau-
ſam ſoluat, ſoluere dicitur in
duriorem cauſam.l. 1. & l. cum
ex pluribus. ff. de ſolutio. Verũ
2 in eo reſponſo † l. cum ex pluribus ordo datur
his verbis, vt prima cauſa, ob quam fuit ſolutũ,
illa eſſe cenſeatur, quæ infamiam continet: atq;
ita illa, quæ ſtatum perſonæ reſpicit. Nam cauſa
3 & † pœna infamiæ grauiſſima eſt., l. quid ergo.
§. pœna grauior. vbi copioſè ſcribentes. ff. de
4 his, qui not. infam. Datur tamen aliquis † gra-
dus in cauſis his ſtatus perſonæ, vt ſi vna cauſa
reſpicit pœnam corporalem cum infamia, hæc
erit grauior, illa, quæ ſolam infamiam cõtinet,
vt declarat Bart. & Imol. in d.l. cum ex plurib.
col. 1. Et rurſus (ait ille) inter pęnas corporales
5 illa dicitur grauior, quę † pœnam mortis cõti-
net, ꝙ illa, quæ pęnã mutilationis mẽbri, decla-
rãt Dec. & Cagn. in l. ſi in duabus, ff. de reg. iu.
6 Secunda eſt cauſa † grauior inter cauſas ciui
les & pecuniarias, cũ quis eſt debitor ſub pęna,
vel ſub vſuris, vt dicitur in d.l. cũ ex pluribus.
quo loci ſcribit Bar. nu. 2. ver. qñq; dicitur &c.

non



non eſſe habendam rationem, quòd ex vna cau-
ſa debeantur maiores, vel minores vſuræ, id qđ
annotauit & ibidem Imola: & idem in l. ſi ex
pluribus. §. vltimo. ff. eod. de ſolutio. Socinus
ſen. in conſilio 24. nume. 2. lib. 3. Fulgoſ. in
conſilio 7. col. 2.
7 Tertia grauior † cauſa eſſe dicitur reſpectu
validioris obligationis, vt quia ex vna debetur
ſub pignoribus, & hypotheca: & ex altera verò
non. Ita declarat Bart. in d.l. cum ex pluribus.
numero 2. verſic. tertiò dicitur: ex illo textu.
& ibidem Imola colu. 1. & idem reſpondit So-
cinus ſenior in conſilio 293. colum. 1. lib. 2. &
in conſilio 24. num. 2. lib. 3. Roman. in conſil.
94. num. 2. qui ait, idem eſſe quando fuit da-
8 tus † fideiuſſor, Alexan. conſil. 39. nume. 2.
lib. 7. Ita etiam Corne. in conſil. 295. colum.
1. lib. 3.
9 Quarta eſt cauſa † grauior reſpectu affectio-
nis, ſicuti eſt, quando in vna cauſa teneor pro
me, in altera verò pro alio: Nam illa qua ego
ipſe teneor, dicitur altera grauior. Ita Bartol.
in d.l. cum ex pluribus. num. 2. verſic. quarto di
citur. & ibidem Imola colum. 2. verſic. quartò
10 dicitur grauior. Ea eſt ratio: quia quis † præſu
mitur facere actũ proprio nomine, quãdo pro-
deſſe ei poteſt. l. & magis. ff. de ſolutio. Et hinc di
11 cimus, quòd † filius ſoluens debita patris, dici-
tur ſoluere iure hæreditario, & ita proprio, non
autem alieno, vt reſpondit Decius in conſilio
449. nume. 10. Ita ille, qui in iudicio agit, age
12 re † dicitur nomine proprio, non autem alieno.
Ita copioſè diſſerit Tiraquellus in tractatu de
retractu conſang. §. 10. gloſſa prima. nume. 3.
13 Ita quando † pater conſtituit dotem filiæ, dici-
tur proprio nomine, & non alieno id facere, vt
reſpondit Socinus iunior in conſilio 79. nume
ro 50. lib. 3.
14 Quinta cauſa grauior † eſſe dicitur reſpectu
facilioris exactionis, vtputà ſi vna habet para-
tam exactionem: altera verò non. ita declarat
Bar. in d.l. cum ex pluribus. eo. nu. 2. verſi. quin
tò dicitur &c. ex illo textu. & ex l. ſi quid ex fa-
moſa. eodem titulo. ff. de ſolutio. Verùm is tex-
15 tus † l. ſi quid ex famoſa. probare videtur quòd
cauſa, quæ habet paratam executionem imme-
diatè ponatur poſt cauſam famoſam, ſicque an
te cauſam propriam, & eam quæ eſt ſub pignore
& hypotheca. Ex ſententia Imolę in dicta l. cum
ex pluribus. colum. 2. verſic. ſed aduerte, reſpõ
16 deri poteſt: quòd cauſa † quæ habet paratã exe
quutionem antefertur quidem cauſæ propriæ,
an verò præferenda ſit habenti pignus, vel hypo
17 thecam, relinquitur iudicis † arbitrio. Qui qui
dem iudex arbitrari interdum poterit, cauſam
illam, quæ eſt ſub pignore, duriorem eſſe, ſi for-
tè pignus eſt pretioſum, & magnæ vtilitatis, at-
que ita valde damnoſum eſſet debitori illud per
dere. Interdum è cõtra poterit iudicare cauſam
duriorem eſſe illam, quę habet executionem pa-
ratam, vt ſi eſſet perſona nobilis, quæ potiùs ꝙ
præhendi, & carceri includi, vellet amittere pi-
gnus, & omnem aliam iacturam ferre. Idem ſen
ſit Corn. in conſ. 195. col. 2. lib. 3.
18 Sexta cauſa grauior † eſſe dicitur grauioris
quãtitatis. Verùm Bart. in d.l. cum ex pluribus.
col. 2. verſ. ſextò dicitur, ſcribit hãc cauſam non
eſſe conſiderabilem, ex tex. l. ſi in duabus. ff. de
reg. iur. & ibidem ſcribentes. Cum verò ſubiun
git Bart. in d.l. cum ex pluribus. colum. 2. verſ.
ſi verò nulla &c. nulla cauſa grauior eſt: tunc
19 ſubito cedit in † cauſam antiquiorem. l. in his,
& l. cum ex pluribus. ff. de ſolut. Idem reſpon-
dit Alex. in conſi. 85. cum. 2. lib. 7. vbi declarat,
niſi adſit alia conſuetudo. Idem reſpondit Cor
neus conſi. 295. nũ. 2. lib. 3. Hanc autem cauſã
antiquiorem intelligit Bart. non inſpecto tem-
pore contractæ obligationis, ſed ſolutionis, ex l.
ſi ex pluribus. §. vlt. ff. de ſolut. Et ſequitur Rui
nus in conſilio 126. nu. 15. lib. 4. Si verò (ait Bar
tolus) nulla eſt cauſa antiquior, tunc cedit ſolu
20 tio † pro rata in omnem cauſam. l. illud, & l. pu-
pilli. §. pen. ff. de ſolut. Dummodo non videa-
21 tur ſolutum in cauſam, quæ † continet debitũ
naturale, cum illud videatur eſſe penè inefficax.
l. ſi is cui, §. vlt. ff. de ſolutio.

### SVMMARIVM.

1 *Aduocatum incidere in periurium, cum non defendit eccleſiam, quam ſuo iuramento defendere promiſit.*
2 *Appellatio non tuetur eum, qui incidit in periurium.*
3 *Aduocatum eccleſiæ non poſſe eam deſerere, etſi illa non ſuccurrit ei in neceſſitatibus ſuis.*
4 *Vrbanitas neminem obligat.*
5 *Vaſallum teneri iuuare dominum in neceſſitatibus.*
6 *Dominum non teneri iuuare vaſallum ex neceſſitate.*
7 *Dominus non iurat adiuuare vaſallum.*
8 *Aduocatum nõ teneri præſtare patrocinium, ſi ei nõ ſoluitur ſalarium.*
9 *Implere debet, qui vult ſibi impleri.*
10 *Prælato non ſoluente ſalarium aduocato, non tamen aduocatus poteſt deſerere eccleſiam.*
11 *Moram non committi contra eccleſiam ex facto Prælati.*
12 *Modus præſumitur & non conditio.*
13 *Aduocatum non teneri defendere cauſam iniuſtam.*
14 *Gloſſa cap. breui. de iureiur. declaratur.*
15 *Aduocatus non incidit in periurium, ſi recuſat defendere cauſam iniuſtam.*
16 *Aduocatum non teneri dare ſubſtitutum, cum cauſa eſt iniuſta.*
17 *Aduocatum non teneri præſtare patrocinium, cùm in ſua conſcientia dubitat de iuſtitia cauſæ.*
18 *Conſcientiam propriam nemo debet lædere.*
19 *Peccatum eſt, quod ex fide non eſt.*
30 *Iudicis arbitrio relinqui, an ſubſtitutus ab aduocato ſit æquè idoneus.*

## CASVS CCCCXCIIII.

### QVANDO ADVOCATVS Eccleſiæ teneatur eam defendere paucis expoſitum.

ALIQVANDO dubitari contingit, an aduocatus, qui ſuo iuramēto promiſit defendere Eccleſiā incidat in periuriū, ſi non defendit. Quā quidē in re cōſti-
1 tuenda eſt regula; † aduocatum incidere in periuriū. c. breui. de iureiu. Quo ēt ſancitū eſt, aduocatū hūc non excuſari ab hoc periurio etiam ſi appellationē interponat: Non
2 .n. eū à periurio tuetur † appellatio, quod, qua rōne cōtingat declarat Abbas in d. c. breui, nu. 1.

Extenditur hæc regula, vt locum ēt habeat,
3 qñ † eccleſia non ſuccurrit aduocatū ſuis in neceſſitatibus, quibus ſuccurrere non promiſit eccleſia ſpeciali aliquo pacto. Quandoquidem nō tenetur eccleſia, niſi ad ſalarium expreſſo pacto promiſſum, non autem tenetur iuuare ipſum aduocatum in omnibus ſuis neceſſitatibus, niſi ex
4 vrbanitate quadam: † quæ quidem non obligat l. creditores. C. de pig. l. ciuile. C. de furtis, & c. potuit, de locato. Hanc extenſionem ita probant Io. Andreæ in d. c. breui. col. 2. Butrius num. 7. Abbas nu. 6. & Imol. nu. 3. de iureiuran.

Nec obſtat illud ſimile, quo dicimus, ꝙ ſicuti
5 † vaſallus tenetur iuuare dominū in oībus ſuis neceſſitatibus, c. 1. de noua forma fidelit. & c. de forma. 22 q. 5. & vice verſa dominus tenetur iuuare vaſallū, vt docuit Bald. in c. 1. §. conuenticulā. de pace iur. firm. Ita ēt dicēdum hic videtur, ꝙ ſicuti aduocatus tenetur defendere & auxiliū ferre eccleſiæ in omnibus cauſis, ita ēt viceuerſa eccleſia teneatur iuuare aduocatum. Huic ſanè conſiderationi reſpondent oēs in d. c. breui.
6 ꝙ imò † dominus non tenetur iuuare vaſallum ex neceſſitate obligationis, ſed ex ſola vrbanitate, cum inter dominū & vaſallū non ſit mutua,
7 æqualiſq; obligatio. Non. n. iurat † dominus adiuuare vaſallum, vt è contra. Ita ſcribit Iſernia in c. 1. in fi. de forma fidel. & in c. 1. qualiter dom. proprie. priue. quem in ſpecie noſtra ſequutus eſt Afflict. deciſ. 265. nu. 4. confert. l. cum affirmes. C. de lib. cauſa. Diſſentiunt tamen Moder. Pariſien. in cōmentarijs ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 2. gloſſa 4. nu. 23. ex c. 1. in fi. de forma fide. Hæc aūt extenſio locum non habet, quando eccleſia expreſſo pacto, & obligatione ꝓmiſit ſuccurrere aduocatum in ſuis neceſſitatibus nā tūc æquè tenetur ac de ſalario promiſſo, qua de re in ſequēti declaratione dicemus. Et in ſpecie ita declarant Abbas & reliqui in d. cap. breui.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc
8 regula, quando eccleſia non perſoluit † ſalarium ipſi aduocato promiſſum: Nam tunc aduocatus non incidit in periuriū, ſi non defendit eccleſiā. Ita declarant gloſſa in dicto cap. breui. Abbas nu. 7. poſt Hoſtien. & Ioan. Andreæ, & Imol. nu. 3. Qui quidem intelligunt ſine cōtrouerſia procedere, quando eccleſia ipſa tota ſubtrahit hoc
9 ſalarium. Ea eſt ratio; quia ſi ex ſui † parte eccleſia non implet promiſſa, non etiam tenetur aduocatus ei ſeruare. l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. empti. & plura ſcripſi in conſ. 1. num. 364.
10 Si verò ſolus † Prælatus eccleſiæ is eſt, qui ſalarium aduocato recuſat ſoluere, tunc diſtinguitur qūo facta ſit promiſſio ab aduocato. Nam ſi facta eſt ſub conditione, ſi ſoluatur ei ſalarium; tunc etiam factum Prælati facit, ne aduocatus teneatur defendere, ſi ei non ſoluit ſalarium. Ea ſanè ratione; quia ſufficit conditionem non eſſe impletam, ſiue modò id contingat ex facto eccleſiæ, ſiue ex facto Prælati: cum ſatis ſit conditionem non eſſe impletam. l. in illa ſtipulatione ſi calendis. ff. de verb. oblig. & ſcribunt Bar. & cæteri in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſda. coga. Si verò promiſſio eſt facta ſub modo, tunc requiritur, ꝙ eccleſia ſit in mora. cap. verū. de condi. appoſ.
11 Quæ quidē mora † non cōmittitur contra eccleſiam ex facto ſolius Prælati. arg. cap. ſi Epiſcopum. 16. q. 6. Quocirca hoc in caſu tenetur aduocatus defendere eccleſiam; & deinde experiri contra ipſum Prælatum, vt ſalarium ſoluat. Quò autem modo cognoſci poſſit ſalarium fuiſſe aduocato promiſſum ſub conditione, vel ſub modo, colligi facilè poterit ex traditionibus Bart. & Socin. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de condit. & demonſt. In dubio autem præſu-
12 mitur † modus, non autem conditio. Ita Alex. in conſi. 102. col. 2. lib. 1. & Neuiz. lib. 6. Syluæ nupt. num. 47. verſic. item in dubio.

Declaratur ſecundò hæc regula, vt locū non
13 habeat, † quando eccleſia foueret iniuſtam cauſam. Ita declarat glo. in d. cap. breui. Verùm rectius vnà cum Abbate & cæteris in dicto c. breui. in fine diſtingui poſſunt tres caſus. Primus eſt, cum manifeſtè apparet, eccleſiam fouere iuſtam cauſam; & aduocatus, vt forte laborē ſubterfugiat, vel vt aduerſario placeat, cōtendit cauſam eſſe iniuſtam. Et tunc ſine controuerſia tenetur aduocatus ſuum patrocinium præſtare, alioqui periurus erit. Ita intelligi, & declarari
14 poteſt † gloſſa dicti cap. breui, vt ibi declarant Butrius, Abbas, & Imola in fine. Et hic caſus caret probabili dubitatione.

Secundus eſt caſus è conuerſo, quando notoriè conſtat, eccleſiam fouere cauſam iniuſtam.
15 Nam tunc aduocatus † non incidit in periuriū, ſi recuſat eam cauſam defendere. Ita Hoſti. Butrius, Abbas, & cæteri in d. cap. breui, in fine. Et hic accedunt, quæ tradit Iaſon in conſi. 94. col. vlt. lib. 3. poſt Docto. in cap. vlti. de poſtula. & poſt Roma. in conſi. 47. nu. 2. qui in caſu noſtro idem ſcribit. Ea eſt ratio: quia aduocatus ſuo iuramento ligatur ad defendendum cauſam iuſtam tantùm. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudicijs. Et eo textu dicimus, aduocatum non teneri defendere cauſam iniquā. & probat cap. Vel, qui dicitis, 11. quæſt. 3.





Non ergo intelligitur promiſiſſe contra iam præſtitum ſuum iuramentum. Et quamquam hodie in vſu eſſe deſierit, vt aduocati iurent: ſicuti ſcribunt Caſtrenſis, & reliqui in d. §. patroni: & Cacialupus in tractatu de aduocatis. q. 4. nume. 2. attamen & adhuc ſubeſt periculum animæ, cum etiam abſque iuramento teneatur iuſtè agere. Nec hoc in caſu tenetur aliquo mo
16 do dare † ſubſtitutum, qui eam cauſam defendat. Et ratio eſt manifeſta: quia ita debet habere rationem animæ proximi ſui, quemadmodū & propriæ: cum ſcriptum ſit, Dilige proximū tuum ſicut te ipſum. Et rationem hanc probauit & Iaſon in conſilio 94. in fi. lib. 3.
17 Tertius eſt caſus, quando † eſt dubium, an eccleſia foueat iuſtam, vel iniuſtam cauſam. Hoc in caſu dicēdum eſt, aduocatum non teneri præciſè præſtare patrocinium, atque ita defendere cauſam; cum non teneatur facere cantra pro-
18 priam † conſcientiam, iuxta illud, diui Pauli ad Rom. cap. 14. Omne, quod nō eſt ex fide, peccatum eſt, quaſi dixerit, id non ſolùm eſſe peccatum, quod eſt contra conſcientiam, ſiue fidem,
19 qua creditur aliquid eſſe † peccatum: ſed etiam quod non procedit ex fide, idest iudicio, quo putet id licere. Immo nec contra propriam conſcientiam etiam erroneam tenetur quis facere: ſicuti docuit Abbas in capitulo per tuas, il ſecondo, de ſimonia. & doctè explicat benè eruditus Nauarrus in capitulo ſi quis autem, nume. 84. de pœniten. diſtinct. 7. Quocirca iſto in caſu tenetur ſolùm aduocatus dare ſui loco ſubſtitutum, qui eam non habeat conſcientiam. Hic
20 autem ſubſtitutus æquè idoneus eſſe debet † iudicis arbitrio. Si autem non inuenitur ſubſtitutus pro ſuo arbitrio conſiderabit iudex, an aduocatus iſte per fraudem alleget, ſe habere læſam conſcientiam, vel non. Id faciet iudex perpenſa qualitate cauſę, & perſonæ, ſicuti declarant Abb. & cæteri omnes in d. cap. breui. ad finem de iureiur.

### SVMMARIVM.

1 *Dictionis, in, ſignificatio multiplex.*
2 *Iudicis arbitrio relinqui, quæ ſit ſignificatio dictionis. in.*

## CASVS CCCCXCV.

### DE SIGNIFICATIONE Dictionis, In.

1 DICTIONIS † In, multiplex eſt ſignificatio, vt ſcribunt Albericus de Roſate in ſuo dictionario, in verbo, in, & Roma. in conſi. 336. Bartol. in l. quibus diebus. §. Termilius. nu. 11. ff. de cond. & demonſt. Et tandem ob varietatem ſignificationis, reſpondit Roma. in d. cōſi. 336.
2 nume. 6. in fi. relinqui † iudicis arbitrio.

### SVMMARIVM.

1 *Verbum, volo, eſt fons, & radix omnium diſpoſitionum.*
2 *Verba omnia reſolui in verbum volo voluntatis ſubſtantiuum.*
3 *Verbi, volo, ſignificatio quæ.*
4 *Baldi egregia diſtinctio de ſignificatione verbi, volo.*
5 *Ludouicus Zuntus iuriſconſultus Parmenſis laudatur.*
6 *Verbum volo, ſtat diſpoſitiuè, cùm altera loquentis voluntas non expectatur.*
7 *Volo iſtam rem, qui dicit, eligere dicitur.*
8 *Hæreditatem adire dicitur, qui dicit, volo eſſe hæres.*
9 *Fideicommiſſum cenſeri ab eo conſtitutum, qui dixit, volo bona mea manere in familia.*
10 *Teſtator qui dixit, volo ſchedulam mea manu ſcriptā & à me tranſmiſſam meo Genero, eſſe meum teſtamentum, dicitur teſtatus mori.*
11 *Matrimonium dici contractum, cùm vir dixit, volo te in vxorem.*
12 *Verbum, volo, inducere diſpoſitionem, cùm alterius perſonæ voluntas non expectatur, ſed ſola exequutio.*
13 *Iudex, qui dixit, volo te ire in poſſeſſionem, dicitur interpoſuiſſe primum decretum.*
14 *Volo hæredem meum dare, qui dixit, diſpoſitiuè locutus eſt.*
15 *Teſtator qui dixit, volo Caium eſſe meum hæredem, dicitur diſpoſitiuè illum vocaſſe.*
16 *Infinitiuum eſſe, informare verbum, cui adiungitur.*
17 *Hæres, cui data eſt facultas eligendi fideicommiſſarium, ſi dicit, volo Caium eligere fideicōmiſſarium, dicitur Caium elegiſſe.*
18 *Verbum, volo, non diſponit, cùm actus alterius voluntatis expectatur.*
19 *Volo relinquere, non ſignificat, idest volens ſum.*
20 *Volo eligere, qui dixit, ſignificat, ſe in futurum velle eligere.*
21 *Confiteri qui dixit, velle, non fatetur.*
22 *Legare qui velle dixit, non dicitur tunc legare.*
23 *Volo contrahere matrimonium, qui dixit, non ſignificat, ſe tunc contrahere.*
24 *Bartoli opinio à cæteris reiecta.*
25 *L. Pamphilo. §. propoſitum, de legatis tertiò, declaratur.*
26 *Iurans velle contrahere, velle facere, non dicitur tūc contrahere.*
27 *Ripæ opinio dubia.*
28 *Verbum, volo, iunctum verbo ſignificanti actum iam perfectum, diſponit.*
29 *Volo habere te in vxorem, qui dixit, matrimonium contraxiſſe dicitur.*
30 *Verbum, volo, ſtare diſpoſitiuè, ex coniecturis deliberatæ voluntatis.*
31 *Matrimonium cenſeri contractum his verbis volo te ducere in vxorem; ſi deliberatè prolata fuerunt.*

32 *Interrogatio hæc, vis contrahere matrimonium, fieri debet à viro, vel vxore.*
33 *Voluntas deliberata quibus coniecturis cognoſcatur.*
34 *Coniecturæ quot requirantur, vt deliberatè quis protulerit verbum volo, vt ſtet diſpoſitiuè.*
35 *Amicorum, & teſtium conuocatio arguit deliberatam voluntatem diſponere volentis.*
36 *Voluntatem deliberatam arguit ſola interrogatio.*
37 *Item conuocatio amicorum, & interrogatio.*
38 *Item morbus ingraueſcens.*
39 *Item perſonæ priuilegium.*
40 *Item perſona, in quam verba conſerebantur.*
41 *Coniecturæ multæ conſiderantur in caſu l. Pamphilo. §. propoſitum, de leg. 3.*
42 *Iudicis arbitrio relinqui, quibus coniecturis præſumatur deliberata voluntas; vt verbum, volo, ſtet diſpoſitiuè, non autem enunciatiuè.*
43 *Auctoris opinio, quando cognoſci poſſit deliberata voluntas, vt verbum, volo ſtet diſpoſitiuè.*
44 *Conditionem perſonæ loquentis conſiderari, vt cognoſcatur, an verbum, volo, ſtet diſpoſitiuè.*
45 *Militis teſtamentum cenſeri priuilegiatum, modò de eo appareat.*
46 *L. Pamphilo. §. propoſitum. de legat. 3. noua interpretatio.*
47 *Appellatio liberorum ab appellatione filiorum apud idiotas nullum habet diſcrimen.*
48 *Coniecturam ſumi à qualitate loci, ad cognoſcendum, an verba fuerint deliberatè prolata, vel non.*
49 *Temporis qualitatem perpendendam eſſe ad cognoſcendum, an quis deliberatè loquutus ſit.*
50 *Loquendi modus arguit deliberationem.*
51 *Coniectura deliberatè loquentis ſumitur à qualitate perſonarum, apud quas habitus eſt ſermo.*
52 *Interrogationē fieri debere ab eo, cuius intereſt, vt verbum volo, ſignificet deliberationem.*
53 *Volo omnino, qui dixit, deliberatè velle dicitur.*
54 *Deliberatè aliquem voluiſſe ſignificat facta præparatio.*
55 *Vellem eligere, qui dixit, ſolùm deſiderium oſtendit.*
56 *Verbum, vellem præteriti imperfecti.*
57 *Eligendi deſiderium ſignificat etiam is, qui ad alterius interrogationem reſpondit, vellem eligere.*
58 *Verbum, volo, & verbum, vellem, quomodo inter ſe differant.*
59 *Vellem pro certo, qui dixit, ſolùm deſiderium adhuc ſignificauit.*
60 *Verbum, vellem, in vltimis voluntatibus diſpoſitionem ſignificare.*
61 *Verbum, volo, quid ſignificet.*
62 *Nolo, qui ſimpliciter dixit, abſolutè negaſſe dicitur.*
63 *Nolo eligere, qui dixit, de præſenti nolle eligere dicitur, non autem in futurum.*
64 *Nolo adire, nolo accipere hæreditatem, non infert repudiationem.*
65 *Repudiaſſe dicitur hæreditatem, qui dixit deliberatè, nolo adire.*
66 *Verbi, non volo, non nolo, ſignificatio.*
67 *Non velle eſt tacere, & pati.*
68 *Non velle dicitur, qui factum non corrigit.*
69 *L. eius eſt velle. ff. de reg. iuris, litera.*
70 *Verbum, nolo, nil differre à verbo, non volo.*
71 *Iacobi Cuiacij, & Petri Fabri opinio de verbis, non volo, non nolo.*
72 *Non nolle eſt pati, & non contradicere.*

## CASVS CCCCXCVI.

### DE SIGNIFICATIONE VERBI, volo, & verbi nolo, & non volo, an ſtent enunciatiuè, vel diſpoſitiuè, diligens & luculenta explanatio.

DISPVTATIO valdè egregia, & frugifera illa eſt, quæ à
noſtris habetur de ſignificatio
ne verbi, volo, cuius ſumma
1 eſt virtus, cum ſit † fons, & ra
dix omnium diſputationum;
vt ſcriptum reliquit Bald. in auth. & qui iurat.
nu. 17. C. de bonis. auctoritate iud. poſſid. In
2 hoc enim (ait Baldus) verbo, quod eſt † voluntatis
ſubſtantiuum verba omnia reſoluuntur.

Diſputant itaque Doctores noſtri, an hoc verbum, volo, ſtet diſpoſitiuè, vel enunciatiuè. Eadem eſt diſputatio de verbo, nolo. Aliqui etiam adiungunt aliqua de ſignificatione verbi, nō volo, & verbi, non nolo. Quò autem tota hæc diſputatio eluceſcat, de ſingulis differemus, atq; ita aliquot capita conſtituemus.

Primum diſputationis caput eſt de ſignifica
2 tione † verbi, volo, an ſcilicet ſtet diſpoſitiuè,
vel enunciatiuè. Qua in re permultæ ſunt inter
pretum ſubobſcuræ, & perplexæ traditiones,
4 mihi ſemper placuit † illa Baldi diſtinctio in di
cta authentica, & qui iurat. numero decimoſe
ptimo, C. de bonis auct. iud. poſſid. Cùm dixit,
quòd aut ſit ſermo de voluntate determinanda
& efficienda per actum alterius voluntatis: &
tunc verbum, volo, non diſponit, ſed enunciat.
aut verbum, volo, non expectat ad ſui eſſentiam
actum alterius voluntatis, & tunc non enunciat
ſed diponit. Hanc egregiam Baldi doctrinā pro
barunt Alexan. in conſi. 190. nu. 32. lib. 6. Soci.
Senior in conſi. 86. nu. 7. lib. 3. & nouiſſimè do
6 ctiſſimus, atq; conſultiſſimus † Ludouicus Zun
tus Parmenſis in reſponſo reddito pro vxore.
nu. 363. Hanc ego traditionem ſecutus aliquot
caſus ita diſtinguo, atque conſtituo,
6 Primus eſt caſus, cum † verbum, volo, non
expectat ad ſui eſſentiam actum alterius volun
tatis, nec ipſius loquentis, nec alterius cuiuſuis.
Hoc ſanè in caſu non enunciat, ſed diſponit: ſi
7 cuti quando quis dicit; † volo iſtam rem. Nam
eo ipſo dicitur, rem illam elegiſſe. l. apud Aufi
dium. ff. de opt. leg. & docuit Ripa in l. ſerui ele
ctione.



ctione. in princip. nume. 18. de lega. primò. &
alios eiuſdem opinionis recēſet doctiſſimus Zū
tus in præcitato reſponſo. nu. 373. Ita pariter, ſi
8 quis dicat: Volo eſſe † hæres: Nam ſtatim dici
tur adiuiſſe hæreditatem. l. iam dubitari. vbi
glo. ff. de hæred. inſti. Baldus in l. cunctos popu
los. nu. 2. & ibidem Iaſon in prima lectura nu.
22. C. de ſumma Tri. & fide catho. Alciatus in
l. 1. §. ſi quis ita, num. 16. de verbo. obliga. Ioan.
Baptiſta Aſinius in l. iij. §. 1. num. 28. ff. de relig.
& ſumpt. fune. Ripa in d. l. ſerui electione. nu.
18. & ibidem quoque Ruinus colum. 4. in fine,
quo loci confutauit rationes quaſdam Socini
diſſentientes, ſicuti diſſentit & malè idē Socin.
ſenior in conſi. 86. nu. 2. libro tertio. cùm æqui
pararauit hæc verba, volo eſſe hæres, & volo adi
re, vel volo eligere. Et ipſemet Socinus ſubiun
git, ſe contra communem ſententiam loqui.
9 Ita quoque ſi quis dicat, † volo bona mea ma
neant in familia; dicitur conſtitutum atque in
iunctum fideicommiſſum; vt reſponderunt So
cinus ſen. in conſ. 43. nu. 7. & in conſ. 57. nu. 1.
lib. 3. & Curtius iunior in conſ. 54. nume. quin
10 to. Ita quoque quando teſtator † dixit, volo
quòd ſchedula mea manu ſcripta, & ad Caium
miſſa, ſit meum teſtamentum. Nam dicitur teſta
tor perfectè diſpoſuiſſe. Ita doctè & rectè reſpō
dit eruditiſſimus Zuntus in præcitato reſpōſo
pro vxore. numero 370. & alibi in illius benè
elucubrati reſponſi diſcurſu. Eſt quoque ſimi
11 le, cùm † quis dicit, volo te in vxorem, vel te
eſſe mihi vxorem. His enim verbis infertur cō
tractum eſſe matrimonium; ita egregiè tradit
eruditiſſimus Didacus in epitome deſpōſa. par
te ſecunda. cap. 4. §. primo, numero quarto, in fi
ne. His ſanè in exemplis manifeſtè conſtat, non
expectari aliam ipſius loquentis voluntatem;
nec etiam alterius factum ad voluntatis perfe
ctionem; & propterea verba hæc ſtant diſpoſi
tiuè.
12 Secundus eſt caſus, cum † verbum volo, non
expectat ad ſui eſſentiam actum alterius volun
tatis loquentis, ſed quidem actum alterius per
ſonæ, ſeu illius voluntatis exequutionem: Et
hoc etiam caſu verbum, volo, diſponit, ſicuti
13 quando Prætor ita decernit; † Volo te ire in
poſſeſſionem, dicitur interpoſuiſſe primum de
cretum: cum Prætor, quantum in ſe eſt, decla
rauerit voluntatem ſuam; & nil amplius ab eo
expectetur. Ita docuit Baldus in d. authen. &
qui iurat. numero decimoſeptimo. C. de bonis
aucto. iud. poſſid. & Alexan. in d. conſi. 190. nu
mero trigeſimoprimo, in fine. libro ſexto. Hic
enim ſolūmodo expectatur exequutio ipſa, quæ
iam eſt in manu eius, quem Prætor in poſſeſſio
14 nem ire voluit. Ita pariter ſi teſtator dicat, † Vo
lo heredem meum dare centum Caio; verbum,
volo, hic diſponit; cum nulla alia voluntas teſta
toris expectetur: ex quo iam pronunciata volun
tas perfecta eſt; ſic docuit Bart. in l. ſerui electio
ne. nume. quarto, de lega. primo. & in l. cūctos
populos. nume. tertio. C. de ſumma Trinita. &
fide cathol. & ibidem Iaſon in repe. numero 15.
& communem eſſe ſententiā ſcribunt Socinus
ſenior in conſi. 86. numero ſexto, libro tertio. &
Zuntus in præcitato reſponſo pro vxore. num.
376. Diſſentit tamē Ripa in dicta l. ſerui electio
ne. numero vigeſimoſecundo. Sed leuia ſunt, ſi
rectè perpendantur, argumenta, quibus ille mo
15 tus eſt. Eſt ſimile, cùm teſtator dixit, volo † Ca
ium eſſe mihi heredem, Nam dicitur teſtator di
ſpoſitiuè vocaſſe Caiū illum. Ita probat. l. & eo
16 modo. de leg. primo. Illud enim † infinitiuum
eſſe, informat verbum volo, ſuper præſenti actus
eſſentia; vt in ſpecie docuit Baldus in l. cunctos
populos. nume. ſecundo. & ibidem Iaſon in pri
ma lectura. numero decimoſexto. C. de ſumma
Trinit. & fide Cathol. Caſtren. in conſi. 457. Vi
ſis & examinatis atteſtationibus. colum. prima.
verſi. ſed iſti teſtes. lib. 1. Alexand. in conſi. 168.
numero tertio, libro quinto, & in conſi. 190. nu
me. 32. libro ſexto. & Ruinus in conſ. 1. in fine,
libro ſecundo. idem Iaſon. in l. ſerui electione.
num. 22. & nume. 45. de lega. primò; & ibi quo
que Ripa numero decimooctauo. Idem docuit
Crottus in l. 1. §. ſi quis ita, primæ lectu. num. 23.
verſ. idem ſi dixiſſet. de verbo. obligatio. Quod
intelligitur, quando verba hæc prolata fuerunt
in actu teſtādi, aliàs ſecus. Ita reſpōdit Corneus
in conſ. 149. numero decimo, libro ſecundo. Eſt
17 etiam ſimile, cum hæres, † cui data eſt facultas
eligēdi fideicōmiſſarium, ſi ipſe deceſſiſſet ſine
liberis, dicat, volo Caium eligere fideicommiſ
ſarium. Nam quò ad ipſum hæredem loquen
tem perfecta eſt voluntas, & ſola eius exequutio
iam collata fuit in Caium illum. Ita reſpōdit &
rectè Socinus ſeni. in conſi. 86. nu. 6. lib. 3.
Tertius eſt caſus, cùm ſit ſermo de voluntate
18 † determinā da & efficienda per actum alterius
voluntatis. Hoc caſu verbum, volo, non diſpo
nit, ſed enūciat, vt ſi dico volo eligere; nō enim
ſequitur, ergo eligo, ſed enunciat, quòd in futu
19 rum intendo eligere. Cum enim dico, † volo re
linquere, reſoluitur ac ſi dixiſſem, volens ſum:
quia verbum volo; præſentis temporis, reſolui
tur in participium & verbum eiuſdem tēporis.
vt docuit Baldus in l. verbum volo, C. de fidei
commiſ. & ob id idem eſt dicere, volo relinque
re; quòd volens ſum relinquere, atque ita futu
rum reſpicit. Id quod ad rem ſcripſit Ruinus in
l. ſerui electione. in principio. colum. 7. verſi. &
quod verbum. de lega. primò. Si quis ergo dicat
20 † volo eligere, enunciat in futurum ſe id velle.
Ita glo. dictæ l. ſerui electione. & ibidem Bart.
num. 4. Iaſon, Socin. & cæteri: & cōmunem ibi
aſſeruit Ripa num. 16. Et illis accedunt Alexan.
in conſ. 190. nu. 31. lib. 6. Socinus ſenior. in cōſ.
86. nu. 2. lib. 3. omnes in l. 1. §. ſi quis ita, de ver
bo. obligatio. ibi Iacobus Niger num. 34. Eſt ſi
21 mile, cū quis dicit, volo † confiteri: nō enim ſe
quitur ergo fateor; cū alius actus ipſius loquētis
expectetur. Ita docuit Bal. in lege prima, nume.
35. C. de confeſſ. quem cæteri ſunt ſecuti, vt Ni
ger in d. §. ſi quis ita, num. 34 & Alciatus nu. 16.

Eſt quoque ſimile, quando is, qui hæres eſſe
poteſt, dicit, volo adire hæreditatem. Nam ex
hoc non ſequitur, ergo adeo. Ita Barto. in l. gerit
num. 10. & ibi Roma. nume. 8. ff. de acquir. hæ-
red. Ange. & Imola in l. 1. §. ſinautem. ff. de here
dib. inſtituen. Iaſ. in repetitione leg. cunctos
populos. num. 20. C. de ſumma trinitate & fide
catholica, Rip. in l. ſerui elect. in prin. nu. 17. &
nu. 21. in fi. de legatis primò, Gozad. in l. qui ſe
patris, num. 95. C. vnde liberi. Eſt quoque ſimi-
22 le, cum teſtator dicit, † volo relinquere, volo
legare Caio, volo inſtituere Sempronium. Non
enim ex hoc dicitur reliquiſſe, legaſſe, heredēve
feciſſe. Ita Iaſon in d. l. ſerui electione. in prin.
n. 7. de legatis primò, & ibidem Angelus de Pe
riglis num. 3. Herculanus colu. 5. Ruinus col.
7. verſi. ſi autem non. & Ripa nume. 23. verſic.
circa iſtam, qui cōmunem eſſe aſſerit. Et illis ac
cedunt Caſtr. in conſ. 137. In cauſa, quę vertitur
Pergami, colum. 1. libro ſecundo, Ruinus in cō
ſi. 9. num. 8. lib. 3. Decius in conſ. 159. nume. 1.
& num. 4. & cum eo in eadem facti ſpecie Iaſon
in conſ. 155. libro quarto. Ita etiam cū teſtator
dixit, volo facere hæredem Caium, non ſequi-
tur, quòd ita fecerit, ſicuti reſpōdit Imola in cō
ſi. 91. In cauſa, quæ vertitur. num. 2. & loquitur
Imola de teſtatore, qui cauſam piam hæredē fa-
cere volebat, ſic quoque reſpondit Fulgoſius in
conſi. 29. Punctus quæſtionis. quòd cum quis in
firmus dixiſſet, *voglio far teſtamento, & voglio ſii
mia hærede tua moglie*, non dicitur teſtamentum
feciſſe, ex quo nouus actus, & noua diſpoſitio ex
pectabatur; & illa verba, *& voglio che tua moglie
ſii mia hærede*, regulantur à præcedentibus: non
autem per ſe ſtant, vt ſuperius eam declaraui.
23 Eſt ſimile, cum quis dicit, † volo contrahere
tecum matrimonium, volo ducere te in vxorē,
ex hoc enim non ſequitur, ergo contraho, ergo
duco te in vxorem: ſicque non ſignificat eſſe cō
tractum matrimonium, ſed eſſe promiſſionem
de contrahendo, atque ita erunt ſolummodo
ſponſalia. Ita tradunt Ioan. Andr. Butrius & Ab
bas in capitulo ex literis, il primo, de ſpōſal. Syl
ueſter Prierius in ſumma, in verbo matrimo-
nium, il ſecondo, quæſtio. 9. Afflictus ad conſti.
Neapol. lib. 3. titul. 19. colum. 2. & communem
aſſerit Didacus in epito. de ſponſal. parte ſecun-
da cap. 1. §. 1. num. 4. reiecta opinione quorun-
dam, qui ſponſalia eſſe negabant: reiecta etiam
opinione Cardinalis exiſtimantis eſſe contra-
ctum matrimonium. Ex quibus etiam conſtat
24 erraſſe † Bartolum in l. gerit. nume. 7. ff. de ac-
quir. hæred. & in l. ſerui electione. num. 5. de le-
gatis primò, cum dixit, quòd in vltimis volunta
tibus verbum, volo, iunctum cum infinitiuo, vt
volo relinquere, volo inſtituere, diſpoſitionem
inducit. Et Bartolum ſecuti ſunt Corn. in conſ.
149. num. 14. li. 2. & in conſ. 77. nu. 9. ver. quia
reſpondetur. lib. 4. & conſi. 309. num. 9. co. Soci
nus Senior conſ. 249. num. 18. in fi. lib. ſecundo
& alios commemorat, & viſus eſt ſequi in cōſ.
86. nume. 3. lib. 3. Errauit inquam Bartolus, &
25 † textus l. Pamphilo. §. propoſitum. de legatis
ſecundo, eius opinionem verè non probat. cum
ibi plures coniecturæ, quę id ſuadebant, adeſsēt,
vt infra ſtatim explicabimus. Vel etiam d. §. pro
poſitum. interpretari poſſumus ex Alciato. l. 1. §.
ſi quis ita. num. 17. de verbor. oblig. & lib. 3. pa
rerg. cap. , vt ibi eſſet dubitatio ob illā dictio-
nem græcam, quæ latinè ſignificat maximè, vt
apud eum. Extenditur primò hic caſus, vt locū
26 etiam † habeat, quando iſte iurauit velle face-
re, velle relinquere &c. Nam adhuc non dicitur
diſpoſitiuè locutus, atque ita non dicitur diſpo-
ſuiſſe. Ita reſpondit Ruinus in conſ. 9. num. 11.
27 libro tertio. Et hinc videtur dubia traditio † Ri
pæ in d. l. ſerui electione, in fine. prin. de legatis
primò, cùm dixit, ex verbis his, omninò volo eli
gere, ſignificari electionem diſpoſitiuè. Ita etiā
cum quis dixit, ſe velle omnino adire hæredita
tem, adiuiſſe dicitur, vt ſcribit Ioā. Batiſta Aſi-
nius in l. 3. §. 1. nu. 40. ff. de relig. & ſump. fune.
& infra attingam.

Declaratur primò hic caſus, vt locum non ha
18 beat, quando † verbum, volo, eſt iunctum ver-
bo prænotanti atque ſignificanti executionem
actus iam perfecti, vt ſi quis dicat, volo habe-
29 re † te in vxorem, volo te tenere in vxorem.
Hæc ſanè verba præſuppunūt in ſui antecedēs
iam eſſe contractum matrimonium. Ita egregiè
tradunt Hoſtien. Abbas, & cæteri in capitulo ex
literis, il primo de ſpōſa. Henricus Boic in capi
tulo ex parte, eod. tit. Sylueſter Prierius in ſum,
ma in verbo matrimonium. il ſecōdo, 2. q. 9. &
communem aſſeruit eſſe ſententiam Didacus in
epitome de ſponſa. parte ſecunda. c. 4. §. 1. nu,
4. verſi. Sinautem verbum. Ipſe tamen Didacus
ambigit.

Declaratur ſecundò hic caſus, vt locum non
30 habeat, quando ex coniecturis † conſtat, quòd
ita loquens voluit diſponere: atque ita quando
conſtat de mente deliberata eius, qui vult relin-
quere, legare, hæreditatem adire, vel inſtituere
hæredem. Hoc ſanè caſu ſi dixit, volo relinque
re, volo legare, volo adire, dicitur diſpoſitiuè re
liquiſſe, legaſſe, & adiuiſſe. Id quod admittunt
interpretes omnes in l. ſerui electione. in pri. de
legatis primo, & in l. cunctos populos. C. de ſum
ma trinitate, & fide catholica: & reliqui, quos
ſtatim commemorabimus. Ita etiā dicimus di-
31 ſpoſitiuè † contractum eſſe matrimonium ex
verbis his deliberatè prolatis; Volo ducere te in
vxorem, volo contrahere tecū matrimoniū, vo-
lo ducere te in maritum, ſicuti tradunt Butrius
in c. ex literis, il primo, de ſponſa. Fulgoſius in l.
in ementis. C. de contrahenda emptione, Corn.
in conſi. 91. nu. 4. libro tertio. Socinus ſenior in
conſilio 86. nume. 4. verſi. vnde in ſimili. libro
tertio. & Didacus in epitome de ſponſal. parte
ſecunda, capitulo quarto. §. 1. numero 4. verſic.
cuius opinio &c. qui ita tuetur Cardinalē alio-
qui diſſentientem. Intelligit tamen Corneus,
in dicto Conſilio 91. colum. vlt. lib. 3. hoc de
32 matrimonio † procedere; cùm interrogatio fa-
cta



cta fuit à viro, vel ab vxore.

Secus ſi ab altero. Qua de re & infra attin-
gam. Cæterùm vel in eo tota verſatur dubita-
33 tio, quibus coniecturis † cognoſcatur delibe-
rata hæc voluntas. Et ex reſponſo Scæuolæ in l.
Pamphilo. §. propoſitū de legatis tertiò, plures
adeſſe oportere coniecturas noſtri ſcripſerunt.
34 De numero autem coniecturarum non † con-
ueniunt. Nam aliqui conſiderant ſolam amico-
rum conuocationem. Ita Bart. in l. vlt. ff. de teſta.
35 Aliqui conſiderant duo, nempè † conuocatio-
nem amicorum & teſtium, vt Bartol. in l. gerit.
num. 13. ff. de acquir. hæred. & cum eo Ruin. in
conſi. 15. num. 10. lib. 2. qui quidem Ruinus in-
telligit hoc eſſe vnum ſignum tantùm, nō autē
duo. Et idem Ruinus in conſi. 9. num. 13. & in
conſi. 12. nu. 14. lib. 2. intelligit, cum teſtes iſti
fuerunt verè rogati, nec ſufficere quòd fortuitò
& caſu ibi adeſſent. Et idem docuit Galliaula in
l. 1. §. ſi quis ita. num. 7. in fine. de verbor. oblig.
36 Aliqui perpendunt † ſolam præcedentem in-
terrogationem & ſubſequentem reſpōſionem,
quæ animi deliberationem oſtendunt, vt facit
Barto. in l. ſerui elect. in prin. de legatis primò,
& cū eo Cor. conſi. 77. num. 9. li. 4. Soc. Sen. in l.
1. §. ſi quis ita. nu. 3. de verb. oblig. Rui. in conſ.
12. nume. 14. li. 2. Soc. iun. in conſi. 179. nu. 18.
li. 2. & communem aſſerit Ripa in d. l. ſerui ele
ctione. num. 19. etſi ipſe reliquerit cogitandum.
37 Aliqui † hæc duo ſimul cōſiderant, nempè ami
corum, teſtiumque conuocationem; & reſpōſio
nem ad præcedentem interrogationem. Ita per-
pendunt Caſtr. in conſi. 137. In cauſa quæ verti-
tur Pergami. verſ. item ſecundò facit. lib. 2. Rui.
in conſ. 1. in fi. li. 2. & conſi. 204. nu. 4. in fi co.
& Natta in conſi. 250. num. 5. lib. 2. Immo ſunt
& qui hac in re diſtinguunt, vt ſi incipias à cō-
uocatione teſtium ad inſtantiam volentis diſpo
nere; tunc ipſa ſola teſtiū conuocatio ſufficiat; ſi
verò incipias ab interrogatione & reſponſione,
tunc etiam teſtium requiratur cōuocatio ſeu ro
gatio. Ita diſtinguunt Rui. in conſi. 9. n. 9. ver.
& quamuis. li. 3. Galliaula in l. 1. §. ſi quis ita. nu.
10. & ibidem Buttigela num. 11. verſic. fateor
38 verò. Aliqui conſiderant etiam † morbum in-
graueſcētem, atque ita periculum inſtantis mor
tis; ſicuti faciunt Ioannes Fabri in. § planè. ver.
ego credo, inſti. de milit. teſta. Fulgoſius in cōſ.
30. factum ſic ſe habet: A. veniens. colu. vlt. ver
ſi. cæterùm &c. Socinus iun. in conſi. 179. num.
65. lib. 2. Ruinus in conſ. 192. colu. 2. verſicul.
ſed prædictis. lib. 2. & 204. num. 6. co. Corneus
conſ. 77. num. 9. lib. 4. qui loquitur de tempore
peſtis. Ruinus in d. l. ſerui electione. colū. 6. ver
ſi. & primò quia, de legatis primò. Aliqui verò
39 addunt illius teſtatoris † priuilegium, quòd ſi
miles eſſet; quemadmodum cōſiderant Iaſon &
alij permulti ſuprà commemorati. Aliqui etiā
40 perpendunt qualitatem perſonæ, in quam † di-
ſpoſitio conferebatur; quòd ſcilicèt eſſet contu
bernialis ipſius militis, atq; ita perſona dilecta,
ſic cōſiderāt Iaſon in repetitione d. l. cūctos po
pulos. nu. 21. verſic. quintò ibi diſponebatur.
Socinus Senior in conſi. 86. num. 4. verſi. quar-
tò idem colligitur. li. 3. Crotus in l. 1. §. ſi quis
ita, prima lectura num. 24. de verbor. obligat. &
Guielmus Bened. in c. Raynutius, in verbo teſta
mentum. il tertio, num. 53. de teſt. & Zuntus in
41 reſponſo pro vxore. nume. 437. Aliqui † verò
omnes has coniecturas ſimul conſiderant, vt fa
ciunt Soc. Sen. in conſ. 86. num. 4. lib. 3. & aper
tius Iaſ. in repet. l. cunctos populos. num. 20. 21.
22. C. de ſumma trinit. & fide cath. Soc. iunior
in conſi. 179. nu. 39. li. 2. Gramm. in conſ. 53. n.
3. in ciuilibus; & hos refert doctiſſimus Ludoui
cus Zuntus in reſponſo pro vxore num. 411. &
num. 433. qui ſuo illo in caſu has omnes ex abū
danti conſiderat, exiſtimans ad ſummum duas
ſufficere: aitque receptam hanc eſſe opinionem.
42 Aliqui verò totum tribuunt prudenti † iudi-
cis arbitrio, vt is haberet conſiderare pro perſo
næ & facti qualitate, quæ coniecturæ ſufficiant
ac arguant deliberatam hanc voluntatem. Ita
ſcribunt Fulgoſius in l. cunctos populos. C. de
ſumma trinitate & fide catholica, & ibidem Al
ciat. num. 7. Soc. iun. in l. 1. §. ſi quis ita. num. 8.
verſi. vnde arbitror, de verbor. oblig. Natta in l.
hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. nu. 163. ver
ſi. in hoc tamen non poteſt. C. de teſta. & erudi-
tiſſimus Loduicus Zuntus in ſæpius citato re-
ſponſo pro vxore num 399. & nume. 426. Ego
43 † certè ſi iudicis perſonam ſuſtinerem, conſi-
derarem primùm conditionem perſonæ loquē
tis, locum, tempus, ipſum loquendi modum, ac
demum apud quos loqueretur. Dixi conſiderā
44 dam eſſe perſonæ † conditionem: quia aliter iu
dicandum eſt de ſermone viri docti & ſcientis
verborum ſignificatum, aliter cēſendum eſt de
ſermone ignari & imperiti. Si enim eſt vir do-
ctus & peritus, qui cōuocatis amicis & teſtibus
interrogetur, an velit relinquere Sempronio cē
tum, vel velit eum inſtituere: & reſpondeat, volo
relinquere, volo inſtituere: certè ego ſemper di-
cerē, eum noluiſſe tunc diſponere, ſed ſolā pro
miſſionem quandam de relinquēdo & inſtituē
do feciſſe. Nam ſi tūc voluiſſet relinquere & in
ſtituere, facilè ei fuiſſet dicere, relinquo, hære-
dem eum facio. Id quod in ignaro & imperito
non contingit, qui perſæpè voluntatem ſuam
verbis admodum improprijs ſignificat. Ita ſen-
ſit in ſpecie Socinus iunior in conſi. 179. num.
47. verſ. primò quòd. lib. 2. quem ſic intelligo,
Quocirca quod dicunt aliqui in l. Pamphilo §.
propoſitum. de legatis ſecundò. conſiderari ibi
perſonam militis, ob militare priuilegium, fal
ſum eſt; cùm (vt etiam rectè animaduertit Rui
nus in l. ſerui electione. colu. 6. in fine. verſ. non
placet etiam. de legatis primò.) tunc priuilegia
45 tus † ſit miles, quando eum ita voluiſſe conſtat,
non autem quando dubitatur, an ita ſenſerit,
46 vel non. l. diuus. ff. de milita. teſtam. † Condi
tio ergo perſonæ militis conſiderari ibi potuit
à Scæuola, ob id quòd miles vt literarum impe
ritus, quò melius potuit ſuam voluntatem ex
preſſit:

47 preſſit: Ita enim videmus, † quòd etſi apud pe
ritos differentia ſit inter dictionem filios, & di
ctionem, liberos. l. liberorum. de verbor. ſigni.
non tamen differentia hęc cadit in idiotam, ſicu
ti docuit gloſſ. in l. quod ſi nepotes. ff. de teſta. tu
tel. & ibi declarat Bartol. & ſimilia cõgerunt So
cin. Sen. in conſi. 37. nu. 11. lib. 3. Barba. in cõ-
ſi. 34. colu 17. & in conſi. 57. colum. 3. li. 2. De-
cius in conſi. 316. in fi. Curt. iun. in conſi. 5. nu.
12. Alciat. in tract. de pręſumpt. reg. 3. præſum.
13. nume. 3. & Alba in conſi. 59. nume. 7. Perſo-
na itaque imperita & ignara ſignificationis ver
borum admiſſa; erit deinde perpẽdenda conie
48 ctura † illa ducta à qualitate loci. Nam fieri po
teſt, vt quis caſu reperiatur aliquo in loco mi-
nus apto ad aliquid agendũ; & caſu, ac fortuitò
potius aliquid dicat, quàm deliberatè: vt cõſide-
rauit in terminis Soc. iun. conſi. 179. nume. 44.
45. & 46. li. 2. qui quidẽ in ſua illa facti ſpecie
conſuluit de eo, qui caſu ſermocinãdo dixit, *vo-
glio che Franceſco ſii mio herede &c.* Erit etiam
49 † perpendenda qualitas temporis, vt ſi quis eo
tempore, quo eſt peregrè profecturus, hoc agat,
vel cũ graui morbo laborat, iuxta d. §. propoſi-
tum, iam ſuprà perpenſum. & iuxta textum. l. ſi
pater. §. quædam, ff. de fideicomm. libe. quem ſic
ad rem hãc interpretatur Ripa in l. ſerui electio
ne. in prin. num. 23. verſi. tertio textus, de lega-
tis primò. Non tamen dico, quòd hæc ſola conie
ctura ſufficiat, ſed, quòd ſi cũ alijs iam relatis cõ
currat, magis & magis arguet deliberatam illã
voluntatẽ: aliàs ſecus, vt reſpondit Fulgoſius in
conſi. 29. Punctus quęſtionis. colum. 2. ver. rur
50 ſus etiam. conſiderandus etiam † erit loquen-
di modus; Nam ſæpè euenit, vt quis blãdiendi,
vel iactandi cauſa verba aliqua proferat, quę ob
id nil diſponunt, vt probatur in l. vlt. ff. de teſta.
vbi Docto. Socin. iun. conſi. 179. num. 37. lib. 2.
probat l. diuus. ff. de teſta. mil. & tradit Buttigela
in l. 1. §. ſi quis ita, num. 12. poſt Socin. Sen. ibi.
de verb. obl. & idem Soc. Sen. in conſ. 86. nu. 4.
verſ. 2. quia. lib. 3.
51 Erit tandem † conſiderandum, apud quos
quis loquat̃, vt ſi apud viros probos, amicos &
teſtes: & ſi eos iam cõuocari iuſſit, exiſtimarem
nil referre, quòd pręceſſerit interrogatio ac ſub
ſequuta ſit reſponſio, vel non. Illa enim cõuoca
tio ſatis arguit deliberationẽ loquentis, ſi dicat
eſtote teſtes: quia volo adire hæreditatem, volo
relinquere, volo hæredem inſtituere. Si verò te
ſtes nõ fuerunt cõuocati, ſed præcedat interro
gatio, ſubſequuta reſponſio creditur deliberatè
facta, nõ autem per iactantiam, vt cõſiderat So
cin. Sen. in d. conſi. 86. num. 4. verſicul. ſecundò
quia. li. 3. atque ita ſatis deliberatè dicitur diſpo
ſuiſſe, & hac in parte ſequor illam diſtinctionẽ
Ruini in conſi. 9. num. 9. verſi. & quamuis, lib.
3. ac aliorum, quos ſuprà commemoraui. Et re-
ſpondit Ruinus in conſi. 192. colu. 2. verſi. ſed
prædictis. lib. 2. quòd præcedens interrogatio &
ſequens reſponſio nil operatur, quãdo aliunde
conſtat de deliberata mente loquentis, vt eſt ex
alijs præparationibus, vt ex antedictis, vel ex
52 poſt ab ipſomet loquente poteſt colligi. † Inter
rogatio autem hæc ab eo fieri debet, cuius inte-
reſt. ita reſpõdit Corn. in conſ. 92. colu. vlt. li. 3.
quẽ poſt alios ſecutus eſt Riminal. iun. in l. qui
ſe patris. nu. 211. C. vnde lib. His accedit, quòd
ſi loquens iſte vteretur verbis enixam ſuam vo-
53 luntatem ſignificantibus, vt ſi dicat; † volo om
ninò relinquere, volo omninò eligere. ita Rip.
in d. l. ſerui electione. in fin. principij. Et illi ad-
do in terminis Soc. Sen. conſ. 249. nu. 17. & 19.
lib. 2. Simile Ruin. 204. num. 6. circa medium.
lib. 2. Quam ſanè traditionem ego certè intelli-
gerem, quando (vt dixi) aliqua ex relatis conie-
cturis cõcurrit; aliàs ſola hęc ipſa verba, tametſi
præciſa ſint, non fortè abſolutam diſpoſitionẽ
inferunt, ſicuti diximus ſupra, quando iuramen
tum fuit oppoſitum. Erit tamen cogitandum,
quia auctoritas Socini, Ruini, & Ripæ ſumma
54 eſt. Arguit etiam hæc teſtium † & amicorum
conuocatio præparationẽm quãdam ad actum
conficiendum; quæ ſanè pręparatio plurimum
prodeſt. vt in ſpecie ſcripſerunt glo. in l. 1. §. ſin
autem. verbo, Lucius. ff. de hæred. inſt. Io. Fabri
in. §. planè. ver. ego credo. inſt. de mili. teſt. Soc.
iun. in conſ. 179. nu. 56. li. 2. & Zuntus in præal
leg. reſponſo pro vxore. nu. 474.
55 Quartus eſt caſus, quando dictum eſt, † vel
lem eligere, vellem emere, vellẽ adire. Hoc ſanè
caſu intelligitur imperfecta voluntas & diſpoſi
tio, cùm ſolùm deſideriũ ſignificent. Ita cenſuit
gl. in l. in ementis. C. de cõtrah. empt. Bartolus,
Aretinus, & cæteri. Ruinus in conſ. 204. nu. 7.
lib. 2. & idem in l. ſerui electione. colum. 7. in
prin. poſt Romanum, quem recenſet, de legatis
56 primò. Hoc ſanè † verbum reperitur in præte-
rito imperfecto ſubiunctiui: reperitur etiam in
tempore præſenti optatiui; Si ſumimus in tem
pore præſenti optatiui, eſt clarum ſignificare de
ſiderium tantùm, non autem rem perfectã, etſi
Baldus, Imola, & Aretinus in l. vlt. ff de teſta. diſ
ſentire videantur. Si etiam ſumimus in præteri
to imperfecto ſubiunctiui; adhuc ſignificat rẽ
imperfectam, ſicut futurum; vt docuit Bart. in l.
centeſimis. §. vlt. & in l. ſi quis ſtipulatus ſit Sti-
chum. de verbor. oblig. idem ſenſit ipſe Barto.
57 l. vlt. ff. de teſta. Et procedit hæc ſententia † etiá
præcedente interrogatione, & ſecuta reſponſio-
ne: adhuc enim ſignificat imperfectam diſpoſi
tionem, ſicq; oſtendit ſolummodo deſiderium.
Ita reſpondit Ruinus in d. conſ. 204. nu. 5. & nu.
58 7. lib. 2. quo loci dixit, quod inter verbum, † vo
lo, & verbum, vellem, eſt hęc differentia, quan-
tùm ad inducendam diſpoſitionem. Nam ver-
bum, volo, diſpoſitionem inducit, vt dixi ſupra.
Verbum, vellem, ſemper ſtat in finibus deſiderij
& ſolius voluntatis. Id quod docuit & Salyce.
in d. l. in emẽtis. Diſſentit tamen Galliaula in l.
1. §. ſi quis ita. nume. 7. de verbor. oblig. qui ſcri
pſit verbum, vellem, ad alterius interrogatio-
nem prolatum ſtare diſpoſitiuè. Sed à Ruini ſen
tentia non eſſe recedendum opinor.

Decla-



Declarat primò Ruinus in d. conſ. 204. nu.
6. propè medium lib. 2. non procedere, cum di-
59 ctum fuit, † pro certo vellem. Verùm (ſicuti
etiã attigi ſupra) dubia eſt hæc traditio: cũ ver
ba hæc enixam quidem magis volũtatem & de
ſiderium ſignificent; non autem rem ipſam per
fectam.

Declarat ſecũdò Ruinus in d. conſi. 204. nu.
7. lib. 2. poſt Aretinum in l. vlt. ff. de teſt. vt nõ
60 procedat in vltimis † voluntatibus; in quibus
hoc verbum, vellem, ſignificat diſpoſitionẽ, ſi
modò deliberatè fuit prolatum. Verùm dubia
quoque eſt hæc declaratio ex iam dictis; & ipſe
met Ruin. in l. ſerui elect. col. 7. de leg. 1. aliter
ſenſit. Hæc de ſignificatione verbi, volo.

Secundũ diſputationis caput eſt de ſignifica
61 tione verbi, † nolo, quod ſui natura volunta-
tem negat & renitentiá inducit, vt re ipſa patet,
& ſcribunt Doctores in l. eius eſt nolle. ff. de re.
iur. Et nolle, eſt palam refragari & contradicere,
vt ait eruditiſſimus Cuiacius li. 5. obſer. iuris
62 c. 39. Cùm itaque quis ſimpliciter † ait, nolo, di
citur abſolutè negare nõ ſolùm de præſenti, ſed
etiam in futurum, vt docuit Abbas in c. pruden
tiam. §. ſexta. in vlt. nota. de offi. deleg. Cum ve
63 rò verbum † nolo, iungitur cum infinitiuo, vt
nolo eligere, nolo adire, intelligitur de præsẽti
tantum, nõ autem in futurum. Ita Ripa in l. ſer
ui electione, in prin. num. 17. de legatis primò,
poſt Abba. in c. ab excommunicato, colum. 4. de
reſcrip. & l. filij matrem. §. 1. ff. ad Tertull. quod
tamen reſpõſum aliter alij intelligunt, vt infrà
referã. Hinc ſi is, qui ſcriptus eſt hęres, vel qui
64 ab inteſtato poteſt ſuccedere dicat, nolo † adi
re, nolo accipere hæreditatem, nõ infertur repu
diatio. Ita Alexãder & alij plures in l. qui ſe pa
tris. C. vnde liberi; quorum ſententiam commu
nẽ ibi aſſerit bene eruditus Riminaldus iunior
n. 162. & Bellonus li. 4. ſupp. iuris. c. 14. etſi ipſe
diſſentiat. Illis accedit Ripa in l. ſerui elect. nu.
18. verſ. item contra.

Declaratur hic caſus, vt nõ procedat, quãdo
65 deliberatè quis dixit, † nolo adire, nolo elige-
re. Nam tunc dicitur diſpõere: & propterea is,
qui dato ſibi termino ad deliberandũ, vel ad al
terius interrogationẽ, dixit, ſe nolle adire hære
ditatẽ, dicitur eam repudiaſſe. Ita Ang. in l. qui
ſe patris. C. vnde liber. & ibidem Alexand. col.
1. Goz. Sapia & cęteri recentiores, quos recẽſet
& probat Rimi. iun. nu. 206. qui pro more do-
ctè & copiosè diſſerit. Hanc autem declaratio-
nem ſubdeclarat Ripa in l. ſerui elect. n. 20. vt
apud eum.

Tertium eſt diſputationis caput de verbo nõ
66 † nolo, vel non volo. Eſt enim magis recepta
opinio verbum, nõ nolo, eſſe medium inter ver
bum, volo, & verbum, nolo. Ita gloſſ. in l. Titius
la prima. ff. de act. empt. in l. quã Tuberonis. §.
vlt. ff. de pecul. in l. 1. §. penul. ff. de tributo. act.
& in l. ſi quẽquàm C. de epiſ. & cler. Barto. in l.
iam dubitari. ff. de hæred. inſt. Bald. in l. verbum
C. de fideicomm. Corn. conſ. 205. nu. 20. li. 2.
Alexand. in l. qui ſe patris, num. 7. C. vnde libe-
ri. & ibi Dec. num. 12. idem Decius in l. eius eſt
nolle. num. 6. de regul. iuris. c. 39. quo loci ait,
67 † non velle, eſſe tacere & pati. Et ex Ariſtote-
lis ſentẽtia, nolle dicitur is, quem pœnitet eius,
quod per errorem fecit, quem & nos venia di-
gnum iudicamus. l. ſi adulterium. §. inceſtum. ff.
ad l. Iuliam. de adult. & l. aliã. C. de his, quib. vt
68 indig. † non velle autem is dicitur, qui non
corrigit factum. Et alij dixerũt, eum dici nõ vel
le, qui voluntatis carentiam habet, ſicuti dor-
miens; is non velle dicitur, rectè enim dicimus,
dormientem non velle legere. Quocirca contẽ
69 dunt ij rectè legi in vulgatis Codicibus † in l.
eius eſt, de reg. iuris. eius eſt nõ velle, qui poteſt
velle. Cæterum diſſentiunt permulti alij eru-
diti, qui ſcripſerunt, nullam eſſe differẽtiam in
70 ter † verbum nolo, & verbum, non volo; cùm
verbum nolo, componatur ex dictione, non, &
verbum, volo, ſicuti grammatici teſtãtur. Et in
hac opinione fuit eruditiſſimus Antonius Au-
guſt. li. 1. emenda. iuris. cap. 2. in fi. Bellonus li.
4. ſupp. iuris. c. 14. à quibus non diſſentit Rimi
nald. iunior in l. qui ſe patris. num. 204. C. vnde
libe. ſcribit enim Antonius Auguſtinus Cicero
nem in Oratore ſcripſiſſe, libenter veteres copu
lãdo verba iunxiſſe, vt ſodes, ſi audes, ſis, pro ſi
uis, nequire, pro non quire, malle pro magis vel
le, nolle pro non velle. Et prætereà ait ille in d.
l. eius eſt, de reg. iuris. melius legis, Eius eſt, nõ
nolle qui poteſt & velle. Sentiens inter velle, &
nolle dari medium, nõ nolle. Sicuti etiam Bello
nus & Riminaldus ſcripſerũt. Id quod ſenſit &
Ferrarius ad d. l. eius eſt, in fi. de reg. iur. & ſi ne
get dari mediũ inter velle & nolle. In alia quo
71 que opinione † viſi ſunt eſſe Cuiacius li. 5. ob-
ſerua. iuris. c. 39. Petrus Fabri & Iacobus Renar
dus in d. l. eius eſt, de regul. iuris. vt diuerſa hęc
ſint, volo, nolo, non volo, non nolo; vt tamẽ ſem
per hæc poſteriora ad tacitam voluntatem, quã
patientiam appellamus, referantur l. 1. §. ſcien-
72 tiam. ff. de tributo. act. Eſt enim † non nolle,
pati & non cõtradicere; quo in ſenſu accepit &
Cicero ad Atticũ ſcribens lib. 13. Proximis tuis
literis primum te id non nolle cognoui, hoc eſt,
pati & non contradicere. Quocirca non eſt,
quòd hìc diſputemus, an hæc verba non volo,
vel non nolo, ab aliquo prolata ſtent diſpoſiti-
uè, vel enunciatiuè: quandoquidem ab homi-
ne pronuntiari non poſſunt, vt ſuam ſignifi-
cent voluntatem, vel renitentiam, ſed à lege
ſolùm conſiderantur ad ſignificandum patien-
tiam. De his hactenus.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcoporum ſedes non multum inter ſe debere di-
ſtare.*
2 *Epiſcopatus vnus quantum ab altero debeat di-
ſtare.*
3 *Iudicis arbitrio relinqui, quantùm vnus Epiſcopatus
ab altero diſtare debeat.*

Iudi-

4 *Iudicis arbitrio relinquitur, quantum vna parochia ab altera debeat diſtare.*

## CASVS CCCCXCVII.

### DE EPISCOPATVVM ET PAROchialium inter ſe diſtantia.

IVSTA ratione factum eſt, vt
1 ſedes Epiſcoporum † non mul
tum inter ſe diſtent; vt ſcilicet
vnus alteri opem ferre poſſit,
cùm opus erit. Verùm ambigi
2 ſolet, quantum unus † Epiſco-
patus ab altero diſtare poſſit & debeat? Et iu-
3 dicis † arbitrio hoc relinqui cenſuit gl. in c. ult.
4 80. diſt. Ita etiam iudicis † arbitrio relinquitur,
quantùm una eccleſia parochialis ab altera diſta
re poſſit, ut commodè ſacramenta ſumere inde
poſſint parochiani; ita declaratur tex. in c. ad au
dientiam. il primo, ubi Doct. de eccl. edif.

### *SVMMARIVM.*

1 *Iudicis arbitrium verſari, quando pœna commiſſa cenſeatur contra eum, qui aliquid dare, vel facere tenetur.*
2 *Promiſſor, qui pro arbitrio dare, vel facere promiſit, in pœnam non prius incidit, quam quando conſtat eum dare, vel facere non poſſe.*
3 *Tempus poſitum in arbitrio promiſſoris efficit, vt is quantum velit, differat.*
4 *Promittens non aſcendere capitolium conditioni nõ prius ſatisfacit, quàm moriatur.*
5 *Conditionis euentum eſſe expectandum, vt promiſſor conditionalis teneatur.*
6 *Conditicni ſuppoſita non eſſe in diſpoſitione.*
7 *Conditione pendente nec obligatio, nec actio competit.*
8 *Debitor conditionalis poſt conditionis euentum interpellandus eſt, vt ſoluat.*
9 *Factum merum ſpectari in conditionis euentu.*
10 *Promiſsio à conditione incipiens quando ad pœnam obliget promiſſorem.*
11 *Sabini & Pegaſi grauis contentio.*
12 *Alciati noua opinio aduerſus omnes improbatur.*
13 *Pęnæ adiectio in ſtipulatione quid operetur.*
14 *L. 1. §. item ſi ita. ff. ad l. Falc. declaratur.*
15 *L. cum ſine, & l. ſi penum. ff. quando dies leg. ced. explicantur.*
16 *Papiniani ſententia, qua Sabini, & Pegaſi opiniones diſcrepantes conciliantur.*
17 *Alciati opinionem de Papiniani reſponſo à cæteris reiectam.*
18 *Alciati argumenta de opinione Papiniani à quibus iuris interpretibus confutentur.*
19 *Promiſſor, qui à conuentione incepit, quando pœnam incurrat, ſi promiſſa non implet.*
20 *Promittens dare Pamphilum, & ſi non dederit promiſit centum, duo promiſiſſe dicitur.*
21 *Legans penum, & ſi penus non detur, centum, duo legaſſe dicitur.*
22 *Promiſſor qui purè promiſit, eſt tamen interpellandus, vt det.*
23 *Iudicis arbitrio teneri dare eum, qui ex ſtipulatione prætoria tenetur.*
24 *Debitor ex vltima teſtatoris diſpoſitione quando pœnam incurrat, ſi non dedit vel fecit id, quod dare, vel facere tenetur.*
25 *Iudicis arbitrio eſſe tempus, quo debitor ex voluntate teſtatoris, dare, vel facere debet.*
26 *Debitor ex legis diſpoſitione quando pœnam incurrat, cùm non dat, vel facit quod dare, vel facere tenetur.*
27 *Debitorem ex legis diſpoſitione teneri facere vel dare, cùm commodè id poteſt.*
28 *Hæredem teneri vindicare mortem defuncti, alioqui hæreditate priuatur.*
29 *L. 2. §. ſi confeſtim. ff. ad S. C. Tertull. declaratur.*
30 *Statutum, & legem communẽ magis accedere ad naturam vltimæ voluntatis, quàm ad naturam contractus, ex aliquorum opinione,*
31 *Satutum æquiparari contractibus ex aliorum opinione.*
32 *Statutum, quò ad interpretationem omninó contractibus æquiparari.*
33 *Debitorem ex legis diſpoſitione tunt in pœnam incidere, cùm fuit interpellatus.*
34 *Romani opinio, quando pœnam incurrat debitor ex legis diſpoſitione, qui non obſeruauit.*
35 *Hæredem non poſſe adire hæreditatem antequam vindicauerit mortem defuncti.*
36 *Romani opinio reiecta.*
37 *Iudicis arbitrio relinqui, quando pœnam incurrat debitor ex legis diſpoſitione.*
38 *Pœnam ſtatim incurrit, qui facit id quod lex prohibet ſub pœna fieri.*
39 *Clericum verberans ſtatim excommunicationem incurrit.*
40 *Faciens quod à lege prohibetur excuſationem non habet.*
41 *Præcepta legis negatiua ſemper, & ad ſemper obligare.*
42 *Pœnam an ſtatim incurrat qui facit quod lex prohibet, ſi illud ſui natura non prohibetur, vt quid turpe.*
43 *Statutum Bononiæ artificum Sirici declaratur.*
44 *Ruini reſponſum in conſi. 100. nume. 4. lib. 5: improbatum.*
45 *Statutum, ne forenſis audiatur, ſatiſdatione non præſtita, intelligitur, ſi ſatisdatio ab aduerſario requiratur.*
46 *Pœnam quando incurrat negligens dare, vel facere, quod dare, vel facere, à lege vel ſtatuto ſine temporis præfinitione iuſſus eſt.*
47 *Facere omittens iuſta de cauſa omiſiſſe potuit.*
48 *Delictum non præſumi.*
49 *Debitorem purè interpellari, vt pœnam incurrat ex mora.*
50 *Collatio bonorum fit inter debentes conferre, cùm eorum vnus interpellat.*
51 *Publicanum malè exacta reſtituere.*
52 *Canonici negligentes eligere certum numerum canonicorum, quando priuẽtur facultate eligendi.*





53 *Pœnam quando incurrat negligens dare, vel facere, quod iuſſus eſt à lege, quę terminum ad dandum vel faciendum præfiniuit.*
54 *Statutum, quòd Priores debeant intra certum tempus decidere cauſas appellationis, intelligitur ſi fuerit interpellatus à partibus.*
55 *Statutum quòd iudex intra certum tempus iudicet de cauſa, intelligitur parte petente.*
56 *Damnatus ſoluere intra quadrimeſtre, intelligitur, ſi fuerit ad ſoluendum interpellatus.*
57 *Statutum pro forma aliquid fieri intra certum tempus, operatur ſine interpellatione.*
58 *Hæredem intra annum legata præſtare debere, ſi modò interpelletur.*
59 *Hæredem non teneri ſoluere legatum factum piæ cauſæ niſi interpelletur.*
60 *Pœnam committi ſine interpellatione, cùm eſt appoſitum tempus ad dandum, vel faciendum, ex aliquorum opinione.*
61 *Matrem teneri intra annum petere dari tutorem filijs, etiam ſine interpellatione.*
62 *Teſtatorem voluntates exequi publicè intereſt.*
63 *Cap. licet canon. §. & intra annum. de elect. in 6.*
64 *Felini opinio, & conciliatio.*
65 *Opinio Felini reiecta.*
66 *Statutum Parmæ, de modo creandi ciues, declaratur.*
67 *Pœnam incurrit ſine interpellatione, qui dare, vel facere negligit, ita iubente lege antiqua, & noua.*
68 *Lex noua aliquid vltra antiquam debet operari.*
69 *Clerici quando ſine interpellatione accedere debent ad reſidentiam.*
70 *Pęnam incurrit in foro conſcientiæ debitor ſine interpellatione.*
71 *Deus cordium ſcrutator.*
72 *Pœnam incurrit ſine iuterpellatione debitor, qui excuſationẽ nullã habet, quia dare uel facere teneatur.*
73 *Interpellationem debitoris non eſſe neceſſariã, quando res clara eſt, & liquida*
74 *Pęnam quando incurrat, qui ex præcepto, vel ſententia iudicis dare, vel facere tenetur.*
75 *Iuſſus à iudice dare, intelligitur cum commodè dare poterit.*
76 *Iudicis arbitrio relinqui, quando quis commodè poſſe dare dicatur.*
77 *Iuſſus à iudice pręſentare aliquem intra octo dies, intelligitur, ſi fuerit ad præſentandum interpellatus.*

## CASVS CCCCXCVIII.

### QVANDO IS QVI DARE VEL FAcere aliquid tenetur, vel ſtipulatione, vel teſtatoris voluntate, vel legis diſpoſitione, vel pręcepto, aut ſententia iudicis, facere potuiſſe & debuiſſe dicatur, vt pœnam incurrat, diligenter tractatum.

DVBITARI ſcio, quomodo, & quan
do commiſſa cenſeatur pœna aduer-
ſus eum, qui dare vel facere tenetur.
1 Et quia iudicis † arbitrium hic aliquando ver
ſatur, quemadmodũ ſcripſerunt Bald. in l. ſuus.
quoque. §. ſi filio. ff. de hæred. inſt. & celeberri
mus Mantua compater meus colendiſſimus in
cap. vlt. num. 17. de conſuetud. eapropter de
his verba facere ſtatui. Non enim me latet per-
plexè hæc à noſtris tractari. Et quod attinet ad
contractus (vt de his primum agamus) diſtin-
gui ſolent plures caſus.
2 Primus eſt, quando tempus eſt appoſitũ † in
arbitrio ipſius promiſſoris, vt ſcilicet is det,
vel faciat, cum ei placuerit. Hoc ſanè caſu nec
interpellatio requiritur, nec is pœnã incidit, an
tequam conſtet, eum obſeruare non poſſe præ-
miſſa. Nec hic adhibetur diſtinctio, an ſtipula
tio incęperit à pacto, & conuentione, vel à con-
ditione. Ita cenſuit gloſſ. in l. ſtipulatus, in ver-
bo poſſe, de verbo. oblig. quam ſecuti ſunt Bar.
Alexan. & Iaſon ibi, & communem eſſe ſenten-
tiam ſunt atteſtati ibi Socinus Iunior in deci-
mo notab. & Alciatus num. 5. Et ea eſt huius
traditionis ratio, quia cum in eius voluntate
3 poſita † ſit dies, poteſt quantum vult differre.
l. vlt. verſ. poſteriore, ff. qui ſine manumiſſ. Quo
circa ſolùm eius morte, non obſeruata ſtipula-
tione, committitur pœna, quæ ab eius hęrede
deinde præſtanda eſt. Hunc tamen caſum intel
ligit Socin. iun. in d. l. ita ſtipulatus, nume. 34.
verſic. nota tamen &c. procedere quando is
promiſſor potuit implere, & non impleuit: ſe-
cus ſi implere nunquam potuit, & per eum non
ſteterit. Nam tunc ad pœnam non tenetur, cùm
verè nullam contraxerit moram.
4 Secundus eſt caſus † in ſtipulatione facta,
quę à conditione incipit, vtputà cum dictum
eſt, ſi in capitolium non aſcenderis, vel Alexan-
driam non ieris, centum dare ſpondes. Hoc ſa-
nè caſu expectandus eſt conditionis euentus, an
tequam non committitur ſtipulatio, ſeu pœna.
Euentus autem conditionis tunc cedit cum pro
miſſor eſt vita functus. Nam tunc certum eſt eũ
amplius aſcendere non poſſe capitolium, aut
5 Alexandriam ire. Quod dixi † euentum condi-
tionis eſſe expectandum, vno ore affirmarunt
Doct. in d. l. ita ſtipulatus. de verbor. oblig. ibi
Aret. in vltim. notab. Socin. iun. in 12. & rece-
ptiſſimum eſſe aſſeruit ibidem Alciatus nume.
5. verſic. alter caſus. Quæ ſententia probatur in
d. l. ita ſtip. verſ. ſed & ſi ita. Et ratio eſt manife-
6 ſta, quia ea, quæ ſunt † in conditione non cenſen
tur diſpoſitiua. l. ſi quis ſub conditione dando-
rum decem. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta. & l. ſi
7 penum. ff. quando dies leg. ced. Et ante † euen
tum conditionis nulla competit obligatio, vel
actio. l. cedere diẽ. ff. de verb. ſig. Nec is promiſ-
ſor cogi poteſt implere conditionẽ. l. cũ ab eo.
ff. de contrah. empt. Eſt itaq; expectandus cõdi-
tionis euentus, vt pœnæ locus ſit, ſicuti expreſ-
ſim docuit Bar. in l. naturalis. §. quod ſi faciã. ff.
de pręſcr. verbis. Eſt tamen hic annotandum, ꝙ
8 non eo ſtatim quo ceſſit † conditio dicitur ille
debitor incidiſſe in morã, ſed interpellatio ali-
qua requiritur, vt ſcripſit Bar. in d. l. ita ſtipula
tus. nu. 50. de verb. obl. Illud quoq; eſt obſeruã
dũ qđ docuit Soc. iu. in d. l. ita ſtipulatus. n. 34.

9 verſ. nota tamen. Nullam eſſe † adhibendã dif
ferentiam, an ſteterit per promiſſorem, vel non,
vt promiſſio impleretur : quia in conditione
merum factum attenditur.
10 Tertius eſt caſus, cùm † quis pœna adiecta da
re promiſit, quæ tamen promiſſio à conditione
incipit, vtputà ſi dictum eſt, ſi non dabo Pam-
philum, promitto pœnę nomine ducenta. Hoc
11 in caſu magna olim fuit diſputatio inter † Sabi
num, & Pegaſum antiquos iuriſconſultos.
Pegaſus in ea fuit ſententia, nõ committi pœ
nam ante euentum conditionis, atque ita nõ eſ-
ſe habendam rationem, quòd is promiſſor dare
potuerit: ſed tunc demum cenſeri dare non poſ
ſe, cum deceſſerit, ita vt nulla ſit differentia in-
ter hunc caſum, & præcedentem.
Sabinus verò exiſtimauit, ſtatim ſtipulationẽ,
pœnamq́ue committi, quo is promiſſor potuit
dare, & non dedit. Et pro Sabini ſententia mul-
tæ ſunt rationes, & argumenta, quibus vſus eſt
12 doctiſſimus † Alciatus in d. l. ita ſtipulatus. nu.
7. & in lib. 1. Paradox. cap. 11. Illud eſt primum,
quòd veriſimile ſit, partes voluiſſe conditionẽ
impleri quàm primum. l. ſi quis locuples, in fi-
ne. ff. de manumiſſ. teſt. Non ergo debuit hæc
differentia conſtitui, ſed ſtatim cum dari potuit
ſi datum non eſt, cõmitti ſtipulationẽ. arg. l. hęc
conditio, ſi in capitolium. de cond. & demonſt.
Cæterum, ſi ratio hæc vera eſſet, idem erat dicẽ
dum ſuperiore in caſu; cum & in eo eadem ſit
ratio prræſumptæ voluntatis partium. Et ipſe-
met Alciatus in d. l. ita ſtipulatus. nu. 6. affirma
uit, nullam eſſe differentiam inter facta, & datio
nes. Secundò adfertur ratio pro Sabino, quia,
13 † natura adiectionis pœnæ hoc ſignificat, vt
actum non videatur, quòd ſtipulator diù expe-
ctet mortem alterius, & ſic tẽpus, quo amplius
impleri nequeat conditio. arg. l. ſi quis ita. ff. de
verb. oblig. Verùm eadem reſponſione, qua iam
vſi ſumus, & hæc argumentatio poteſt confuta
ri. Tertiò, Sabinus vſus eſt argumento ducto à
legato penus. Nã ſi legata ſit penus, ſiue illa ſit
in cõditione, ſiue in diſpoſitione, ſtatim pęna de
14 betur, ſi penus ſoluta non eſt † l. 1. §. item ſi ita.
ff. ad l. Falc. & l. cum ſine. & l. penum. ff. quando
dies leg. cedat. Si enim ita dictum ſit, dato pe-
num, ſi penum non dederis, dato centum. Non
eſt expectandum, vt penus dari non poſſit, ſed
ſtatim quo dari potuit, & data non eſt, commiſ-
ſa eſt mora, & ideo cẽtum peti poſſunt. Et id qui
dem duplici rõne conſtitutum eſt. Vna, ob volũ
tatem teſtatoris, qui penum dari voluit, aut pe-
cuniam ſolui. Altera, propter ipſius rei naturã.
Penus nanque facilè dari poteſt. Idem ergo iſto
in caſu, cum partium ſit voluntas, quòd Pãphi-
lum dari voluerunt: & Pãphilus facilè dari po-
tuit. Cæterùm hæc ratio, quæ ceteris viſa eſt va
lidior, nil adhuc pro Sabino vrget; cum duci
non poſſit argumentum à datione, penus ad da-
tionem Pamphili. Nam in penu legata duplex
eſt ratio, quæ hic ceſſat. Vna eſt, quòd teſtatoris
voluntatem plenius interpretamur, l. in teſta-
mentis. de reg. iur. Altera, quia natura penoris
huiuſmodi eſt, vt primo quoq; tẽpore ſolui de-
15 beat † l. cũ ſine. & l. ſi penũ. ff. qñ dies leg. ced.
Quę ſanè rõnes (vt dixi) ceſſãt ĩ ſtipulationibus
quæ ſtrictã recipiunt interpretationẽ. l. quidqd
aſtringendæ. de verb. obli. Et quia nõ reperitur
lege cautum; ꝙ datio hominis habeat hanc na-
turam, vt primo quoque tempore ſolui debeat.
19 Papinianus verò † in d. l. ita ſtipulatus. verſic.
itaque poteſt. de verb. obl. Pegaſi, & Sabini opi-
niones ita conciliauit. Et primò voluit Papinia-
nus, Sabini ſententiam veram eſſe, quando ſtipu
latio cœpit à cõuentione, vt ſi dictum ſit. Pãphi-
lum dabis, ſi Pamphilum non dederis, decem
dabis. Nam promiſſio de Pamphilo pura eſt: Il
la verò promiſſio de decem eſt conditionalis, de
quo ſanè caſu dictũ fuit ſup. in ſecũdò. Ita Sabi
ni ſententiam procedere intellexit Papinianus.
Pegaſi verò opinionem veram eſſe idem Papi-
nianus dixit, quando vna ſola eſt ſtipulatio inci-
piens à conditione, hoc modo, ſi Pamphilũ nõ
dederis, decem dabis? Nam qui ſic ſtipulantur,
volunt pecuniam dari, non aũt Pãphilũ. Illud
quidem volunt, vt ſoluto Pamphilo, promiſſor
ille liberetur, ſicuti cum ita à principio legatur;
ſi penum non dederis decem dato. Cõmittetur
ergo illa ſtipulatio, vbi Pamphilus deſierit poſſe
dari; quod intelligitur mortuo promiſſore, quia
eo viuo, mora non cõmittitur; & ſi non detur,
cum his Pamphilus in ſola conditione poſitus
ſit, peti non poſſit: cum poſita in conditione nõ
ſint diſpoſitiua. d. l. ſi quis ſub conditione dan-
dorum decem ff. ſi quis om. cauſa teſta. Et eadẽ
eſt ratio in ſtipulatione de aliquid non dando,
vt in ea; ſi capitolium non aſcenderis, ſi Alexan
driam non ieris, quæ in faciendo verſantur; vt
ſuperiore caſu dixi. Et hæc recepta eſt ſententia
omnium, qui ita intellexerunt Papiniani reſpon
7 ſum. Excipio hic eruditiſſimum † Alciatum, qui
in d. l. ita ſtipulatus. nu. 8. & li. 1. paradox. c. 11.
diſſentit. Exiſtimauit enim Alciatus, Papinianũ
in d. l. ita ſtipulatus, ſecutum omninò fuiſſe Sabi
ni ſententiam: Pegaſi opinione reiecta. Cæterũ
18 Alciati † argumenta acutè confutarunt Ripa
in d. l. ita ſtipulatus. nu. 40. verſ. accedo ad gloſ.
de verb. oblig. & ibidem Claudius Aquenſ. &
vberius Socinus iunior in vltima columna. Et
illis addo Lanfrancum Gypſium in antipara-
doxis Alciati: nec non Duarenum, & Cuiacium
in commentarijs ad d. l. ita ſtipulatus.
Quartus eſt caſus, qui ex prædictis colligi-
19 tur, quãdo † ſcilicet quis dare promiſit: & ſi nõ
dediſſet, promiſit pœnam: atque ita, quando ſti
pulatio dandi, vel etiam faciendi incipit à pacto
& conuentione; vel ſi ita quis promittat. Pro-
mitto dare Pamphilum, vel ædificare domum:
& ſi non dedero, vel ædificauero, promitto cen
tum. Hoc ſanè in caſu, ſtatim quo is promiſſor
dare potuit, & non dedit, commiſſa eſt mora, at
que ita expectandũ nõ eſt, quòd is dare amplius
nõ poſſit; ſicq; poſt eius mortẽ. In hãc ſnĩam cõ
ueniũt Pega. Sabi. & Papi. quos ita sũt interꝑtati
Docto-



Doctores noſtri. Et Alciatus quoque in d. l. ita
ſtipulatus. nu. 9. verſ. quartus caſus. Ea eſt ratio,
20 quia qui † promiſit dare Pamphilum, & ſi nõ
dederit, promiſit dare centum, dicitur duo pro-
miſiſſe. Vnum purè, videlicet Phamphilũ dare.
Alterum ſub conditione, ideſt centum, ſicuti in
21 exẽplo penus legatæ. Si enim ita legata eſt † pe-
nus, lego penum, & ſi penum non dabis, centũ
dari volo. Duo ſunt legata, vnum penus, quod
purum eſſe dicitur, alterum conditionale, vt cen
tum dentur. Cũ itaque illa prima promiſſio ſit
pura, præſenti die impleri debet, l. eum, qui ca-
lendis. ff. de verbo. obligat. ſi ergo præſenti die
non dedit, locus eſt pœnæ, nec vlterius tempus
eſt expectandum. Et hoc in caſu rectè ſtipulatio
comparabitur penori legatæ. Nam ſicuti quan-
do penus relicta nõ pręſtatur ſtatim, cum pręſta
ri potuit, cõmittitur mora, & pecunia debetur.
ita & in ſtipulatione, qua promiſſus eſt Pamphi
lus, & ſi non detur, promiſſa eſt pecunia. Quod
22 autem diximus in ſtipulatione pura † ſtatim
promiſſorem teneri intelligitur, modo fuerit in
terpellatus. Ita cenſuit glo. in d. l. ita ſtipulatus,
& ibidem Alex. num. 22. & nu. 27. de verb. obli
gat. & reſpondit Pariſius in conſi. 5. nu. 49. lib.
4. Et hoc in ſtipulatione conuentionali intelli-
git Alex. in prætoria verò, quando dies non ex-
23 primitur, iudicis † arbitrio intelligitur. l. de
die. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. & docuit Alex. in
d. l. iſta ſtipulatus. nu. 27. & ſcripſi ſup. in caſu.
24 In vltimis autem † diſpoſitionibus reſpon-
ſum eſt, eum quamprimum & facere, & dare po
teſt, id præſtare oportere, alioqui, & morá face-
re, & pœnam committi. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad l.
falcid. Aliquod tamen temporis ſpacium, vt da
25 re, vel facere poſſit, cõceditur, quod ſanè † tp̃s
ẽẽ iudicis arbit. ſtatuẽdũ diximus ſu. in caſu 30.
26 In diſpoſitione † legali, ſiue iuris cõmunis
ſit, ſiue municipalis maius eſt dubium, cũ variæ
ſint de ea opiniones. Vna enim fuit opinio eorũ
27 qui ſcripſerunt † de eo tẽpore, intra quod com
modè præſtari potuit id, quod lex voluit præſta
ri, atque ita opus non eſt aliqua interpellatione.
Ita cenſuit gl. notab. in l. 1. glo. 3. C. de ijs, quib.
vt indig. quę dixit, ſi lege, vel ſtatuto cautum eſt,
28 quòd † hæres debeat vindicare mortem defun
cti, & ſi non vindicabit, quòd auferatur ab eo hæ
reditas, & fiſco applicetur. Intelligitur ſtatutũ il
lud tempus, intra quod potuit is hæres cõmo-
dè vindicare defuncti necẽ, & neceſſe minimè
eſt expectare, quòd deſierit poſſe vindicare. Et
opinionem hanc vnà cum ea gloſſa probarunt
Bartolus ibi, idem Bartolus in l. in cognitione.
ff. ad S. C. Syllania. in l. non ſolum. §. morte. ff. de
operis noui nuntia. Baldus in l. 2. §. ſi confeſtim.
ff. ad S. C. Tertull. Imola in d. §. morte. col. pen.
in fine Romanus in l. 4. § Cato. nu. 25. ff. de ver
bo. obli. & in l. vnica. q. 3. C. quando non pet.
partes. Et hi moti ſunt ex. l. 2. §. ſi confeſtim, iũ-
29 cto. §. ſi mater. ff. ad Tertull. Verùm is tex. loqui
tur in caſu ſpeciali, fauore ſcilicet publicæ vtili
tatis; vt declarat in ſpecie Alcia. in l. quidquid
aſtringendæ. §. 1. nu. 5. verſic. vnde hęres. ff. de
verbo. obl. Ea etiam ratione vtuntur, quòd di-
30 ſpoſitio † legis, vel cõmunis, vel municipalis
magis accedit ad naturã vltimæ diſpoſitionis te
ſtatorum, quàm ad naturam contractus. Ita ſcri
bunt gl. in d. l. 1. in glo. 3. C. de ijs, quib. vt in-
dig. vbi Bart. & Bal. in l. & ſi poſt tres. in prima
lect. col. 8. ff. ſi quis caut. & in tit. de pace Con-
ſtantiæ, in verbo in criminalibus. Et multorum
auctoritate comprobauit Tiraq. in tract. de re-
tract. cõſan. ad fin. nu. 13. Quibus accedũt Cur.
iun. in conſ. 5. nu. 18. Soc. iun. in conſ. 181. nu.
38. lib. 2. & Crau. in conſ. vlt. n. 12. Cęterum &
31 hæc ratio ſuſpecta eſt, quandoquidem † legẽ &
ſtatutum magis æquiparari contractibus, ſcri-
pſerunt Bal. in l. omnes populi. col. v. ff. de iuſt.
& iu. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & in l. ea demum. C. de
colla. & Aret. in conſ. 89. nu. 7. Et ſaltẽ quò ad
32 interpretationem, † ſtatutũ æquiparari dicitur
contractibus, cum æquè ſtrictam recipiat inter-
pretationem, vt recipiunt contractus. Sicuti de
clarat Alex. in d. l. ita ſtipulatus. nu. 17. ver. vnde
hæc ſecunda opinio, de verb. obli. & ibidem Iaſ.
nu. 17. verſ. in contrarium duo, qui ſubiungit,
ex ſententia Bald. in l. cõtractus. C. de fide inſtr.
ſtatuta ita confici vt vltimas voluntates.
Secunda itaque fuit opinio eorum, qui dixe-
33 runt † leges, & ſtatuta requirentes aliquid dari
vel fieri, intelligi debitorem tunc teneri, quãdo
præceſsit interpellatio, alioqui pœnã nõ com-
mitti. Quam ſanè opinionem probarunt Areti.
in d. l. ita ſtipulatus. nu. 10. de verb. obl. & ibidẽ
Alex. num. 13. in fine. Et moti ij ſunt ex doctri-
na Inn. in c. extirpandæ. nu. 2. verſ. item hæc ha-
bent. de præben. Qui quidem Innoc. diſtinguit
duos caſus, vt ſuo loco infra dicemus.
34 Tertia fuit opinio † Roma. in l. in cognitio
ne. ff. ad S. C. Syllan. qui conciliando relatas opi
niones, ita diſtinguit. Aut igitur in negotio ce-
leritatem deſiderante, vt eſt in vindicanda nece
defuncti. Hoc. n. ex eo celeritatem requirere cre
35 ditur, quod † ante vindicatam mortem ipſam
hæreditas per hæredem illum adiri non poteſt,
atque ita voluntas defuncti ſteret in ſuſpenſo. l.
3. § antepen. & §. pen. & l. neceſſario § 1. ff. ad S.
C. Syllan. Id quod eſſe non debet. l. vlt. ff. cõmu
nia præd. Et hoc in caſu (ait Romanus) proce
dit opinio glo. d. l. 1. C. de ijs, quib. vt indig. Aut
(inquit Roman.) agitur de negotio, quod cele-
ritatẽ nõ requirit, & tunc procedit opinio Inn.
36 ac ſequacium. Verùm hanc † concordiã reijcit
Alex. in d. l. ſtipulatus. nu. 13. ad fi. ꝓpè. de verb.
obl. ob id ꝙ repugnat auth. hoc amplius. C. de
fideicõ. & c. excõicamus. §. moneantur. de hęre.
de quibus inf. ſuis locis dicemus. Repugnat etiã
rõnibus, quæ pro illa Inn. traditione adferũtur.
37 Quarta fuit opinio eorũ; qui ſenſerunt † re-
linqui iudicis arbitrio. Ita Bal. in l. ſuus quoq;.
§. ſed & ſi in filio. verſicu. quæro, quid in quaſi.
ff. de hæred. inſt. & apertius Mantua in cap. vlt.
nu. 17. de conſuet. Verùm Bal. non loquitur in
diſpoſitione legis, vel ſtatuti, ſed in quaſi cõtra-
 ctibus

ctibus, nempe in ſententijs. Crediderim tamen
iuxta Baldi, & Mantuæ traditionem idem eſſe
dicendum, & in diſpoſitione iuris, declarando,
vt mox ſubijciam. Hæc itaque in re dubia, ſecu
tus in aliquibus doctrinam illam ſatis egregiã
Inno. in d. c. extirpandæ. nu. 2. verſ. item hæc ha
bent. de præben. ita aliquot caſus diſtinguo.

38 Primus eſt caſus, cùm † lex iubet aliquid nõ
fieri, & ſi fiat, imponit pro ipſo facto pœnam.
Hoc in caſu ſi quis facit, quod lex prohibet om-
ninò, vt turpe, & ſui natura prohibitum, ſtatim
quo id erit factum, pœna cõmittitur. Eſt exem-
plũ ſancitum à lege pontificia, ne quis verbe-
39 ret † clericum, alioqui incidat in pœnã excom
municationis, c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4. Si quis
ergo percuſſerit clericum ſtatim pœna commit
titur, abſque alia monitione. Similia adferri poſ
ſunt ex l. 1. C. de ſecund. nup. & ex c. de multa.
de præb. & alia, quæ referre ſuperſedeo. Ita affir
mauit Inn. in d. c. extirpandæ, & multi ſecuti
ſunt illũ, vt referam infra in tertio caſu. Ea eſt
huius traditionis rõ, quia ille, qui facit, quod à
40 lege † prohibetur, nõ habet excuſationẽ, vt ha-
bet ille, qui omittit facere, quod facere tenetur,
vt dicam infra in tertio caſu. Adferri ẽt põt ſe-
41 cunda rõ, ꝙ hoc † legis præceptum dicitur eſſe
negatiuum, quod obligat ſemper, & ad ſemper,
iuxtà eam declarationem, quã ſacri Theologi fa
ciunt ad præcepta negatiua Decalogi, vt apud
Durandum in 4. ſentent. lib. 2. diſtin. 23. q. 3.
Cùm itaque obligent ſemper, & ad ſemper,
ne quis id agat, ſequitur enim perpetuò, & qua-
uis hora eſſe monitum, atque interpellatum, ne
faciat. Id quod non contingit in facto affirmati-
uo, vt dicemus infra in tertio caſu.

42 Secundus eſt caſus, quando † lex prohibet fie
ri aliquid, quod ſui natura non eſt prohibitum,
vt quia non contineat aliquam inhoneſtatem,
ſed poſſit aliàs eſſe permiſſum volentibus illis,
43 quorum intereſt. Exemplum ſit in ſtatuto, † qđ
Bononiæ extat inter artifices artis Sirici, quo
cautum eſt, ꝙ nemo forenſis poſſit exercere artẽ
Sirici in Ciuitate Bononiæ, niſi prius fideiuſſio
nem præſtiterit, quod habitabit in ipſa Ciuita-
te, alioqui incurrat pœnam mille ducatorũ. Hoc
ſanè in caſu reſpondit in ſpecie Ruinus in con
ſil. 100. nu. 4. verſ. Si verò pœna imponitur. lib.
5. illũ, qui nulla ẽt præcedente interpellatione
exercere cœpit artem Sirici incurriſſe pœnã. Et
motus eſt Ruin. ea auctoritate Inn. in d. c. extir-
pandæ, & aliorum, qui eum ſunt ſecuti. Verùm
44 hoc in caſu † ego contrarium reſpondiſſem;
quandoquidẽ hæc prohibitio non omnino pro
hibet, vt quid minus honeſtum; ſed potius vt
quid aduerſus aliorũ artificũ, vel ciuium vtilita
tẽ. Et hoc in caſu ceſſant illæ rõnes, quæ ſupe-
riore caſu pro Innoc. doctrina cõſiderauimus.
Poſſet. n. ſemper is, qui artem illam exercere cę
pit dicere, credebam ego mihi fuiſſe remiſſum
onus hoc præſtandi ſatiſdationem, vel ob id, ꝙ
multa in hac ciuitate poſſideo, vel quia, me vt
virũ probum noſtis. Et meam hanc ſententiam
comprobat auctoritas eorum, qui ſcripſerunt, ꝙ
45 ſi cautum ſit † ſtatuto, ne forenſis audiatur cõ-
tra ciuẽ, niſi prius ſatiſdederit de expenſis litis
perſoluendis, intelligitur hoc ſtatutum, vt ſatiſ
datio hæc pręſtetur, ſi ab aduerſario petita fuit.
Ita tradunt Caſtr. & Iaſ. in l. vniuerſa. nu. 2. C.
de præcib. imper. offerend. Et in ſpecie propè
Soc. ſen. in conſi. 19. in fin. lib. 3.

46 Tertius eſt caſus, quãdo † lex iubet aliquid fie-
ri, nullo tamen præſtituto tempore ad faciendũ
vel dandum, & ſi non fiat, pœnam indicit ob ne-
gligentiam. Hoc in caſu etſi confeſtim quo de
bitor potuit præſtare commodè omnino obliga
tus fuerit: attamen vt committatur pœna, requi
ritur interpellatio, vt iuſſus facere faciat. Ita do
cuit Inn. in d. c. extirpandę. nu. 2. verſ. item hæc
habent, de pręb. & illum ſecuti ſunt Ioan. And.
Hoſt. Butr. Anch. Imo. & Abbas ibidem. Ita etiã
Arch. Io. Andr, & recentiores in c. licet canon,
de elect. in 6. Bal. in l. etſi poſt tres, in 1. lect. nu. 8.
verſ. 6. & vltimò, & in 2. lect. nu. 26. ff. ſi quis
cautio. Bald. & Imo. in l. ſi mora. ff. ſolu. matr.
Card. Zab. in conſ. 55. Dum Reuerendus, col. 1.
ver. primum ſcilicet. Feli. in c. 1. nu. 12. ver. 2. in
telligunt. de conſt. & in c. 2. nu. 4. & nu. 5. in fin.
de magiſtris. Rui. in d. conſ. 100. nu. 4. lib. 5. Ea
eſt huius ſententiæ ratio; quia iſte, qui aliquid
47 facere tenetur, & nõ facit; eſſe põt ꝙ † ob ne-
gligentiam atque ita ſua culpa non fecerit: eſſe
ẽt poteſt, quòd impeditus iuſtis de cauſis facere
non potuerit. Et in dubio ſumitur interpreta-
48 tio, ꝙ † non deliquerit, iux. l. meritò. ff. pro ſo-
cio. Hanc rõnem ſenſit Fely. in d. c. 2. nu. 5. verſ.
ſed illa ſola ratio &c. de magiſtris, vbi rationẽ
Innocentij confirmauit. Exiſtimo ego eã eſſe ra
tionẽ ꝙ ille, qui aliquid facere tenetur, etſi purè
ſit obligatus, ſua tamen obligatio eſt ad vtilita-
tem creditoris, atque ita debitor tenetur face-
re, cũ placuerit creditori: requiritur ergo eius
petitio & interpellatio: ſicuti fit in cõtractibus.
Nam ex ſtipulatione purè obligatus ſtatim dare
vel facere tenetur. l. eum, qui Calendis. de verb.
49 obli. Attamen † interpellatio requiritur; vt om
nes admittunt in l. quod te. ff. ſi cert. peta. Poſ-
ſunt huius caſus adferri exempla quamplura, vt
illud ex l. ſi quis filium. §. ſtipulatio. ff. de colla.
50 bono. Cum ex prætoris † edicto bonorũ colla-
tio fieri debet, neceſſaria eſt interpellatio. Ita etiã
in l. 1. in prin. iuncta l. hoc edicto. in prin. ff. de
51 publica. & vectiga. † Publicanus malè exacta re
ſtituere tenetur, lege ita iubente, ꝙ ſi nõ fecerit
pœnam incurrit. d. l. 1. & tamẽ neceſſaria eſt in-
terpellatio. d. l. hoc edicto. Et iure põtificio pro
batur multis in locis caſus iſte, ſicuti in c. per ve
nerabilem. verſ. quod autem. de elect. in c. pru-
dentiã. §. ſexta. de off. deleg. c. ad reprimendã. &
apertius in c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. or-
di. c. ſacro. de ſent. excom. in c. ex parte. de pręb.
& in c. excõmunicamus. §. moneatur. de hæret.
Et hinc ſcribit Hoſt. in c. cum eccleſia Vultera
52 na de elect. ꝙ ſi † canonici, qui certum nume-
rum canonicorum eligere debẽt ex ſuæ eccleſiæ
conſti-



cõſtitutionibus, alioqui electione priuentur; vt
in eam pœnã incidant, debent eſſe moniti & in
terpellati, vt eligant. Simile de electione magi-
ſtrorum conſtitutum eſt in c. 2. de magiſtr. vbi
Io. Andr & Fel. nu 4. annotarunt.

53 Quartus eſt caſus, quãdo † lex iubet aliquid
fieri intra certum tempus, & ſi non fiat in pœnã
indicit. Hoc ſanè in caſu magna eſt dubitatio,
an requiratur monitio & interpellatio debito-
ris, vt faciat intra præſtitutũ tẽpus? Et requiri
interpellationem reſpondit Ang. in conſi. 133.
Statuto Ciuitatis Caſtelli, qui reſpondit in eo
54 † ſtatuto Ciuitatis Caſtelli, quo eſt cautũ, quòd
Priores debeant decidere cauſas appellationis
intra certũ tẽpus; nihilominus intelligitur (ait
Angelus) quãdo moniti & interpellati fuerũt à
collitigantibus. Ita etiam docuit Abb. in c. vene
55 rabilis. col. pen. de iud. quòd ſi † cautũ eſt ſtatu
to, quòd iudex debeat diffinire intra certum tẽ
pus cauſam ſibi cõmiſſam, intelligitur, ſi fuerit
interpellatus à partibus, vt diffiniat. Angelũ &
Abbatem ſecutus eſt Fel. in c. 2. n. 4. verſi. primò
quòd &c. de magiſt. Et illi addo Alex. in l. de pu
pillo. §. ſi quis ipſi prætori. col. 2. ff. de operis no
ui nuntia. & in conſi. 119. col. 4. li. 1. & Iaſon in l.
vniuerſa. col. 2. verſ. 7. facit. C. de precib. imper.
offeren. qui eiuſdem opinionis alios recẽſet. Et
his addo Ruin. in conſ. 91. nu. 10. li. 2. in. conſ.
7. num. 2. & in conſi. 62. nu. 5. lib. 4. Iaſ. in cõſ.
191. nu. 2. li. 2. & Gramm. in cõſi. 54. n. 6. in cri
minalibus. Et huc pertinet, quod docuit Iaſ. in
d. l. vniuerſa. col. 2. verſi. nonò facit. Cùm dixit,
56 quòd † dilatio conceſſa condemnatis, vt intra
quatuor menſes ſoluãt, ex l. vlt. C. de exec. rei iu
di. ita demum facit eos incidere in morã & pœ
nam, ſi interpellati fuerunt ad ſoluendum. vt de
clarant Ang. & Alex. in l. debitoribus. ff. de re iu
di. Et hoc in caſu requiri interpellationẽ ſenſit
Alcia. in l. quidquid aſtringendæ. §. 1. nu. 2. iun-
cto nu. 4. ff. de verb. oblig. Et idem Alcia. in reſp.
57 76. nu. 4. qui intelligit, etiam ſi † ſtatutum id re
quirat pro forma: etſi ipſemet Alciat. in reſpon.
234. nume. 8. quò ad hoc, quod dixit de forma,
diſſentiat.

Et horũ opinio manifeſtè probatur in auth.
hoc amplius. C. de fideicom. quo loci cõſtitutũ
58 eſt, hæredem † teneri intra annũ præſtare lega
ta relicta; alioqui incurrit pœnã amiſſionis hæ
reditatis. Et tamen vt dicatur hęres in eam mo
ram & pœnã incidiſſe, requiritur interpellatio
atque admonitio, ſicuti ibi expreſſum eſt. Et ibi
dẽ annotarunt Doctores. Egregiè declarat Cra
uet. in conſi. 193. nu 4. poſt Caſtr. & Goz. quos
commemorat. Quinimmo hoc locũ habet etiã,
59 quando legatum fuit factum † piæ cauſæ. Ita eſt
conſtitutum in §. Si autem, qui hoc facere. in
authen. de eccleſ. titulis.

Verùm ab hac opinione diſſentiũt Baldus in
l. 2. C. de ſponſal. Domin. Geminia. in c. licet ca-
non. de elect. in 6. Anch. in cõſ. 65. Pro clariori,
in fi. quos ita recenſet Fel. in d. c. 2. n. 4. ver. pri
ma eſt, niſi. Hi enim ſcripſerunt, quòd, vbi à lege
60 appoſitum eſt † tempus ad aliquid faciendum,
etſi non fiat ad incurrendum pœnam, nõ eſt ne
ceſſaria admonitio. Quorũ quidem opinio vi-
detur probari in l. ſciant. C. de legit. hęre. & in
§. vlt. inſt. ad S. C. Tertull. iuncta l. 3. ff. qui petãt
61 tute. quibus probatur, † matrem teneri intra an
num petere dari tutorẽ filijs, alioqui perdit eo-
rum ſucceſſionem, Et intelligitur incidere in pę
nam abſque alia interpellatione. Cęterùm exiſti
mat Alciatus in d. l. quidquid aſtringendæ. §. 1.
nu. 4. Id eſſe conſtitutum fauore publicæ vtilita
tis. Sed non video, cur non idem ſit dicendũ in
caſu illius auth. hoc amplius. C. de fideicõ. Cũ
62 & † publicè interſit voluntates teſtatorum exe
qui. l. vel negare. ff. quemad. teſta. aper. Præterea
in caſu d. l. 3. & d. l. ſciant, ea eſſe poteſt ſpecialis
ratio, quòd alius non extet, qui pupillorum no-
mine interpellet matrem. Nam ad eam totum
63 hoc negotium pertinet. Non etiam vrget † tex.
in c. licet canon. §. & infra annum, de elect. in 6.
quandoquidem potius contrarium videtur pro
bare, ex quo expreſſim ſtatuit eo in caſu non eſſe
clericos illos amplius monendos: regulariter er
go admonitio requiritur.

Nec mihi probatur illa cõciliatio, quam ſen
64 ſit † Fel. in d. c. 2. n. 4. verſ. 1. quòd debet intelli
gi de magiſtris. Cùm ita voluit diſtinguere; aut
appoſitum eſt tempus à lege ad aliquid facien-
dũ ſine miniſterio alterius hominis; & actus ſo
lùm pendet ex perſona nominata. Et tunc non re
quiritur alia interpellatio: Ita procedat opinio
Baldi in d. l. 2. C. de ſponſa. Gem. & Anch. pręci
tatis in locis. Aut appoſitum eſt tempus ad ali-
quid faciendum cum miniſterio alterius homi
nis, atque ita actus non pendet ſolũ ex perſona
nominata. Et tunc requiritur interpellatio: ita
procedat illa opinio Angeli, Abbatis, Caſtren. Ia
ſonis, & ſequacium. Nõ enim iure, vel rõne pro
56 batur hæc Felini † cõciliatio. Et clarum eſt, nul
lam eſſe dationem, nullumque eſſe factũ, quod
non requirat alterius operam. Si enim lex iubet
aliquid fieri, vel dari, id certe alicuius vtilitatem
reſpicit: & conſequenter eſt neceſſaria illius re-
quiſitio, an ſibi dari, vel fieri velit. Sicuti eſt in il
lis exemplis Angeli, Abbatis, & ſequaciũ. Cùm
lex iubet iudici, vt intra certum tẽpus cauſam
diffiniat. Hic conſideratur vtilitas & commo-
dum partium, earum igitur neceſſaria eſt requi-
ſitio. Quocircà ſequor ego indiſtinctè Angeli,
Abbatis, & ſequaciũ opinionẽ. Et hinc infertur
66 declaratio ad † ſtatutum Parmæ ſub rubrica
de modo creandi ciues, quo eſt cautum, quòd ci
uis creatus teneatur intra annum emere domũ,
vel nouam ædificari facere. Hoc enim ſtatutum
intelligitur, modò is ciuis creatus fuerit ad id fa
ciendũ interpellatus. Sicuti in ſpecie & copiosè
differui in cõſ. 122. Et ibi demonſtraui illud ſta
tutum grauare per modum modi, & nõ per mo
dum conditionis. Et confert in ſpecie reſponsũ
Soc. Sen. conſi. 19. nu. 7. li. 3.

67 Quintus eſt caſus, quãdo † lex antiqua iubet
aliquid fieri, & ſi nõ fiat indicit pœnam: & dein
de

de ſuperuenit lex noua, quæ idem iubet. Hoc in
caſu non videtur neceſſaria interpellatio. Ita re
ſpondit Federicus de Senis in conſi. 109. Quod
non fecerit reſidentiam, quem ſecuti ſunt Bart.
in c. quoniam. §. ſin verò. col. 7. vt lite non conte
ſta. Fel. in c. ſi autem. nu. 3. de reſcr. & in c. 2. n.
4. verſ. quartò limita. de magiſtris. Alex. in l. ita
ſtipulatus. nu. 14. ff. de verb. oblig. Socin in cõſi.
133. in fi. li. 1. Pariſ. in conſi. 19. nu. 211. li. 2. Al
ciat. in l. quidquid aſtringendæ. §. 1. nu. 7. ff. eo.
de verb. oblig. Ea ratione motus eſt Federicus:
68 quia aliàs noua † ipſa cõſtitutio nil operaretur;
operari ergo debet hanc interpellationem. Exẽ
plum adferunt; lege pontificia cautum eſt, quòd
69 † clerici omnes abſentes accedant ad reſidentiã
in ſuis ecclcſiis, alioqui priuẽtur ſuis beneficijs:
ſi deinde ſuperuenit conſtitutio ſynodalis, quæ
idem iubeat; tenẽtur clerici abſque alia interpel
latione accedere ad reſidentiam. Nam noua hæc
cõſtitutio interpellare dicitur, vt quàm primũ
accedant.
70 Sextus eſt caſus, cùm † verſamur in foro con
ſcientiæ. Hoc ſanè in caſu neceſſaria nõ eſt inter
pellatio. Ita Abb. in d. c. extirpandæ. §. quia verò
col. vlt. de præb. & in c. excõmunicationi. de ra-
pto. Alex. in d. l. ita ſtipulatus. nu. 15. de verb. o-
bli. Fel. in c. 2. nu. 5. de magiſtris. Alciatus in d. l.
quidquid aſtringendæ. §. 1. nu. 7. verſ. tertius ab
71 eiſdem. de verbo. oblig. Ea eſt ratio; quia † Deus
cuncta videt: & eſt ſcrutator cordium: & ob id
nulla apud eum eſt excuſatio.
72 Septimus eſt caſus, quando † illud quod factũ
non fuit, nullam habet excuſationem probabilẽ
& veroſimilem. Nam hoc in caſu eo ipſo, ꝙ quis
potuit facere & non fecit, moram committit, at
que ita pœnã incurrit abſque alia interpellatio
ne. Ita ex ſententia Abb. in d. c. extirpãdæ. §. qui
verò. col. vlt. de præb. ſcripſit Fely. in d. c. 2. nu.
5. verſi. quartò limita, de magiſtris. Et huc facit,
quod ſcribit Alciat. in d. l. quidquid aſtringendę
§. 1. in fi. ver. addit alium, de verb. oblig. non eſſe
73 neceſſariam † interpellationem in liquidis & ma
nifeſtis, ex c. 1. §. notoria. de cenſib. in 6.
74 De iudicum ſentẽtijs † & præceptis nunc diſ
ſerendum eſt. Qua in re (vt paucis rem abſol-
uam) cẽſuit Bal. in l. ſuos quoque. §. ſed etſi filio
verſ. quæro, quid in quaſi contractibus. ff. de hæ
75 red. inſt. quod ſi † iudex iuſſit ſua ſententia de-
cem dari, etſi non dederit, quòd ei pes ampute-
tur; intelligitur ille damnatus dare, cũ primùm
76 cõmode dare poterit; iudicis † arbitrio. Ex quo
non reperitur iure diffinitũ, quando dare tenea-
tur. Et Baldum ſecutus eſt Mantua in c. vlt. nu.
17. de conſuetud. Verùm mora in dando non
prius cõmittitur, quàm fuerit iſte interpellatus
ad dandum, vel faciendum. Ita enim dicimus,
77 quòd † iuſſus à iudice præſentare aliquem in-
fra octo dies, intelligitur modò fuerit interpella
tus præſentare, vt docuit Iaſon in l. vniuerſa. co-
lum. 2. verſ. decimò facit. C. de precib. imp. offe
ren. poſt Caſtren. in conſilio 100. Videtur, quòd
dictus Ioan. Paulus, colum. 1. lib. 2. Et ſimili
in caſu reſpondit Alciatus reſponſ. 46. De his
hactenus.

*S V M M A R I V M.*

1 *Reum non teneri edere rationes, & inſtrumenta actori.*
2 *Arma de domo rei non eſſe ſumenda.*
3 *Moritur bis, qui ſuis armis interimitur.*
4 *Iudicis arbitrio relinqui, quæ cauſa iuſta eſſe dicatur, vt reus teneatur edere rationes ſuas, & inſtrumẽta actori.*
5 *Iudicis arbitrio relinquitur iuſta cauſa, qua argentarius argentario credere tenetur.*
6 *L. 1. C. de edendo declaratur.*
7 *Cauſæ iuſtæ plures, quibus reus tenetur edere rationes, & inſtrumenta actori.*

## CASVS CCCCXCIX.

### QVANDO, ET QVIBVS EX CAV ſis reus teneatur edere rationes & inſtrumenta actori.

1 IVRIS eſt ſententia † reum
conuentum non teneri edere
rationes & inſtrumenta actori,
quibus is contra reum ipſum
vtatur. leg. 1. & leg. vlt. C, de
eden. & in cap. 1. de probat. Eſt
2 ſanè valdè inhumanum, vt quis † ſumat arma
de domo rei l. de minore. §. tormenta. ff. de quę
ſtio. & l. nimis graue. C. de teſti. Bis enim (vt eſt
3 in veteri prouerbio) † intermitur, qui ſuo gla-
dio perit. d. c. 1. de probat. Et conqueri is iure
poſſet, ac illud Ouidianum exclamare.
*Heu patior telis vulnera facta meis.*
Cęterum iudex aliquando ex cauſa compelle
re poteſt reum, vt actori reus edat, ſicuti ſtatuit
4 Pius Antoninus † in d. l. 1. C. de edẽ. reſcripſit.
Nã quod deſideras, vt rationes ſuas aduerſaria
tua exhibeat, id ex cã ad iudicis officiũ pertine
re ſolet. Quæ autem iudicari debeat iuſta cauſa
cõtendunt omnes in d. l. 1. C. de edẽ. quod loci
5 rectè Alciatus n. 25. docuit. in iudicis † arbitrio
poſita eſt cauſa illa, qua Argẽtarius Argentario
edere cogitur. l. ſi quis ex Argẽtarijs. §. vlt. ff. de
eden. Exiſtimauit tamen Alciatus, Pium Anto-
6 ninũ † in d. l. 1. ſenſiſſe de quadam cauſa genera
li lege non ſcripta. Nam (ait ille) ſi de ſpeciali
cauſa à lege recepta, & probata ſenſiſſet Pius
Antoninus, eius mẽtionẽ ſuo in reſcripto feciſ-
ſet. Ego opinor Antoninum ad iudicem ipſum
reieciſſe Aemilium illum ſe de facto interrogã-
tem: vt iudex ipſe cognoſceret, an cauſa vel in iu
re iam ſcripta, vel altera, æquitate eum mouen-
te, poſſet ſubeſſe, qua aduerſariam illã edere ra-
tiones cogeret. Quocircà vt iudex noſter facile
7 intelligat, quæ † iuſta eſſe poſſit cã, vt reum co-
gat rationes & inſtrumenta actori edere, per-
currat eruditiſſimi Alciati traditiones in ea le-
ge prima à numero vigeſimo, vſque ad numerũ
30. &



30. qui & ordinatè & copioſè tractationẽ hanc
abſoluit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vocationem in ius duplicem eſſe.*
2 *Præceptorem, doctoremque in ius vocari non poſſe reali vocatione, ideſt præhenſione.*
3 *Iudicis arbitrio puniri diſcipulum, qui ſine venia in ius vocat verbaliter præceptorem ſuum.*
4 *Iudicis arbitrio puniri vocantem in ius ſine venia eum, quem lex vocari prohibet. etiam ſi citatio ſit nulla.*
5 *Diſcipulus reuereri debet præceptorem æquè ac patrem.*
6 *Alexandrum Seuerum habuiſſe Vlpianum loco patris.*
7 *Alexandri Magni erga Ariſtotelem præceptorem reuerentia & amor.*
8 *Ariſtotelis amor erga Platonem præceptorem.*
9 *M. Aurelius Imp. ſtatuam Frontoni præceptori erexit.*
10 *Q. Flaminius nobilior ciuitate donauit Ennium præceptorem.*
11 *Caſſelij iuriſconſulti erga Mutium præceptorem beneuola recordatio.*
12 *Sabinus iuriſconſultus à diſcipulis ſuis adiutus.*
13 *Præceptores eſſe parentes animi & mentis, & ſi non corporis.*
14 *Ciceronis ſententia egregia de amore diſcipulorum erga magiſtros & præceptores.*
15 *Auctor præcatur erga ſe diſcipulorum piam recordationem & memoriam.*
16 *Carneadis erga Chryſippum præceptorem reuerentia & recordatio.*
17 *Chryſippi reuerentia erga Cleanthem præceptorem.*
18 *Auctor cupit errores à ſe ſuis in ſcriptionibus humaniter & pro veritate emendari.*

## CASVS CCCCC. & vltimus.

### DISCIPVLVM IN IVS VOCARE non poſſe ſine venia præceptorem: & inibi de diſcipulorum erga præceptores beneuolentia & gratitudine.

DVBITATVM aliquãdo fuit,
an impunè liceat diſcipulo vo-
care in ius præceptorem. Et
1 cum duplex ſit † vocatio in ius
realis vna, quam præhenſio-
nem appellamus: verbalis alte
2 ra, quæ citatio dicitur. Illa prima vocari † non
poſſe certum eſt: cum nec quouis altero aduer
ſario poſtulante permiſſum ſit, l. medicos. & ibi
Bar. nu. 2. docuit. C. de profeſſ. & med. li. 10. &
ſcribunt Aret. in §. pœnales. n. 7. inſt de actio. &
Soc. in l. generaliter, nu. 9. ff. de in ius vocan. Ma
ius eſt dubium de verbali illa in ius vocatione.
Et ſunt, qui exiſtimant in ius vocari ſine venia
& impunè poſſe. Ita ſanè Ioan. à Platea in d. §. pę
nales. inſtit. de actio. Cęterùm rectius ibi Angel.
3 Aret. nume. 7. docuit, † iudicis arbitrio puniri
diſcipulum, qui ſine venia in ius vocauit pręce
ptorem. Nam cum pœna inre ſcripto diffinita
nõ ſit, rectè iudicis arbitrio illa indicitur: ſicuti
& cæteris in caſibus, qui ſub prætoris edicto
prohibente vocationẽ in ius ſine venia cõprehẽ
4 ſi non ſunt, pœnam † iudicis arbitrio indici
ſcripſit Gomeſ. in d. §. pœnales. nume. 39. Qui
quidem nu. 42. intelligit procedere etiam ſi ci-
tatio ipſa nulla eſſet. Ea autem eſt illius traditio
nis Angeli ratio, quòd eadem reuerentia colere
5 debet diſcipulus † præceprorem, qua & pro-
prium parentem: quemadmodum Paulus in l. li
berto. ff. de obſequijs a liber. & liber. præſt. rectè
reſpondit. Quare ſummoperè commendatur
6 † Alexander Seuerus, qui Vlpianũ præcepto-
rem parentem alterum appellat in l. ex diui. C.
7 locati. Et † Alexander alter, quem magnum ob
res magnas & præclarè geſtas appellamus, ali-
quando interrogatus, vtrum magis deſideraret
patrem Philippum, an Ariſtotelem præcepto-
rem, prudenter reſpõdit; magiſtrum ſe magis de
ſiderare quàm patrẽ, quòd ille, vt præclarè inſti
tueretur, effecit: iſte verò, vt tantummodò eſſet.
Auctor eſt Antonius Meliſſa parte ſecũda. ſerm.
8 11. Pari animo fuit † Ariſtoteles ipſe erga Pla-
tonem præceptorem, quem tãti ſemper fecit, vt
illi vita defuncto (ſi modò Petro Crinito li. 24.
de honeſta diſciplina cap. 1. fidem habemus) arã
in templo conſtruxerit. ſtatuamque conſecraue
rit, in qua ſcriptum erat; hunc eſſe illum, quem
probi omnes meritò habeant imitari & cõmen
9 dare. Quod exemplum imitatus eſt † M. Aure-
lius Antoninus Imperator, qui tanto amore pro
ſequutus eſt Frontonem præceptorem, vt ei ſta
tuam à Senatu impetrarit. Sicuti memoriæ pro
ditũ eſt à Volaterrano lib. 23. Antrop. Qui qui
dem auctor lib. 16. eiuſdem Antrop. commẽdat
10 † Q. Flaminium nobiliorem, qui, vt animi gra
ti ſpecimen erga præceptorem Ennium ederet,
eum Ciuitate donauit. Ex noſtris commenda-
11 tur † Caſſelius, qui cũ præceptori Mutio mor-
te prærepto gratiam referre nequiret, eius nepo
tem Publium hæredẽ fecit. Cuius gratitudinis
meminit Pomponius in l. 2. §. Seruius. verſ. fuit
eo tempore. ff. de orig. iuris. Et eodem in loco
idem Pomponius in. §. vlt. laudat inſignem illã
12 pietatem diſcipulorum in † Sabinum præce-
ptorem, quem inopem ſuis opibus aluiſſe & fo-
uiſſe teſtatur. Et iure quidem hos commẽdauit
13 Pomponius quòd † præceptorem parentem,
nõ quidem corporum, ſed (vt piè dicebat Quin
tilianus lib. 2. inſtitu. orato. capi. . . .) men-
tium eſſe crediderunt. Non hic commemorabo
alia exempla, quæ ſcio permulta eſſe & egregia
gratitudinis & beneuolentiæ diſcipulorũ erga
pręceptores, quod ſatis credã his monitos eſſe
omnes, qui aliorum cura, ſtudio & diligen-
tia

tia erudiũtur, grato eos eſſe debere animo erga
eos; quorum labores, vigiliæ, atque doctrina gra
14 ta eis extitit. † Nemo certè eſt ( vt teſtatur Ci-
cero in oratione pro Plãco ) noſtrum liberaliter
educatus, cui non magiſtri ſui atque doctores,
cui non locus ille mutus. vbi ipſe eſt alitus, aut
doctus eſt, cum grata recordatione in monte
verſetur.

15 Gratam itaque ac piam † recordationem ve
hementer eſſe exopto eorum, qui meis his com
mentarijs, quos aſſiduo atq; indefeſſo labore cõ
ſcripſi, erudiri vel ſuam ob humanitaté, vel vti-
litatem voluerunt: ne in me eorum qualemcum
que doctorem & præceptorem iniqui æſtimato
res ſint. Vellem eos præ oculis haberent, non di
16 cam exemplum illud † Carneadis, qui ( vt in il
lius vita ſcriptum reliquit Diogenes Laertius )
Chryſippi libris perlectis modicè & verecundè
illis reluctabatur, adeò, vt ſæpius diceret: niſi
Chryſippus eſſet, ego non eſſem. Abſit, rogo, ꝙ
de me, meiſq; ſcriptis dicere hęc patiar: Nõ equi
dẽ tãtũ mihi arrogo, vt exiſtimẽ viros benè eru
ditos defuturos, ſi ego ipſe in ipſis cunabulis de
feciſſem: ſed cuperẽ certè, vt beneuoli lectores
obſeruarent, quod obſeruaſſe aliquãdo legimus
17 † Chryſippum ipſum, cum à Cleante præcepto
re diſſentiebat, ita enim ( ſicuti ab eodẽ Laertio
in Chryſippi vita memorię proditum eſt ) diſſen
tiebat, vt id faceret, cùm à ueritate coactus erat.
18 Non profectò damnabo vnquam illos, † qui hu
maniter, vt virum bonum & gratum decet, erro
res, quos, vel tenuem ob diligẽtiam, vel ingenij
mei imbecillitatem admiſſi, ſuis ipſis humaniſ-
ſimis correctionibus emendabunt: quin eos vt
gratiſſimos erga me eorum magiſtrum diſcipu
los, toto ( vt aiunt ) pectore complectar, illiſque
precabor, quod de Achille his verſibus cecinit
Iuuenalis.

*Dij maiorem vmbris tenuem & ſine pondere terram.*
*Spiranteſque crocos, & in vrna perpetuum ver,*
*Qui præceptorem Sancti voluere parentis*
*Eſſe loco.*

Valete ex vrbe Patauio Decimo Calend. Oct.
M. D. L X X V.

Laus Deo, honor, & gloria.